


6
5 M
2

# M. Fabij Quintiliani

oratoriarum institutionũ Lib. XII. Vna cũ annotationibus Raphaelis Regij: Georgij Merulæ: et Iodoci Badij Ascensij: in deprauationes earũdem. Et tabula per alphabeti seriem: tã in cõtextu q̃ in scholiis adnotãdorum aucta & recognita per eundẽ Ascensiũ qui ad codicẽ quẽ Laurẽtius Vallen. et possedisse: et emẽdasse magnis argumentis cõuincitur sexcentos locos restituit.






Vænundãtur cũ Gratia et priuilegio: ab eodem Iodoco Badio Ascẽsio: et Ioãne Paruo: Bibliopolis academiæ Parrhisiensis.





Iodocus Badius Ascēsius,Antonio Bohero thesaurario Regio:& Frācisco Bohero eius fratri carnuteñ.ecclesię canonico primario quē prępositū vocāt,claris admodū natalibꝰ & pręclara indole:multaq; eruditione cōspicuis adulescētibus:prudētissimi videlicet & spectabilis viri Thomæ Boheri equitis aurati & quæstorum regiorum normānię & mediolani principis liberis.S.D.



Eposuerat acri & suo & suorū sodaliū iudicio: Oratorias Quintiliani institutiões Remigius Ruffus Cādidus Aqtanus pædonomos vester prudētissimꝰ & anxie doctus:quas quū ꝑlo nostro īprimēdas mihi credidisset venit hō malꝰ ne dicā sacrilegus quatriduo q̄ impssurus erā simulās se eius codicis ad biduū dūtaxat egere:dataq; fide quā nullā habebat:ꝓstitoq; sacramēto,qđ nihili facturus erat:se eundē ante triduū restituturū multū diuq; frustra reluctato abstulit:& cū repeterē abnegauit:meq; reposito pro exēplari ꝑcio:& Remigiū ꝑcipuo laborū(q̄ gloria est)fructu:vosq; eorūdē nūcupatione pfidus defraudauit.Refersi tñ qua potui industria & vigilātia:laborū illius iacturā,nā Quintilianū quē magnis argumētis liquet ab Laurētio Vallesi.possessum & recognitū magno ꝓuidētię bñficio mihi compaui: vigiliq; studio codicem ab Raphaele Regio adnotatū ad Vallę Aldiq; exēplaria reposui:adhibito quāto maximo potui iudicio:Liber em̄ & in nullīꝰ verba iuratus rigidusq; veritatis assertor vbiq; locorū qđ sentirē aperui:& opꝰ hoc nō adnotaui mō:sed & maculis innumeris tersi:cōfidoq; nec pauciora nec minore iudicio q̄ a ꝑceptore vestro fuerāt,a nobis emēdata.Cuiꝰ rei ille vnus iudiciū facere poterit:nisi scelere excęcatꝰ est:q codicē nostrū furti sublectū pessima fide sacraq; cōsciētia detinet:in quē & eius rei cōsciū(duo em̄ furto pfuerūt)cū omneis diras impcari iustissime liceat:psianū illud mō optē Virtutē vt videāt ītabescāt q relicta:p Christianā tñ religionē siquā verētur adiuratos volo:mihi codicē nostrū restituāt:vt saltē sero possim agnoscere quātū iacturę mihi fecerint:nā sublati codicis nūq̄ qđ instar eēt pagellę ꝑ ociū legere potui.Nūcupationē vero laborū studiorūq; nostrorū nō minꝰ deuoto aīo vobis dedico ac ꝑceptor vester fuerat facturus. Patiemini tñ vel in æquas ptes recipe literarię palęstrę nō minꝰ strenuos athletas:& sub ęque diserto & docto pfecto militātes Sapiētissimi & magnificētissimi viri Guilielmi Rogerii:Regii ꝓcuratoris primarii:īgenuos liberos Frāciscū & Ludouicū Rogerios:q sub Stephano Iosmario multa pręclari studii iam ediderūt specimina:auidisq; aīs huius impssiōis nostrę(vtinā nō frustra)expectāt emissionē.Quā vt feliciꝰ faciā respexit in sudores nostros:primariꝰ supmę curię Christianissimi regis nostri senatus:meq; triennali donauit priuilegio.Bonis igit̄ auibus & felici emissas auspicio:obuiis vt dicūt vlnis:has recētiores lucubrationes suscipite: Valeteq; adulescētes clarissimi.Ex officina nostra chalcographa:ad Idus Ianuarii.M.D.XVI.supputatione Romana.

Priuilegii forma,cuius prolixior est explicatio,apud Badium est: qui omnibus iure petentibus eius videndę faciet potestatem.

# Institutionū oratoriarū Tabula

Tabella serie literaria tā in textu q̄ in annotationibus Quintiliani adnotandorū: in textu autē ad notanda t literam adscriptam habent.







# Tabula Alphabetica

FINIS.

Petri Syluii medici Caroli francorum regis octaui, ac oratoris Clarissimi qui M. F. Quintilianum Laurentii Vallę manu conscriptum ex Italia in galliam detulit per Ioannem Vacceum Castellanum.

Epitaphium.

Hic ego marmorea Petrus sub mole quiesco
Et breuis hęc cineres contegit vrna meos.
Herbarum docuit pręcepta salubria Chiron
Et quodcumq; sua tollere vulnus ope:
Omne genus duri poteram sanare doloris
Si qua ferox etiam vulnera fecit amor.
Arte mea viuus multos ego viuere feci
Qui prope iam dirę limina mortis erant
Testis eris: quondā media qui nocte sepultus
Ecce vides nitidum Quintiliane diem.
Nos alios medica dudum sanauimus arte
Auxilium nobis nulla medella tulit.
Forte sed inquires cur me sanare dolentem
Non potui? Causam chare viator habe.
Aeger eram vulnus dedit insanabile fatum
Cedere me fatis ergo necesse fuit.
Viuo tamē nec me penit⁹ mors sęua peremit
Quā rapuit vitam mors mihi fama dedit.

Eiusdem Vaccei hexastichon.

Quintilianus Lectori.

Integer elisio venio de gurgite: mecum
Eloquii portans Quintilianus opes.
Dum perii: linguę periit decus omne togatę
Et veteri oblita est dogmate Roma loqui.
Sū modo viu⁹ ego: me Roma supstite gaudet
Nec magis extinctas anxia plorat opes.

FINIS.

Octostichon Ascensianum non ita dissimilis argumenti.

Acri iudicio vigiliq; reposta mineruae
Liuide ne tangas hęc monumenta sacra,
Est hęc ęsca bonis animis cōdita: sed ipse
Si cupis esse tuum, viscera mande tua.
At tu tam cultis longe dignissime chartis
Candide lector ades, partaq; sume tibi.
Et tua dic, Sylui, qui nobis ista parasti
Molliter ossa cubent: mēs bona sūma petat.

# Institutionum Oratoriarum

Tabula capitũ seu titulorũ totius operis ea serie qua explicabuntur.

## Capita Libri. I.



Sequuntur:

Capita Libri.II.



Capita Lib.III

FINIS CAPITVM.

M. Fabii Quintiliani Vita.



M. Fabius Quintilian⁹ Romæ natus est: Quibus cõsulibus, aut quo imperante Cæsare non legi. Verissima coniectura adducor vt fidem libris tẽporũ non habeã: vbi legitur Quintilianus Calagura vrbe Hispaniæ oriũdus. Nã M. Valerius Martialis Calaguritani agri alumnus cũ Hiberos memoria dignos suis epigrãmatibus inserat nullã de Quintiliano mẽtionẽ fecit: sed eũ separatim cũ veneratione noĩat.

Quintiliane vagæ moderator sũme iuuẽtæ
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Et ipse dicit cũ esset adolescẽtul⁹ cognouisse Domitium Afrum & Senecam: Qui ambo sub Nerone periere. Seneca in libro sexto diuisionũ Quintiliani declamatoris meminit: cuius adhuc extant multæ declamationes acutę & breues stylo aliquãtulũ remissiore. Is auus fuit M. Fabii Quintiliani qui Romę multis annis rhetoricen cum summa laude docuit. Et ipse rursus Quintilianus mẽtionẽ facit patris qui causidicus fuit apud principem. Neq; notitia: neq; gratia caruit, Domitiani eñ Cęsaris nepotũ cura ei delegata fuit. Disciplinæ eius castigatissimę plenissimũ testimoniũ Caius Cęlius affert. Qui sub tali pceptore tantũ profecit: vt sui temporis oratores facile superauerit. Duxit vxorẽ ex nobili familia: ex qua liberos suscepit: q̃ acerbissima fatorum sorte in primo iuuentutis flore rapta fuit. Alterũ ex liberis quũ librũ de causis corruptæ eloquẽtiæ edidisset amisit: postea cum rhetorices libros scriberet †Marcellum vnicũ parentis lumen: ac solatium rogo dedit: Testis & ipse infelix senex suarũ lachrymarum est. Eius filiola ex alia (vt credo) vxore Tutilii eqtis Romani filia genita: nupsit Nonio Celeri viro claro. Quo tẽpore decesserit affirmare non audeo: quoniam is qui tradit fide caret.

Quintilian⁹ declamator.

Quintilianum.

FINIS.

¶Raphaelis Regii in deprauationes oratorię Quintiliani institutionis annotationes.


Efflagitasti quotidiano conuicio. Ad Victoriū ne Marcellū: cui opus dedicat Fabius: hæc epistola scribatur: vt qdā titulū deprauarūt: an ad Tryphonē bibliopolā: ne differēdū est qdē: quādo apertissime ex ipsius epistolę verbis colligit: nō ad Marcellū: sed ad bibliopolā aliquē fuisse missam. Cū eiñ dicat Fabius. Quos ad Marcellū meū de institutione oratoria scripserā: quis vel rudis nō videat: alii q̄ Marcello: Quintilianū verba facere? Ad Tryphonē vero illis tpibus notissimū bibliopolā Fabiū scribere maxime verisimile est: sicq; in vetustissimo illo exēplari: quod a Pogio Florētino e Germania olī fuit allatū: nup Florentiæ legi. ¶Efflagitasti: ardēter & cū vehementiā qdā atq; clamore postulasti. ¶Quotidiano cōuicio. Quotidianis cōtumeliis. Quales hę forent. Nimiū es lentus Quintiliane. Nū q̄ icipies edere istud opus. Vel citi⁹ elephāti pariūt. Nimis timidus es. Cōuiciū āt dicit vel a vicis: in qbus primū fieri cœpit: vel a vocū multitudine: quasi cōuociū: vt scribit Sex. Pōpei⁹. Fabi⁹ vero videt illā imitari Ciceronis epistolā ad Quit. fratrē: q̄ est in scdo ad Atticū volumine. Epistolā hāc cōuicio efflagitarūt codicilli tui. ¶De institutione oratoria: de pceptis eloquētię: quibus istituit futur⁹ orator. Institutio āt differt ab institutis. Instituta nanq; sunt mores cōsilio & rōne sumpti: vt de institutis antiqs caput ē apud Valeriū Maximū: hoc est de moribus antiqs. Institutio vero dicit pceptio: qua qs instituit: & docet: vt institutiones Lactātii christianę: qbus christiani istituunt: & docētur. ¶Iā emittere incipere hoc est. Si nō cūctos: at saltē singlos ederē. Is.n. libros emittere icipit: nō q vniuersos: sed q singulos edit. Hoc aūt pnuciū videt fuisse: quo Tryphō libros efflagitabat. Fabiū.n. timidū esse inuehebat: vt q ne singulos qdē libros de institutione oratoria conscriptos emittere auderet. ¶Maturuisse: an maturauisse legēdū sit q̄rit. Vtroq;.n. mō i exēplaribus scriptū est. Sed maturuisse magis & sensui & stylo epistolari cōuenire videtur q̄ maturauisse. Est nāq; maturo trāsitiuū. vt Auius in apricis maturat

Fabiu scribat

Côuicil dicatur

Institut institut quo di

Matur verbū

¶M. Fabius Quintilianus Tryphoni Salutem.


Efflagitasti quotidiano conuicio vt libros quos ad Marcellū meū de istitutiōe oratoria scripserā iā emittere inciperē. Nā ipse eos nōdū opinabar satis maturuisse: qbus cōponendis (vt scis) paulo plus q̄ bieniū tot alioqui negociis districtus impēdi: qd tēpus nō tā stylo q̄ inqsitioni instituti opis prope infiniti: & legēdis auctoribus q sunt innumerabiles datum est. Vsus deinde Horatii cōsilio: q in arte poetica suadet ne pcipitet editio nonūq; prematur in annū, dabā iis ociū vt refrigerato inuētionis amore: diligētius repetitos tanq̄ lector perpenderē. Sed si tātopere efflagitātur, q̄ tu affirmas, permittamus vela vētis, & ora soluētibus bene pcemur. Multū aūt in tua quoq; fide ac diligētia positū est: vt in manus hominū q̄ emendatissimi veniant.




¶Iodoci Badii Ascensii ad M. Fabii Quintiliani institutionū oratoriarum veriorem & clariorem lectionem adnotata.

Efflagitasti. Quia si alias vnq̄ in hoc potissimū opere explanādo breuis esse cōstitui: ea dūtaxat addā quę ab Raphaele pmissa: aut aliter explananda videbūtur: quā prouinciā attētare ausus sum: fretus codice fideli: cuius Laurentiū Vallā possessorē fuisse vt credā: manifestis inductus sum argumētis. Proinde q mihi exēplū ad illius exēplar recognitū sacrilego furto sublegit q̄q̄ mihi grauē iacturā intulit honori tn̄ & suo & eius cui sublegit parū cōsulet: intelligāt eiñ mortales oēs in cuius mācipio sint sublectitia ista. Sed rē sedatiore auspicemur aīo. Efflagitasti. i. euidenter & manifeste flagitasti. Nā. e. ex aut extra in cōpositione: interdū effectū notāt: vt efficio: exoro: interdū eminētiā: vt exaudio: emineo. efflagito. Flagitare aūt est quasi in flagitiū vociferari. Quotidianū alii malunt scribere cottidianū: p contidianū, quasi a cōtinēte & ppetuo die dictū q̄ quotidianū a quoto die: aut poti⁹ a quoq;. Ego neutrū dāno: nā vt quotānis p quoq; anno: ita quotidie p quoq; die nō absurde accepis. Cōuiciū alii a vito deducūt & cōuitiū scribūt. alii a vico. Emittere icipere. Atq videt emissio opis semel tota fieri. Sed Raphael dicit de pte librorū intelligēdū: qd nō placet: qa dicit vt libros &c. nō vt ptē librorū: dicem⁹ itaq; tūc quēlibet incipere emittere libros suos qn librariis trāscribēdos credit: p quos nō oibus sed scripturę redēptoribus cōmunicant. Ipse. i. egomet: est aūt triū psonarū pnomē. Prope. i. quasi infiniti. Nā de oratoria nullus ita pcepit vt nō plura pcipiēda reliqrit. Tāq̄ lector nō inuētor: perpēderē. i. pfecte disquirerē: quanti pōderis & ita valoris essent: metaphora a pēsibilibus facta. Q̄. i. quātope. affirmas. s. efflagitari. Permittamus vela vētis. metaphora sūpta a nauibus vn̄ & nauare operā. i. quasi nauibus multā pstare dicimur: dicit credam⁹ opa nostra aurę. i. fauori populari. Et orā. soluētibus. Sic Raphael legit: sicq; notatū inueni manu vallę dicētis orā significare funē quo nauis ad terrā ligat. vt apd Liuiū dicētē. In ipsis quoq; trepidatū est nauib⁹: dū ne hostes cū suis simul irrūperēt trahūt scalas orasq; & anchoras ne i moliēdo mora eēt pcidūt. Sic quoq; Sipōtin⁹ eps legit. At Aldina impssio habet aurā soluētibus. Quā Raphael non imerito improbat. Nā siue aurā p leni vēto siue p fauore acceperit: bonā nō bene subdēdū fuerit: vt soluētib⁹ absolute ponat: & ordo sit: pcemur libris soluētib⁹. i. dis-

Ea

Ora.

collibus vuas: Ac si qñ ab solutū inueniat: vastus ille sonus a vocalis lōge nimiū eo in loco tolleret epistolaris styli humilitatē. Sūpta est aūt metaphora a fructibus: q propriema turescere dicunt. Libri vero illi satis maturuisse nō vident: q nondū satis sunt expoliti. ¶ Tot alioqui negociis. Alioq citra n literā in vetustis fere exēplarib⁹ scriptū inuenit: sicq scribēdū esse Caper diligēs i primis grāmaticus præcipit. Atq ait i caret n similiter alioq. Significat aūt alioq īterdū aliter: Interdū ꝓterea: vt hoc loco. Tot alioq hoc ē. Tot præterea: atq aliis negociis impeditus. Distringi nāq negociis ē distrahi: atq īpediri. Nō tā stylo: hoc est ꝯpositioni atq expolitiōi. stylo nāq prisci scribebāt. Vñ ꝑ ꝯro nis quoq charactere styl⁹ frequēter accipit. Significat aūt Fabi⁹: se nō tā scribēdo: q̄ īuestigādo: q̄ erāt inchoato operi necessaria bieniū cōsūpsisse. ¶ Neꝓcipitet editio. temere: ac ꝑperāter: & nicōsulte fiat emissio. ¶ Nonūq ꝓmat ī annū. Cōtineatur vsq ad nonū. Fere aūt in vetustis Horatij exēplaribus legit Decimūq ꝓmat in annū. ¶ Vt refrigerato iuētionis amore. Diminuto: ac remisso. Vt em̄ amor cū vehemēs est: ardere dicit: sic cū remittit: refrigerari videt. Sua āt cuiq īuētio ita blādiri solet: vt verū facere iudiciū nō ꝑmittat. ¶ Tā q̄ lector ꝑpēderē: ꝑfecte examinarē nō tāq̄ auctor: sꝫ quasi lector. Id aūt ē optimū emēdādi genus: si scripta in aliqd tēp⁹ reponant: vt ad ea post īteruallū: velut noua atq aliena redeamus; ne nobis scripta nr̄a quasi recētes fet⁹ blādiāt: Quintilianus ipse in decimo huius opis volumine scribit. ¶ Et orā soluētibus. Metaphora a nauigātibus. Vt. n. illi funē: quo naues retinētur: soluētes longius a terra discedūt: Sic libri cum eduntur: quodāmodo orā soluere: a nobisq recedere videntur. Ora autem est funis: quo naues terræ alligantur: Idem in quarto. Soluimus oram profecti sumus. Liuius libro vigesimo octauo. In ipsis quoq trepidatū est nauibus: dū ne hostes cum suis simul irrumperent: trahunt scalas: oras: & anchoras: ne in moliendo mora esset præcidūt. Qui vero pro aura & vento oram exponūt: & ingenio & iudicio carere cōuincūtur: cum precor verbum: cum bene maleue a ductibijs copulatū nunq̄ cum accusatiuo construatur. Ora etiam dicitur regio non quidem omnis

lioqui.

ylus qd & nō sumat.

n gd.

cedentibus auram bonam. Baptista autem pius ora legit: Cui⁹ sunt in primū Lucretij verba. Ora proprie loquēdo regio littoralis appellatur. Sed factum est demū latius verbi significatum: vt perperam loquantur illi: qui oras funes appellant quib⁹ religatur nauis: quæ græci primnesia dictitant. Ouidius & cęteri peculiariter retinacula. Propertius libro elegiacon secūdo: Nā melius duo defendūt retinacula nauē. De primnesio sic Pōpeius: Primnesius palus: ad quē funis nauticus religatur: quē alij tonsulā dicūt. Oræ pro regionibus capiūtur & partibus, a Varrone lib. iiij. de lingua latina Oræ dicūtur quęcūq extremitates. Qz si apud Liuiū cōpereris decedentes a littore incidisse oras, scito mendosum ē codicē & lora scribendū: quē sœdū Sipontini lapsum demōstrat alibi codex Liuianus: in quo passim lora nō oras scribit: q a coria in fastigio funiū vel ꝑ funibus tanq̄ firmiora & humori magis inuicta annectebātur. Qz si inter cętera exēpla sui lapsus fucos affert, vt Quintiliani testimoniū lib. primo ita scribētis, Soluētibusq orā bene ꝓcemur: Respōdeamus maculosum ē exēplar, & auctoritate Sipōtini, quę īter grāmātistas & literatores nō parua est, cōuulsū circūferri. Est em̄ in Quintiliano recognoscēdū ora casu sexto, nō orā: vt ora soluere sit ab ora hoc est a littore recedere. Procliuis error fuit & facile admissus putātibus semidoctis soluere ora: grāmatice nō dici: persuasis a Sipōtino orā significare retinacula Ora ꝓprie dicit auctore Plinio q̄ gręcis agiales. Vel figurate dicimus orā soluere: vt soluere vitā hoc est a vita discedere. Priscianus cū oēs oræ significatiōes poneret nō dixit orā significat retinacula. Hęc illic & aliquāto post in cūdē primū Lucre. in illud Aeris i teneras possint ꝑferrier auras. Sūt q legūt oras: vel auras ꝓ oras posuit: vt aula ꝓ ola. plaustrū plostrū & sexcenta hmōi. Soluētibus orā bene ꝓcemur: cū Quītilian⁹ ait: lego ora in sexto casu ꝓ ab ora .i. regione littorali. Nā orę dicunt regiones littorales. Maro in sexto. Et tādē euboicis cumarū allabit oris. Qđ ex Liuio adducit mēdosissimū affert. In Liuianis. n. priscis exēplarib⁹ nō oras legit sed lora. Qua voce i re eadē vtit alibi i etiā in editis codicib⁹. Cui⁹ hęc verba sunt ex lib. xij. Vixdū oēs cōscēderāt cū alij resolutis loris vt anchorā euellerēt: alij neq d teneat anchora, lora icidūt: raptiq oīa ꝑpropere agēdo nautica ministeria īpediūt. Quę verba fidē faciūt & illū locū in quo legebat oras adulterinū ē reclamātib⁹ fidelissimis exēplarib⁹: & oī eruditorū corona. In qb⁹ nuspiā repies orā ꝓ retinaculo siue fune nautico sumi. Sꝫ ne te moueat dictio lora: scito priscos retinacula solitos ex corio bubulo facere. Qđ docet Maro cū īqt. Sic fat lachrymās classiq īmittit habenas. Audi q̄ huic rei facētia repperi i itegris honorati Seruij codicib⁹: q apud virū oī cumulo virtutis ac dignitatis īsignitū comitē Trussardū Calepiū: eqstris ordinis seruant: īmittit habenas: aut funē ꝑ metaphorā equoꝝ dixit: aut Homerū secut⁹ ē q ait ςρεπτοισι βόεοσι. i. loris retortis: ijs. n. vtebāt antiq. Subseqbāt i ijsdē synceris exēplarib⁹ duo testimonia ex Homero. Cęterū q dā nō orā sed orā ꝑ freno legūt auctore Pōpeio: qđ nō ꝓbo. Orā Liui⁹ lib. i. de scđo punico bello: regionē littoralē vocat. Hęc pius. Quę nō oīa vident mihi ꝓbare. Nā licet poeta ꝑ metaphorā habenas classi det: ꝑ qbus alibi lora dicit: nō cōtinuo putē Liuiū tā figurate locutū: nā cū Plautus naui vectū: dicat æquoreo seu Neptuni equo ꝑ cæruleas vias vectū: nū mirū si poeta classi assignet habenas? Verū tn̄ q a loris ꝓ retinaculis vti poterāt: nō oino negē apud Liuiū lora legi posse: nā vt orā ꝓ fune accipiā nō placet: miror aūt quō idē error ita ingruerit: vt etiā in q̄rto de breui narratione dicat sublatę sunt anchorę: soluim⁹ orā: ꝑfecti sum⁹. nā si illic quoq legēdū cōtēdat Pius ora: nō oīb⁹ erit euidēs: qd differat soluere ora ꝓ ab ora: abeo qđ est ꝑficisci: at si orā legam⁹ siue ꝓ fune qđ nō placet: siue extremitate nauis: iā prius fuerit soluere orā q̄ ꝑficisci. Sed q a nō nauis sed littoris orā ꝓprie dicimus: nec soluimus rē q̄ moueri neq̄t si soluta sit: nō dicā orā terrę solui: sed nauē ab ea. Itaq vt vno verbo qđ sentio dicā: sicut apud Ciceronē cū dicit. Qz sic portu soluētibus &c. intelligit nauē: ita hoc loco legā ora soluētibus. s. libris: hoc ē exeūtib⁹ bene ꝓcemur. Nec dubitē dicturū fuisse more Ciceroniano: ex ora: aut ab ora: nisi duriuscule sonēt. Audaculus qspiā forte prorā legat: nā in tuto portu nō obuertūt pelago: sed littori ꝓras. Sed finē facio: iudiciūq ī medio relinquo.

Ora.

Primnesia.

Tonsula.

Lora.

se in maritima solum: quã vulgus ripariam vocat: in qua quidem significatione quidam hoc loco oram accipiẽdam esse putantes facile refelluntur: cum immobilia nunq̃ solui dicantur: sed nodi proprie ac per metonymiam ea quæ nodis detinentur. Vt Horatius. Solue senescentem mature sanus equũ ne Peccet ad extremum ridendus & ilia ducat. Soluere sane etiam citra oram pro discedere apud oratores quoq; inuenitur. Cicero pro Muræna. Qđ si e portu soluentibus: quasi iam in portum ex alto inuehuntur: prędiscere summo studio solent: & tempestatum rationem: & prædonum: & locorum: quid natura fert: vt ijs faucamus: qui eadem pericula: quibus nos perfuncti sumus: ingrediuntur: quo me tandem animo esse oportet prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc: cui video maximas tempestates esse subeundas? ¶ Multum autem. Hinc quoq; aperte colligitur: hanc epistolam ad bibliopolam aliquem fuisse scriptam. Nam bibliopolæ solent etiamnum opera noua conquirere: quæ diligenter describant: ac venalia proponant. Horum autem librariorum officium est curare: vt libri sine mendis describantur.

Soluo … sumatu… (margin, cut off)

Biblio… officiu… (margin, cut off)

¶ M. Fabii Quintiliani in oratoriæ institutionis librũ primũ, ad Marcellum Victorium Procemium.



Ost impetratã studiis meis quietẽ quæ per .xx. annos erudiẽdis iuuenibus impẽderã: cũ a me quidã familiariter postularent vt aliqđ de ratione dicendi componerẽ: diu sum equidẽ reluctatus, q̃ auctores vtriusq; linguæ clarissimos nõ ignorabã multa quæ ad hoc opus pertinerẽt diligẽtissime scripta posteris reliqsse. Sed qua ego ex causa faciliorẽ mihi veniã meæ deprecationis arbitrabar fore: hac accẽdebãtur illi magis: q̃ ĩter diuersas opiniones priorũ & quasdã etiã inter se cõtrarias difficilis esset electio: vt mihi si nõ ĩueniẽdi noua at certe iudicãdi de veteribus: iniungere laborẽ nõ iniuste viderẽtur. Quis aũt nõ tã me vinceret pstandi: qđ exigebatur fiducia, q̃ negãdi verecũdia: latius se tamẽ aperiẽte materia plus q̃ imponebatur oneris sponte suscepi, simul: vt pleniori obsequio demererer amãtissimos mei: simul ne vulgarẽ viã ingressus: alienis demũ vestigiis insisterẽ. Nã cæteri fere: qui artẽ orãdi literis tradiderũt: ita sunt exorsi: quasi pfectis omni alio genere doctrinæ sũmã in eloquẽtia manũ imponerẽt: siue cõtemnẽtes tãq̃ parua: q̃ prius discimus studia: siue nõ ad suũ ptinere officiũ opinati quãdo diuisę professionũ vices essent: seu qđ proximũ vero: nullã ingenii sperãtes gratiã circa res: etiãsi necessarias: procul tamen ab ostẽtatione positas. vt operũ fastigia spectãtur: latẽt fundamẽta. Ego cũ existimẽ nihil arti oratorię alienũ: sine quo fieri nõ posse oratorẽ fatẽdũ est: nec ad vllius rei summã: nisi pcedẽtibus initiis perueniri: ad minora illa: sed q̃ si negligas: nõ sit maiorib⁹ locus: demittere me nõ recusabo. nec aliter: q̃ si mihi tradatur educandus orator: studia eius formare ab infantia incipiam.

RAPHAEL.



Ost impetratã studijs meis quietem. Hac præfatione Fabius primum causas exponit: quibus motus de ratione dicendi copiosius scripserit. Deide Victorio opus dicat. Tũ quẽ oratorem instituat: describit. quarto loco totum opus in xij. volumina distinguit: ac quibus præcepta tradat: ostendit. Ac prima quidem pars tota a beniuolentiæ locis sumitur q̃q̃ dociles quoq;: & attentos legentes summa rei: de qua tractaturus est: proposita reddat. Summam enim præ sefert: & modestiam: & in amicos benignitatem: cum se Fabius dicat diu recusasse: ne de arte dicendi scriberet: q̃ a summis auctoribus multa esse de ea re scripta sciret: nisi victus ratione plenius sibi amicos deuincire studuisset. Hunc autem prologum in sublimi genere dicendi versari facile videbit: qui & sententias & compositionẽ perpendet. Siquidem in principijs: atq; clausulis stabiliores pedes sunt collocati: & sensibus grauibus: atq; acutis quales altiloquo stylo cõueniunt: maxime hæc præfatio exornatur. ¶ Quam per viginti annos. Cur demũ post viginti annos quietem impetrarit Fabius quæri posset. Ac ego quidem adducor: vt credam eos qui per viginti annos eloquẽtiã in vrbe Roma professi essent: & vacationem meruisse: & ad magistratus fuisse admissos. Id qđ postea quoq; lege

Prolog… tutioni… narum… mitas. (margin, cut off)



Ost impetratã studiis meis quietẽ quã &c. Lego cũ Laurẽtiano codice quę: vt referatur ad studia: nõ. n. quietẽ erudiẽdis iuuenib⁹ ipẽderat: sed studia: p q̃ qetẽ nõ vulgarẽ sed honorificã cũ dignitatis & mgrat⁹ adeptiõe ipetrauerat: vt postea a Iustiniano istitutũ Laurẽti⁹ adnotauit & Raphael scripsit: id aũt significat vocabulũ ipetratã: nõ. n. q sine honore plegẽdo cessaret: diceret se ipetrasse qetẽ. Male aũt Raphael quã legit: sz exẽplari id aiaduertẽdũ nõ hoi minime temerario & ipẽse docto. Demererer amãtissimos mei. i. bene. de eis merẽdo obligarẽ. Regit igit cõpositũ i actõ qđ ptes in ablõ: nã idẽ est ac si dicat: bene mererer de amãtissimis mei. Vt æneí. iiij. Si bene qd de te merui. Sane nõ est op⁹ admonito amãtissimos q̃ q̃ in nomẽ trãsijt actiue significare: nã idẽ ẽ ac si dicat: q me maxime amãt. Sũt tñ tã ipti vt p dilectissimis & amãtissimis amãtissimos dicãt. Obsequiũ ẽ quoq; id sequit & facit qđ alteri placiturũ nouit. Vñ obsequiũ amicos: Veritas odiũ parit: vt dicit Comicus in Eunucho.

Demereor. (margin)

Obsequiũ. (margin)

cautū fuisse facile est videre: cū alibi: tū in duodecimo codicis Iustiniani libro: titulo de pfessoribus: qui in vrbe Cōstātinopolitana doctes ex lege comitatū habere meruerūt. Inter oēs aūt pfessores: siue artiū siue iuris ciuilis rhetores: hoc ē artis oratorię doctores primū locū apud priscos obtinuerūt: vt idē. xj. lib. scribit Iustinian⁹. ¶ De ratiōe dicēdi. De eloquētia: q̄ & ars dicēdi & facultas orādi & copia orōnis vocaf. ¶ Diu sū eqdē reluctatus. Restiti: ac plōgū tēpus repugnaui. Metaphora est a palæstritis sūpta: q & luctari & reluctari dicunf. ¶ Q. auctores vtriusq; lingue clarissimos. Plenā modestię cām assignat quare diu repugnauit amicis: vt de rōe dicēdi aliqd scriberet postulātibus. Qui nā vero fuerint clarissimi illi vtriusq; linguę rhetores: q scire cupit plogū tertij libri plegat. Illic. n. oēs: q ad ætatē suā vsq; claruerūt: cōmemorat. Sed clarissimi olim fuerunt Gorgias Leōtinus. Isocrates Gorgię auditor. Aristoteles. Theodectes. Theophrastus. Hermagoras. Dionysius Halicarnasseus. Apollodorus Pergamenus. Theodorus Gadareus. Latini vero. M. Cato. M. Antonius. M. Tullius. Plinius secūdus. Sed qua ego ex cā. Locus is: vñ sensus acutissimus sumif: a grecis πειΔαμη απολογια hoc est pbabilis respōsio tū βιαιομ hoc est violētū a latinorū qbusdā iuersio appellaf. Qua qdē tūc vtimur: cū aduersarij rōnē i ipm inuertimus: ac p nobis potius q̄ cōtra nos facere mōstramus: Vt si qs argueret in sylua hoiem occidisse: q in sepeliēdo cadauere eēt dephēsus. hoc mō iuertere posset. Atq si iterfecissem: in sepeliēdo cadauere tps nō cōtriuissem. Sic igif Quintiliano de arte oratoria scribere recusanti: q clarissimi auctores de ea re multa pcepissent: occurrebant ipius amici: Imo qa diuersa priorū iueniunf pcepta: ac q̄dā etiā cōtraria iter se: scribere tu quoq; debes: vt saltē de antiquorū opinionibus iudicās: q̄ nobis sequēdę sint ostēdas. Sic Cicero prima in Verrē actione. Dicebāt hīc eos actorē Quin. Ceciliū: q pferri q̄stor in ea puincia post me q̄storē fuisset. Quo ego adiumēto sperabā: hāc a me molestiā posse dimoueri: id mihi erat aduersariū maxīe: Nā illi multo mihi hoc facili⁹ remisissent: si istū nō nossent: aut si iste apud eos q̄stor nō fuisset. ¶ Meę depcationis. recusationis: repulsionis. Depcari nāq; iterdū est valde pcari: Interdū est pcibus aliqd recusare: ab seq; repellere. ¶ Qd iter diuersas opiniones priorū. De pceptis eloquētię cū aliis, tū de fine: ac statibus maxīe varię fuerūt rhetorū opiniōes. Alij nāq; tres status. alij plures: alij pauciores fecerūt. Finē vero alij psuadere. alij bene dicere eē cēsuerūt: vt suis locis aptius patebit. ¶ Iniūgere. Imponere: Qd qdē verbū raro apd Ciceronē iuenif. Apud Pliniū vero & Trāqllū & Fabiū est frequētissimū. ¶ Quis āt. Hic quoq; sensus a locis beniuolēnę sūptus maximā Fabij modestiā ostēdit. ¶ Latius tñ se apiēte materia. hoc est cū materia mihi pposita latior āpliorq; videref. ¶ Simul vt pleniori obsequo. Simul vim habēs copulę: vt hoc loco elegāter in orōne bis ponif: qua qdē dictiōe significanf duo simul vno & eodē tpe fieri. Virgilius īscdo. Ille simul manibus tēdit diuellere nodos: Clamores simul horrēdos ad sydera tollit. ¶ Demererer: deuincerē. Nā demereri est meritis obligare: q̄uis īpitorū turba: & demereri male facere: & demerita malefacta significaf putet. ¶ Alienis demū vestigijs insisterē. hoc est. Ea solū pciperē: q̄ ab alijs quoq; tradita forēt. ¶ Demū solū. ¶ Sūmā i eloquētię manū iponerēt. Corrupte qdē sic legi notius est: q̄ vt sit admonēdū. E nāq; vocali erasa legēdū est eloquētia: vt sit ablatiui casus: nō aūt eloquētię i ppositiōe expūcta vt qdā deprauarūt. Est aūt a pictoribus sūpta trāslatio: q tūc vltimā iponere manū picturę dicūf: cū eā sic pficiūt: vt nulla alia arte idigere videaf. ¶ Siue cōtēnētes. tāq̄ parua grāmaticā: geometriā: arithmeticā: musicā: astrologiā: & pgymnasmata: q̄ oīa pueri ante discere solebāt q̄ rhetori traderenf: parua studia vocat. Quītilian⁹. ¶ Quādo diuisę professionū vices eēnt. Alię nāq; sunt vices grāmatici: alię rhetoris: alię geometrę. Si qs igif oīa tradere simul vellet: vices atq; officia pfessionū confunderenf. ¶ Seu qd pximū vero. Maxime veri sile. ¶ Gratiā igenij. Laudē. gratia nāq; igenij nihil aliud est q̄ ipsius cōmēdatio. ¶ Vt operū fastigia spectanf: ædificiorū cacumina ab oib⁹ aspiciunf. Hac aūt similitudine ostēdit eorū: q̄ latent nullā igenio gratiā eē. ¶ Sūmā. finē, ac pfectionē. ¶ Ad maiora illa. Nō maiora: sed minora legēdū eē facile ex ipo percipif sensu. Rudimēta autē grāmaticę: ac geometrię: aliarūq; mathematicarū intelligif: q̄ cū quadā emphasi minora illa dixit: ac si diceret q̄ ab alijs cōtēnūtur. ¶ Qd opus Marcelle victori tibi dicamus. Duabus de causis Marcello opus dicat Fabius: quas ita pspicue subijcit: vt nulla enarratione indigere videanf. Prima autē est q ipm hoc munere dignū putauit ppter mutuā beniuolētiā: ac egregiū studiorū amorē. Secūda vero est: q filio eius erudiēdo nō inutiles hi libri fore viderenf. ¶ Ad ingenij lumē: ad eloquētiā. Nihil est. n. quo magis hoīs ingeniū splendescat q̄ eloquētia Quare nō iniuria. Athenīēses elegātissimos Gorgię Leōtini sermōes: quos Athenis legat⁹ fecit: lāpadas appellauerūt: vt. n. lumine tenebrę expellūtur: sic eloquēti orōne ex aīs hoim impitia fugaf. Lumē vero ingenij p eloquētia accipiēdū ē apte Cicero in Bruto his declarat verbis. Vt. n. oīs decus ingeniū: sic ingenij ipsius lumē est eloquētia. ¶ Incunabulis: primordijs initijs. Incunabula nāq; sunt lectuli: in qbus infantes iacēt: q̄ quia educationis cuiq; principia sunt: pro primordijs quoq; aliarum rerum eleganter ponuntur. ¶ Atq; eo magis: causam assignat: qua decreuit copiosius

Qd opus Marcelle Victori tibi dicam⁹: quē cū amicissimū nobis tū eximio literarū amore flagrātē: nō ppter hęc mō (q̄q̄ sunt magna) dignissimū hoc mutuę īter nos charitatis pignore iudicabamus: sed q erudiēdo nato tuo: cuius prima ętas manifestū iter ad ingenii lumē ostēdit: nō inutiles fore libri videbātur: quos ab ipsis dicēdi: velut incunabulis: per oēs quę modo aliqd oratori futuro cōferāt artes: ad sūmā eius opis pducere destinabam⁹. Atq; eo magis: q duo iā sub noīe meo libri ferebanf artis rhetoricæ: neq; editi a me neq; in hoc cōparati. Nāq; alterū sermone p biduū habito: pueri: qbus id pstabatur: exceperāt: alterū pluribus sane diebus: quantū notando consequi potuerant: interceptū boni iuuenes: sed nimiū amantes mei temerario editionis honore vulgauerant. Quare in his quoq; libris erunt eadē aliqua: multa mutata: plurima adiecta: oīa vero compositiora: & q̄ nos poterimus elaborata. Oratorem autē instituimus illum perfectum: qui esse nisi Orator.

Vir bonus. vir bonus non poteſt: ideoq; non dicendi modo eximiam in eo facultatē: ſed oīs animi virtutes exigim⁹. Neq; .n. hoc cōceſſerim rationē rectę honeſtęq; vitę (vt quidā putauerūt) ad philoſophos relegādā: cū vir ille vere ciuilis: & publicarū: priuatarūq; rerū adminiſtrationi accōmodatus q regere cōſiliis vrbes: fundare legibus: emēdare iudiciis poſſit: nō alius ſit ꝑfecto q̄ orator. Quare tāetſi me fateor vſurū qbuſdā: q̄ philoſophorū libris cōtinenť: tñ ea iure vereq; cōtēderim eē opis nři: ꝓprieq; ad artē oratoriā ꝑtinere. An ſi frequētiſſime: de iuſtitia: fortitudine: tēperātia: cæteriſq; ſimilibus ſit diſſerendū: & adeo: vt vix vlla poſſit cauſa reperiri in qua nō aliqua q̄ſtio ex his incidat: eaq; oīa inuētione: atq; elocutione ſint explicāda: dubitabitur vbicūq; vis ingenii: & copia dicēdi poſtulatur: ibi
Lib. iij. de ora. ꝑtes oratoris eſſe ꝑcipuas? Fuerūtq; hęc: vt Cicero aptiſſime colligit: quēadmodū iūcta natura: ſic officio quoq; copulata: vt iidē ſapiētes: atq; eloquētes haberētur. Scidit deinde ſe ſtudiū: atq; inertia factū eſt: vt artes eſſe plures viderētur. Nā vt primū lingua eſſe cœpit in quęſtu: īſtitutūq; eloquētiæ bonis male vti: curā morū q diſerti habebātur: reliquerunt. Ea vero deſtituta infirmioribus ingeniis velut ꝑdæ fuit. Inde qdā cōtēpto bene dicēdi labore: ad formādos aīos: ſtatuēdaſq; vitę leges regreſſi ꝑtē qdē potiorē: ſi diuidi poſſet: retinuerūt: nomē tñ ſibi inſolētiſſimū arrogauerūt: vt ſoli ſapiētiæ ſtudioſi vocarētur. Qđ neq; ſummi impatores: neq; in cōſiliis rerū maximarū: ac totius adminiſtratione reipu. ꝑclariſſime verſati ſibi vnq̄ vēdicare ſunt auſi. facere .n. optima q̄ promittere maluerūt. Ac veterū q dē ſapiētię profeſſorū multos & honeſta ꝑcepiſſe: & vt ꝑceperūt etiā vixiſſe facile cōceſſerim: noſtris vero tēporibus ſub hoc noīe maxima in plęriſq; vitia latuerūt. Nō .n. virtute ac ſtudiis vt habereť philoſophi laborabāt: ſed vultū & triſtitiā: & diſſentiētē a cęteris habitū: peſſimis moribus prętēdebāt. Nūc aūt q̄ velut ꝓpria philoſophiæ aſſerūtur paſſim tractamus omnes. Quis .n. modo de iuſto: æquo ac bono non & vir peſſimus loquitur? quis nō etiā ruſticorū aliqua de cauſis naturalibus quęrit? Nā verborū proprietas: ac differētia oībus: q ſermonē curę habēt debet eſſe cōis. Sed ea & ſciet optime: & eloquetur orator: q ſi fuiſſet aliquando perfectus:
Orator dicendi peritus. nō a philoſophorū ſcholis virtutis ꝑcepta peterentur: Nunc neceſſe eſt ad eos aliquādo auctores recurrere: qui deſertā (vt dixi) partē oratorię artis meliorē ꝑſertim occupauerūt: & velut noſtrū repoſcere: non vt nos illorū vtamur inuētis: ſed vt illos alienis vſos eſſe doceamus. Sit igitur orator vir talis: qualis vere ſapiens appellari poſſit: nec moribus modo perfectus (nā id mea quidē opinione q̄q̄ ſint qui diſſentiāt ſatis nō eſt) ſed etiā ſciētia & omni facultate dicēdi qualis adhuc fortaſſe nemo fuerit. Sed nō ideo minus nobis ad ſūmā tēdēdū eſt, qđ fecerūt plęriq; veterū: qetſi nōdū quēq̄ ſapientē repertū putabāt: ꝑcepta tamen ſapiētię tradiderūt. Nam eſt certe aliqđ cōſummata eloquētia: neq; ad eā ꝑuenire natura humani inge-

de eloq̄ntia ſcribere: ac libros ſuos ꝓ oēs artes oratori futuro vtiles ꝑducere. Cū .n. duo libri minus ꝑfecti de arte oratoria ſub noīe Quītiliani circūferrētur: facile potuiſſent hoīes de Fabii ipſius eloquētia male ſentire: niſi perfectū aliqđ op⁹ de ipſa dicēdi rōne cōſcripſiſſet. Neq; in hoc cōparati: vt ederenť. Significat aūt Fabius libros illos fuiſſe impfectos: minuſq; expolitos. ¶ Nāq; alterū ſermonē ꝑ biduū habito. Sermōe legēdū eē: ne admonēdū qdē eēt: vt habito ſermone itelligať: niſi qdā īpitia ſua hoc quoq; ꝑuertiſſet: putātes alterū ad ſermonē referēdū: cū ad librū referať: vt autē ſermonē hře: & facere elegāter dicim⁹: Sic orōnē hře: nō facere: i frequēti ē oratorū vſu. ¶ Quib⁹ id ꝑſtabať: qb⁹ ille ſermo fiebat de artis oratorię præceptis. ¶ Alterū plurib⁹ ſane dieb⁹. Habito ſermōe ſubitelligať. ¶ Potuerāt. u. vocali expūcta poterāt legēdū eſt. ¶ Notādo: notis qbuſdā: ac ſignis ſcribendo. Vñ notarii quoq; Notari
ſunt dicti: q notis q̄cūq; dicūtur: excipiūt. ¶ Elaborata expolita atq; exornata. Oratorē aūt īſtituim⁹ illū ꝑfectū Ab attētationis locis hic ſenſus potiſſimū eſt ſumptus. Nā ꝑfectus orator: quē ſe velle iſtituere ꝓponit: eſt tāq̄ de⁹ qdā terrenus. Cato aūt Cēſori⁹ ſic oratorē definiunt. Orator eſt vir bon⁹ dicēdi ꝑitus. Orator defi-
nitio. Quā qdē definitionē Virgilius quoq; approbare videť: cū ingt. Tū pietate grauē: ac meritis ſi forte virū quē Cōſpexere: ſilēt arrectiſq; aurib⁹ aſtāt. Qui .n. pietate: ac meritis grauis eſt: is īter bonos viros ꝓculdubio eſt numerādus. Quē vero mltitudo cōcitata ꝑſertim cū ſilētio: attēteq; audit: is nimirū dicendi ꝑitus eſt iudicādus. ¶ Neq; eñ hoc cōceſſeri. Oratorē ꝑfectū iīs eē ꝑſtātiorē: q philoſophi appellanť: multis argumētis Fabius demōſtrat. Idcirco rōnē recte viuēdi ad philoſophos minime remittit: ſed propriā oratoris eſſe ait. ¶ Vere ciuilis: vere ſapiens. Nam ciuilitas eadem cum ſapiētia eſſe perhibeť. ¶ Fū

nii ꝓhibet: q̄d si nõ cõtingat: alti⁹ tñ ibũt: q ad sũma nitent: q̃ q s sũpta despatiõe: quo velit euadẽdi: ꝓtin⁹ circa ima substiterit.

¶ Quę cũ &c. Obseruat elegantiã quã Valla pcipit de cũ & tũ vt in rebus imparibus cũ particula cũ minore ꝑponatur: nã sensus est: cũ ita est ꝙ sis nobis amicissimus: tum.i. multo euidẽtius est ꝙ sis eximio amore lrarũ flagrans. Ordo aũt huius periodi est: quę cũ amicissimũ nobis, tũ flagrantẽ eximio amore lrarum: hoc est quẽ licet esses cũ amicissimus nobis iũ flagrans eximio amore lrarũ: nõ iudicabamus ꝓpter hæc.s. duo q̃ in te dixi amicitiã summã: & flagrantiã lrarũ: q̃q̃ sunt (sic enĩ lego cũ Aldo nõ sint) magna: dignissimum hoc pignore charitatis mutuæ inter nos. sed sup. iudicabamus dignissimũ hoc. p.ch.m.in. nos: ꝙ libri.s. hi: videbant fore nõ inutiles nato.i. filio tuo erudiẽdo: cuius.s. nati prima ætas ostẽdit iter manifestũ ad lumẽ ingenij: quos.s. libros nos destinabam⁹ perducere ab ipsis velut incunabulis.i. primordijs discẽdi (quia incunabula metaphoricos dixit adiecit velut) ꝑ oẽs artes q̃modo.i. dũ modo ex conferãt aliqd .s. vtilitatis oratori futuro. ad summã.i. cõsũmationẽ eius opis.s. de institutiõe oratoria. Atq sup. destinabamus illud: eo.i. iccirco magis ꝙ &c. in hoc.i. ad hoc vt edant. Exceperãt.s. ex ore dictãtis. Cõseq potuerãt sic cũ Laurẽtiano & Aldino codicibus lego: nõ vt Raphael vult poterãt. nã cũ sequat vulgauerãt cũ pri⁹ notauerint incongruũ etiã prius factũ impfecto dare & posterius plusq̃ pfecto. Boni iuuenes: sed &c. Raphaelis exẽplũ habet vel: q̃d minus placet: nã sensus est boni quidẽ iuuenes vt q pceptoris honori licet incõsulto cõsulere studuerint: sed nimiũ amãtes mei: qa nõ debebãt sic studere famę pceptoris vt eã æternãdo denigrent. Et q̃.i. q̃tũ nos poterimus: id modeste dicit. Nã elaborata dicunt q̃ nõ frustrati laboris p se ferũt vestigia. Ad philosophos relegãdã: tãq̃ ad eos ad quos solos de ea spectet discernere: cũ ꝓpriũ id sit oratoris officiũ. Vere ciuilis.i. ciuitatis regẽdę ꝑitus & potẽs. Fũdare legib⁹. Ergo maior est orator cuius est leges cõdere: q̃ legisperit⁹ cuius ẽ eas interptari. Opis nostri: oratorię institutionis: hoc est vt addit: ꝓprie ad artẽ oratoriã ptinere. Vt artes plures.s. philosophantiũ & oratorũ. Quęstu: acqsitione rerũ. Eloquẽtiæ bonis.i. vtilitatibus & cõmodis: q̃ sunt ornate apte & pspicue dicere: ac psuadere. Ea.s. cura morũ: hoc est ethica destituta a disertis ad philosophos tralata est: q cũ infirmiore eẽnt ingenio: potiorẽ oratorię ptẽ assecuti sunt. Melior est enĩ virtus moralis sine eloquẽtia: q̃ eloquẽtia sine virtute: cũ virtus vel sola prosit: eloquẽtia sine illa nõ solũ nõ prosit: sed sępius obsit: vt in ꝓlogo rheto. Cicero late disputat. Qd.s. nomẽ philosophi .i. amatoris sapiẽtiæ: psertim moralis: quã Socrates primus e cęlo deuocasse dicit. Nãq liberales artes pfitebant a philosophico noie tũc abstinebãt: cũ philosophi apud grecos eã fere vitã agerẽt: quam magi apud Persas: gymnosophistæ apud Indos: & Pharisei apud Iudæos. Maluerũt.s. imperatores. Prætẽdebãt. ad defensionẽ apponebãt: Sicut æne. iiij. dicit. Cõiugiũ vocat: hoc prætexit noie culpã. Quis enĩ. Ordo est. Quis enĩ mõ.i. hoc tpe: et.i. etiã vir pessim⁹: nõ loqt de iusto ęquo, ac bono: q.d. nullus. de iusto aũt ęquo & bono argute disputat. G. Budæus in principio adnotationũ in pãdectas. Sed ea. ostẽdit secũdã diffinitionis ptẽ hoc est ꝙ orator sit dicẽdi peritus. Etsi nõdũ quẽq̃ sapiẽtẽ reptũ putabãt .s. Stoici. Nobis aũt reptus imo natus est cõsũmat⁹ & orator & sapiẽs: Christus dñs sapiẽtia dei patris. Est certe aliqd.i. nõnihil aut res fictitia q̃ neq sit neq eẽ possit. Alibi aliqd ꝓ magno accipit. vt apud Iuuenalẽ. Est aliqd sese vnius dominũ fecisse lacertę. Præsumpta. prius sponte sumpta: vñ psumptio: quæ a literatis raro capitur vt a theologis. pro vitio nimiũ sibi sumendi.

dare legibus. Hinc aperte colligitur quãto oratores sint iurisconsultis pstãtiores: cũ leges ab oratorib⁹ cõditas & latas iurisperiti itcipitent: atq exponãt. Leges aũt vrbiũ fundamẽta merito eẽ dicunt: qbus sublatis ciuitates corruãt necesse est. ¶ An si frequẽtissime. Hoc enthymema te pbat Fabi⁹: eã ptẽ philosophię: q̃ est de morib⁹. totã eẽ oratoris ꝓpriã q̃d in ea fere semp versef orator. ¶ Vt Cicero apertissime colligit. In prio de oratore: & ꝓlogo rhetoricorũ Cicero hãc explicat q̃stionẽ. Colligere aũt est argumẽtis aliqd concludere: & cõprobare id: quod græci quos in hoc quoq imitamur συλλογίζειν dicũt. ¶ Infirmioribus ĩgenijs. Infirmiora ĩgenia philosophorũ dicit: vtpote quę ocio nõ negocijs sint accõmodatę. ¶ Inde qdẽ cõtẽpto. Quidã legẽdũ est nõ quidẽ. Pulchre aũt I odiũ atq cõtẽptũ philosophorũ pricipes adducit. ¶ Regressi: cõuersi. ¶ Nomen insolẽtissimũ. Philosophi soli sapiẽtię studiosi videri volũt qd qdẽ est maxie superbũ: cũ pstãtissimi rerũ gestarũ gloria viri id sibi nomẽ nũq̃ arrogarit. Prim⁹ vero Pythagoras Samius cũ a Leõte Phliasiorum tyrãno rogaretur: an σοφὸς hoc est sapiẽs eẽt: respõdit se nõ σοφὸν hoc est sapiẽtem: sed Philosophũ hoc ẽ sapiẽtię studiosum amicũq eẽ. ¶ Facere enĩ optima. Innuit Fabi⁹ philosophorũ suorũ tẽporũ optima quidẽ pmisisse. Sed ea facere neglexisse. ¶ Ac veterũ qdẽ sapiẽtię pfessorũ. Veteres philosophi fuerũt. Socrates: Zeno: Plato: Diogenes: et alii multi. ¶ Nostris vero tpib⁹. Apte Iuuenalis hoc idẽ cõprobat qui I eiusmodi phõs potissimũ secũdã Satyrã scripsit. Vltra Sauromatas fugere hic libet & glacialẽ Occanũ: quotiẽs aliqd de morib⁹ audẽt: Qui curios simulãt & bacchanalia viuũt. Propter nefanda aũt vitia illis tpibus philosophi nõ ex vrbe solũ senatuscõsulto fuere eiecti: sed Italia quoq ipsis fuit iterdictũ: vt. A. Gellius in xv. refert. Quo tpe Epictetus quoq phũs ꝑ illud senatuscõsultũ Nicopolim Roma discessit. ¶ Maxima vitia: perfidię: libidinis i mares: ãbitionis: auaritię. ¶ Virtute ac studijs: bonitate ac scia: sine qbus nemo phũs est appellãdus. ¶ Prętendebãt. opponebãt. Sũpta est a velis trãslatio q̃ interdũ ante ianuas tẽdunt: ne q̃ sunt intus aspiciant. Stoici vero Cynicique philosophi palliati atq barbati aliorũ vitia repꝛhẽdebãt: vt sua dissimularẽt. Vñ illud Gellianũ in quẽdã istorũ. Palliũ & barbã video. philosophũ nõ video. Et Cornelius Nepos de quodã Egnatio sic scribit. Egnatius ad opprimẽdũ amicũ: auctoritatẽ stoicę sectę p se ferebat habitu & ore ad exprimẽdã imaginẽ honesti. Cęterũ animo perfidiosus: & subdolus: auaritiã: ac libidinẽ occultans. ¶ Nunc autẽ: quæ velut propria philosophiæ asserũtur: passim tractamus omnes. Philosophia ex sentẽtia stoicorũ quos Fabius sequitur: in tres partes diducitur: ethicen: physicen: logicen: de qbus vnũ quodq nõ solũ philosophos facile tractare posse ostendit. De moribus nãq: q sub ethica collocantur: nemo nõ interdum loquitur.

Decausis vero rerũ quæ physicæ ascri bũtur: etiã rustici quãdoq; inquirũt. Sermonis aũt ratio: quæ logicæ assignatur: oibus cõis esse videt̃ qui orationis curã habent. Ita philosophiæ nihil proprium relinqui videtur. ¶ Nunc necesse ad eos. est verbum ascribatur: vt legatur necesse est. ¶ Quod fecerunt plęriq; veterum. Stoici philosophi: q̃uis solũ deũ sapientẽ esse censerẽt: Sapiẽtiæ tamẽ pcepta tradiderunt. ¶ Qui ad summa nitent̃. Ad cacumina ascendere studebũt. Est autem translatio ab iis sumpta: qui arduos mõtes ascendere conantur.

Operis diuisio.

Quo magis impetrãda venia erit si ne minora quidẽ illa: verũ operi qđ instituimus: necessaria pteribo. Nã liber primus ea: q̃ sunt ante officiũ rhetoris: cõtinebit. Secũdo: prima apud rhetorẽ elemẽta & quæ de ipsa rhetoricę substãtia qrũtur: tractabimus. Quinq; deinceps inuẽtioni: nã & huic dispositio subiũgitur. Quatuor elocutioni: in cuius partẽ memoria: ac pnũciatio veniũt: dabũtur. Vnus accedet: in quo nobis orator ipse informãdus est: vt q mores eius: q̃ in suscipiẽdis: discẽdis: agendis causis ratio: qđ eloquentię genus: quis agẽdi debeat esse finis: q̃ post finẽ studia quãtũ nostra valebit infirmitas differam⁹. His oĩbus admiscebitur: vt quisq; loc⁹ postulabit, dicẽdi ratio, quę nõ eorũ modo: sciẽtia: quib⁹ qdã nomẽ artis dederũt studiosos instruat & (vt sic dixerim) ius ipm rhetorices iterptet̃: sed alere facundiã, vires augere eloquẽtię possit. Nã plęrũq; nudę illę artes nimię subtilitatis affectatione frangũt atq; concidũt quicquid est in oratione generosius, & omnẽ succũ ingenii bibũt: & ossa detegunt: quæ vt esse & astringi neruis suis debẽt sic corpore operiẽda sunt. Ideoq; nos nõ particulã illã: sicut plęriq;: sed quicqd vtile ad instituẽdũ oratorẽ putabam⁹: in hos. xii. libros cõtulimus: breuiter oĩa demõstrãdo. Nã si qtũ de quaq; re dici potest: psequamur: finis opis nõ reperiretur. Illud tñ in primis testãdũ est: nihil pcepta: atq; artes valere: nisi adiuuãte natura. Quapropter ei cui deerit ingeniũ: nõ magis hæc scripta sunt: q̃ de agrorũ cultu sterilibus terris. Sũt & alia ingenita cuiq; adiumẽta: vox: latus patiẽs laboris: valetudo: cõstãtia: decor: quę si modica obtigerũt: possunt ratione ampliari: sed nõnũq̃ ita desunt: vt bona etiã ingenii: studiiq; corrũpãt. Sicut & hęc ipsa sine doctore perito, studio ptinaci: scribẽdi: legẽdi: dicẽdi: multa & continua exercitatione per se nihil prosunt.

RAPH.

¶ Differemus. Corrupteq̃ dẽ sic legit̃. Vt nãq; cõiunctio subiũctiuũ modũ exposcit. Quare differam⁹ legẽdũ videt̃. ¶ His oĩb⁹ admiscebit̃ docẽdi ratio. Nõ docẽdi: sed dicẽdi est legẽdũ Pollicet̃ eñ se nõ nuda traditurũ esse pcepta: sed oĩni dicẽdi ratione expoliturũ: neq; solũ de iis pcepturũ. quibus eloquẽtię nomẽ artis qdã indiderũt. Ea vero sunt nuda pcepta de exordiis: narratione: cõfirmatione: cõfutatione: & cõclusione. ¶ Quibus qdẽ. Quidã legẽdũ est nõ qdẽ. Solis quoq; ablatiu⁹ in vetusto exẽplari ẽ ascript⁹ hoc mõ. Quibus solis qdã. ¶ Ius ipm. hoc est ipsam rhetoricę proprietatẽ: qua ab aliis artibus separi videt̃. ¶ Nã plęrũq; nudæ illæ artes nimia subtilitate. Artes itẽdũ dicunt̃ libri: in qbus breuiter citra omnẽ orationis ornatũ pcepta alicui⁹ disciplinę tradunt̃: vt est Donati ars grãmatica. Ciceronis ars rhetorica. De huiusmõi igit̃ libellis de dicendi rõne cõpositis intelligere debemus: nõ de dialectica: aut arithmetica: aliisue disciplinis: vt insulsi qdã putãt ¶ Nimia subtilitas affectione. Pro affectione legẽdũ esse affectatione q̃ a græcis κακοζηλία vocat̃ facile pspiciet: q aliud ẽ afficere aliud affectare cognouerit. Afficere nãq; est disponere: atq; ad aliquã animi passionẽ iclinare. Vnde affectus affectioq; pturbatio ipsa & passio animi dicit̃. Affectare vero est nimium auide aliquid conari: qđ assequi nõ possis: refragante natura. Id qđ fere turpe est: atq; odiosum: vt alibi Fabi⁹. Nihil est odiosius affectatione. ¶ Sic corpore opiẽda sunt. hoc est carne. Corpus. n. pprie viuẽtiũ dicit̃. Vnde etiã hoiem dicimus corpulẽtũ. Caro aũt potius mortuorũ: vt q̃ a cadẽdo sit dicta. Cice. ad Gallũ. Ego hic cogito cõmorari: quoad me reficiã. Nã & vires & corpus amisi. ¶ Ideoq; nos nõ pticulã illã sicut plęriq;. Quæ ab aliis rhetoribus breuiter de ptibus eloquẽtiæ tradita sunt: pticulã Fabius vocat. ¶ Finis opis nõ reperiet̃. R. litera ascripta repiretur: vt legamus: sensus exposcit. ¶ Nisi adiuuãte natura. Tribus constat eloquentia: vt ipse alibi: natura: arte: exercitatione. Imitationã q; subiicit̃ arti. ¶ Ingenita: a natura data. ¶ Valitudo. i vocali in e conuersa scribendum esse valetudo vetusta exemplaria sunt documẽto. ¶ Pertinaci. perseueranti assiduoq;. Alias pertinax in malam accipitur partem.

Quo magis. i. Quãto magis. aut quocirca. Ante officiũ rhetoris. i. quæ futuro oratori necessaria anteq̃ rhetori tradat̃. Quinq; supple libri: & quatuor libri: q sunt nouẽ dabunt̃. Nam duodecim sunt. Vnus. s. duodecimus. dicẽdi ratio sic Raphael: Vallętñ & Aldi codices habent docẽdi: vt sit ratio docẽdi q̃ instruat studiosos nõ modo. i. nõ solũ sciẽtia eorũ qbus qdã dederũt nomẽ artis. s. oratorię: & sup. quę interptet̃ vt sic dixerim ipm ius. i. qđ ppriũ & peculiare est: rhetorices &c. admiscebit his oibus vt qsq; loc⁹ expostulabit. Sed melior est Raphaelis lectio. Nimię subtilitatis affectatione, sic Valleñ. & Aldinus codices. Sine doctore perito: studio pertinaci &c. repete sine in singulis.

Quā spem de filio recens nato pcipiat pater: & a quali nutrice & inter quos collectaneos educandū curet. Cap. I.



Gitur nato filio pater spē de illo primū qoptimā capiat: ita diligentior a principiis fiet. Falsa.n.est querela paucissimis hominibus vim percipiendi: quæ tradātur esse concessam: plęrosq vero laborē: ac tēpora tarditate ingenii perdere. Nam contra, plures reperias: & faciles in excogitando: & ad discendū promptos. Quippe id est homini naturale. ac sicut aues ad volatū: equi ad cursum: ad sæuitiā feræ gignūtur: ita nobis ppria est mētis agitatio: atq solertia: vnde origo animi cælestis creditur. Hebetes vero: & indociles nō magis secūdū naturā hoīs edūtur q prodigiosa corpora: & monstris insignia. Sed hi pauci admodū fuerūt. argumentū: q in pueris elucet spes plurimorū quæ cū emoritur ætate: manifestum est: non naturam defecisse: sed curam. Prestat tamē ingenio alius aliū: concedo. sed plus efficiat: aut minus: nemo tamen reperitur: qui sit studio nihil cōsecutus. Hoc qui puiderit protinus: vt erit parens factus: acrem q maxime curam spei futuri oratoris impendat. Ante omnia ne sit vitiosus sermo nutricibus, quas (si fieri posset) sapientes Chrysippus optauit: certe qtū res pateretur optimas eligi voluit. Et morū quidē in his haud dubie prior ratio est: recte tamen etiā loquātur. Has primū audiet puer: harū verba effingere imitando conabitur. Et natura tenacissimi sumus eorū: quæ rudibus annis percipimus: vt sapor quo noua imbuas durat: nec lanarū colores: qbus simplex ille candor mutatus est: elui possunt. Et hęc ipsa magis pertinaciter hęrēt: quę deteriora sunt. Nā bona facile mutātur in peius: nūc quādo in bonū verteris vitia? Nō assuescat ergo: ne, dū īfans quidē est, sermoni: qui de discēdus sit. In parētibus vero q plurimū esse eruditionis optauerim. Verū nec de patribus tantū loquor. Nā Graccorū eloquētię multū cōtulisse accepimus Corneliam matrē: cuius doctissimus sermo in posteros quoq est epistolis traditus. Et Lælii filia reddidisse in loquēdo paternā eloquētiā elegantiorē dicitur. Et. Q. Hortēsii filię oratio apud triūuiros habita legitur nō tm̄ in sexus honorē. Nec tamē ii quibus discere ipsis nō contigit: minorē curā docēdi liberos habeant: sed sint propter hoc ipsum ad cętera magis diligentes. De pueris inter quos educabitur ille huic spei destinatus idem quod de nutricibus dictum sit.

Nutrices. Parentes. Pueri.



Gitur nato filio &c. quia de primis & minimis incipiendū duxit. Spem capiat. Bene sperandū est patri de ingenio filij. quia multi vt ęnei. v. dicit: possunt quia posse videntur. Origo animi cęlestis. Sic æneι. vj. Igneus est ollis vigor & cælestis origo. Sed hi pauci fuerūt. Sic Valla & Aldus: quos sequar nā ordo est: sed hi. s. hebetes & indociles fuerūt admodū pauci. argumentū. i. probatio eius dicti est: q spes plurimorū. s. faciēdorū aut obtinēdorū elucet in pueris: quæ cū. s. ita sit q emoritur ætate manifestum est &c. Prestat: vincit superat excedit virtute: vt Virg. li. xj. Ibo animis cōtra vel magnū pstet Achillem. Liuius lib. iij. Agite iuuenes inquit: pstate vir

Presto.

Igitur nato filio Quonā mō educandi sint pueri qui arti oratonę destinātur: ante oīa pcipit Fabius: Eorū vero pcepta sequit: qui tū apud nos vt Cato: tū apud græcos: vt Chrysippus: alij multiq de liberis educādis scripsere. Igitur aūt particula est: quo nō in conclusionibus modo: sed ī tractatuū quoq principijs vti solemus. ❡ Atq solertia. Acumen ingenii: pcipiendiq facilitas solertia dicit: quā Aristoteles ἀγχίνοιαν vocat: eāq dialectico maxime necessariā eē ait. ❡ Vnde origo animi cęlestis creditur. Idcirco animus e cælo originē ducere cum aliis tū Platoni videtur: q semper in motu sit ac facile quæq pcipiat. ❡ Sed hi pauci admodum fuerūt. Sic qdē recte legi putatur hic loc⁹: sed mihi nō sine mēda esse videt. Neq enī de iis solū q pterierunt: loquitur Fabi⁹: sed indeterminate de omnib⁹. Quare sunt verbū videtur subaudiēdū. Fuerit aūt esse legēdū vt ad illud argumētum referatur hoc mō. ❡ Fuerit argumētū: hoc est signū & probatio eius: qd dico esse poterit. Est aūt argumētū tatio rei dubię faciens fidē. Præstat tamē ingenio ali⁹ aliū. ὑποφορὰ & obiectio: quæ fieri posset. quā ita soluit Fabi⁹: ut dicat: ita aliū alio pstātiori ingenio pditū esse: vt plus minusve faciat: nō vt aliqs prorsus ingenio careat. Obiectiones aūt sic soluere oratores solent: vt primū proponāt. deinde obiectionē inferāt. tum polliceantur alia ppositiōe solutionē: postremo soluant. Cicero pro Archia poeta. Quæret quispiā qd illi ipsi summi viri: quorū virtutes literis proditę sūt: ista ne doctrina: quā tu efferis laudibus: eruditi fuerūt? hæc est ppositio cum obiectione. Difficile est de omnibus confirmare. Sed tamē certū est quid respondeam. Altera propositio:

...

tute peditẽ: vt honore atq; ordine pstatis. Gel. li. xiii. Ingenio hi atq; doctrinis cęteros pręstabãt. i. vincebãt & ante cęteros stabãt. Terẽtius in dandi casu dixit Homo hõi quid pstat: stulto intelligens quid interest. i. in quo hõ hoie melior est. Idem pstamus in quo meliores aut potẽtiores sumus. vnde sępe pręstat, i. melius est absolute. legimus. Sed plus: alibi sic vt plus efficiat &c. Hocquippe Aldin⁹ codex habet: hoc q prouident: Vallẽ. hoc qui peruiderit: eũq; sequar.
Et Et natura. Elegãter ponitur et: vt sit quasi id qđ quia. Nã quãdo in bonũ verte ris vicia? q. d. nũq̃. Valla legit nũc qñ. Tam potens tñ est deus vt vitia paucorũ ad bonũ ipsorũ aut vniuersi cõuertat. vt quos per casum turpẽ ad superbiæ de testationẽ inducit. Fecit etiã de Saulo Paulũ & de lupo vas electionis. Sed na- tura videmus quæ bona sunt in peius ruere: vt vinũ in acetũ aut vappam: nõ contra. Ne dũ infans: duę sunt particulæ ne dũ. Nã ordo est: ne quidẽ sup. tũc dũ infans est. dediscendus. i. obliuioni dãdus: aut repudiãdus dũ meliorẽ eius loco didicerit quẽ obseruaret. Disco enim & dedisco: doceo & dedoceo fere cõtra- ria sunt: vt interdũ precor & depcor. & semp hortor & dehortor. Graccorũ: in
Graeci. Laurẽtiano codice sine h scribitur: sicq; scribẽdũ nõ futiles tradiderũt autho- res. In posteros, ad posteros. Adnotauit Valla epistolas Cornelię matris ad C. Graccũ apud Corneliũ nepotẽ extare: & de educatione Corneliæ eiusq; episto- lis. deq; Lælij filia meminisse Ciceronẽ in Bruto. de oratione autẽ Hortensiæ Q. Hortentij filiæ citat Valerium Max. lib. viij.

Ego multos hoies excellẽti animo: ac virtute fuisse: & quę sequunt. hæc est solutio. Sed propositiones: id quod frequenter fit: hoc loco Fa- bius noster. prætermisit. ¶ Hæc quippe protinus: vt erit parens factus. Duobus modis legitur hic locus. Alii nanq; legunt hæc qui præui dent. sicq; in antiquo scriptũ est exemplari. Alii hæc pro- nomen in hoc ablatiuũ dum taxat mutant. & quippe le- gunt: vt intelligamus pro- pter hanc causam: q vnus- quisq; studio aliquid conseq tur: quæ quidem mihi elegã tior lectio videtur. ¶ Vt sa- por quo noua imbuas durat

Ex Horatij epl'is sumpta est hæc similitudo. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. ¶ Nec lanarum cocores. Hocquoq; est ex Horatii carmine sumptum: Neq; amissos colores lana refert me- dicata fuco. ¶ Non assuescat ergo ne dum infans quidem est. Ne dum hoc loco duæ sunt voces eoq; diui sim legendę. Interdum. enim. vna est dictio: quod quidem sensu facile dignoscitur. Nã gracchorum eloquẽtię. Cornelia Aphricani superioris filia Sẽpronio graccho nupsit: ex qua nati sunt. Tibe. &. C. gracchi: q plurimũ eloquẽtia valuerunt. ¶ Epistolis est traditus. Significat epistolas Corneliæ ad posteros puenisse: ex qb⁹ faci- le q̃ doctus q̃q; elegans ei fuerit sermo colligi poterat. Nam Fabii tpe illæ quoq; epistolæ extabãt. ¶ Et Lęlii fi lia. C. Lælius cognomento sapiens duas sustulit filias: quarũ altera nupsit Mutio Scæuolæ: Altera. C. Fãnio. De vtra intelligat Fabius mihi est ignotum. De Bruto vero Ciceronis hæc sumpta esse videntur. Sic. n. ibi scribitur. Sed magni interest quos quisq; audiat quotidie domi. quibuscum loquatur a puero: quẽadmodum pres: pędagogi: matres etiam loquantur. Legimus epistolas Cornelię matris graccorum. Apparet filios non tam in gremio educatos: q̃ in sermone matris. Auditus est nobis Læliæ. C. filiæ sæpe sermo. ergo illam patris elegãtia tinctam vidimus: & filias eius mutias ambas. quarum sermo mihi fuit notus: & neptes Licinias: quas nos quidem ambas: Hanc vero Scipionis etiam tu Brute credo aliquando audisti loquentẽ. hęc illic. ¶ Et. Q. Hortensij filiæ oratio apud triũuiros habita. Cũ matronarũ ordo graui tributo a triũuiris. Octa- uio. M. Antonio: Lepido premeretur: nec virorum quisq̃ ipsis adesse auderet: Hortẽsia Quin. Hortensij ora toris filia matronarum causam: & constanter: & fœliciter egit: repręsentataq; patris facundia impetrauit: vt maior pecuniæ pars eis remitteretur. Illius vero orationis elegantes sensus ab Appiano Alexandrino: qui de bellis ciuilibus Romanorum scripsit: referuntur. ¶ Non tantum in sexus honorem. Cur nõ tantum in sexus honorẽ legitur ea oratio? An q etiã propter vtilitatẽ: cũ & elegantissima: & artificiosa eẽ cẽseat? Sic. n. intelliga mus eã orõnẽ nõ solũ in sexus honorẽ legi: sed etiã propter vtilitatem. ¶ De pueris. De seruulis: ac ministris.

Ne dũ quęstiones.

Gracchi.


C. Lęlio quot filiæ fuere.

Hortensi des. A. ... Aut. ...

RAPH.

Qualis pręceptores ac pędagogi esse debeãt. Et a quo sermone & qua ætate auspicãdũ sit. Cap. II.

pędagogi.



De pædagogis hoc amplius: vt aut sint erudi ti plane: quam primã esse curam velim: aut se non esse erditos sciant. Nihil enim peius est iis: qui paulum aliquid vltra primas lite ras progressi: falsam sibi scientiæ persuasio- nem induerunt. Nam & cedere pręcipiendi peritis indignant: & velut iure quodã pote statis: quo fere hoc hominũ genus intumescit: imperiosi atq; in terim sæuientes stultitiã suã pdocẽt. Nec minus error eoꝝ no- cet morib⁹. Siquidẽ Leonides Alexãdri pędagog⁹: vt a babylonio Diogene tradit: qbusdã eũ vitiis imbuit: quæ robustum quoq; & maximum regem ab illa institutione puerili sunt persecuta. Si cui multa videor exigere: cogitet oratorem institui: rem ar duam: etiã cum ei formando nihil defuerit. præterea plura ac



De pędagogis hoc amplius. præci- piatur. est subau diendum. Pæda gogos autẽ adhibebãt prisci Romani pueris educandis: q eos: & loq: & legere: & scri- bere docerent: ac vsq; ad sex- tumdecimum annum quo- quo irent: comitarentur: at- q; deducerent. Vnde etiam pędagogi sunt appellati ἀπὸ τοῦ ἄγειν τοὺς παῖδας hoc est ab agendis: educan- disq; pueris. ¶ Quã primũ esse curam velim. Primam rectius mihi legi videtur q̃ primum. ¶ Imbuerũt: Cor- rupte sic: Induerunt autem recte legitur. Induere autem sibi persuasionem scientiæ: est sibi persuadere multa scis re: atq; intelligere. ¶ Siquis

Pædagogi vnde dicti

Induere

difficiliora supereſſe. Nam & ſtudio perpetuo: & præſtantiſſimis pceptoribus: & pluribus diſciplinis opus eſt. Quapropter præcipienda ſunt optima: quæ ſi quis grauabitur: non rationi defuerit: ſed homini. Si tñ non continget quales maxime velim habere nutrices pueros pædagogos: at vnus certe ſit aſſiduus dicendi non imperitus: qui ſi qua erūt ab his præſente alumno dicta vitioſe corrigat protinus: nec inſidere illi ſinat: dum tamen intelligatur id: quod prius dixi bonum eſſe: hoc remediū. A ſermone græco puerum incipere malo: quia latinus: q pluribus in vſu eſt vel nobis nolentibus ſe perhibet: ſimul quia diſciplinis quoq græcis prius inſtituendus eſt: vnde & noſtræ fluxerunt. non tamen hoc adeo ſuperſtitioſe veli fieri: vt diu tantum loquatur græce: aut diſcat: ſicut pleriſq moris eſt. Hinc. n. accidunt & oris plurima vitia in peregrinum ſonum corrupti: & ſermonis: cui cum græcæ figuræ aſſidua conſuetudine hæſerint: in diuerſa quoq loquendi ratione pertinaciſſime durant. Non longe itaq latina ſubſequi debent: & cito pariter ire. Ita fiet: vt cum æquali cura linguā vtramq tueri cœperimus: neutra alteri officiat. Quidam literis inſtituēdos: qui minores ſeptem annis eſſent: non putauerunt: q illa primum ætas & intellectum diſciplinarum capere: & labore pati poſſit. In qua ſententia Heſiodum eſſe plurimi tradunt: qui ante grammaticū Ariſtophanem fuerunt. Nā is primus ὑποθήκαις: in quo libro ſcriptum hoc inuenitur negauit eſſe huius poetæ. Sed alii quoq auctores: inter quos Eratoſthenes: idem præceperunt. Melius autem qui nullum tempus vacare cura volunt: vt Chryſippus nam is: q̄uis nutricibus triennium dederit: tamen ab illis quoq iam formandam q̄ optimis inſtitutis mentē infantium iudicat. Cur autem non pertineat ad literas ætas: quæ ad mores iam pertinet? Neq ignoro toto illo (de quo loquor) tēpore vix tantum effici: q̄tum conferre vnus poſtea poſſit annus: ſed tamen mihi qui id ſenſerūt videnī: nō tā diſcētibus in hac pte q̄ docentibus pepercisse. Quid melius alioqui facient exquo loqui poterunt? Facient eñ aliquid neceſſe eſt: aut cur hoc quātulumcunq eſt vſq ad ſeptem annos lucrum faſtidiamus? Nam certe q̄libet parum ſit: quod contulerit ætas prior: maiora tamen aliqua diſcet puer eo ipſo anno: quo minora didiciſſet. Hoc per ſingulos annos prorogatum in ſummam proficit: & quantū in infantia præſumptum eſt temporis: adoleſcentiæ acquiritur. Idem etiam de ſequentibus annis præceptū ſit: ne quod cuiq diſcendū eſt: ſero diſcere incipiat. Non ergo perdamus primum ſtatim tempus: atq eo minus: q initia literarū ſola memoria conſtant: quæ non modo iam eſt in paruis: ſed tū etiam tenaciſſima eſt. Non ſum adeo ætatum imprudens: vt inſtandum teneris protinus acerbe putem: exigēdāq † plenā operam: Nam id in primis cauere oportebit: ne ſtudia qui amare nondum poteſt oderit: & amaritudinem ſemel præceptam etiā vltra rudes annos reformidet. Luſus hic ſit: etiam rogetur &

A græco auſpicandum.

Ante ſeptem mū diſcēdū

Plane.

dē Leonides. Huius in duodecio naturalis hiſtoriæ meminit Plinius Alexandro inquit magno in pueritia ſine parſimonia thura ingerenti aris Pędagogus Leonides dixerat: vt illo modo cū deuiciſſet thuriferas gētes ſupplicaret. At ille Arabia potitus thure onuſtam nauem miſit ei: large exhortatus: vt deos adoraret. Quibuſnam vero eum infecerit vitiis nō memini me legiſſe. ¶ Vt a Babylonio Diogene tradit. Scite Babylonium adiecit. Sex nāq clari Diogenes fuere. Prim⁹ Apolloniates phyſicus. Secundus Sicionius: qui peloponeſiaca ſcripſit. Tertius Cynicus. Quartus Stoicus ex Seleucia: q Babylonius eſt appellatus ob viciniratem. Quintus Tarſenſis: qui de poeticis quæſtionibus ſcripſit. Sextus Diogenes Laertius: vnde hæc decerpſim⁹. ¶ Quę ſi quis grauabitur. Parum mihi: ingenue fateor: percipitur hic ſenſus: aliquidq flagitii ineſſe videtur: qđ hacteus non fuit deprehenſum. Quonam modo non defuerit rationi. qui hæc non grauabitur: ſed homini? An defuerint numero plurali eſt legendum? Nam præcepta non deſunt rationi. vtpote quæ de ratione ac modo pueros educandi traduntur. Sed homini qui ea ſequi nihil curat. Mihi vero defuerit numero plurali eſſe legendum aſſerenti aſtipulatur exēplar illud vetuſtum: tametſi in litera alicuius parum iudicio valentis temeritate de verbo illo expuncta videatur. ¶ Præſente alumno. Alumnum in paſſiua dūtaxat accipi ſignificatiōe: licet quidam diſſentiant: ne admonendum quidē videtur: cū apud poetas quoq quibus abuti verbis p mittitur: paſſiue ſemper accipiatur: vt meminī quendā facū ꝯū ſane virū mihi in media Patauina Academia cōiunctū: q in actiua quoq inuenīri ſignificatione aiebat Plinij quoq auctoritate niſus: qui de Italia loquens ait omniū terrarū alūna eadem

enes cla- t fuere

passiue at sumit

Alij nunq̃ nõ sciſſe alij nonnũq̃ feciſſe.

laudetur: & † nonnunq̃ sciſſe ſe gaudeat. Aliquando ipſo nolente doceatur alius: cui inuideat contẽdat interim: & ſæpius vincere ſe putet: premiis etiam quæ capit illa ætas euocetur.

Grauor.

De pædagogis. i. puerorũ ad ludũ literariũ ductoribus & eruditoribus qui eos prima elementa docent. Sibi induerunt. ſic induo tibi tunicã legim⁹: dicimus tamen etiam induo te tunicã & tunica. Quo ferre: ſic Valla & Aldus nõ qua: vt ſit quo iure. Perſecuta: ſic Valla. Aldus tamen proſecuta legit. Quę ſiquis grauabitur. Notauit Valla grauor accuſatiuũ exigere: vt Luca. lib. vii. Romanos odere oẽs: dñoſq̨ grauãtur: quos nouere magis. j. Grauiter ferunt. Interdũ negare ſignificare: vt æńei. x. ꝙ ſi quę voce grauaris: Mente dares. Grauaris. j. negas: niſi ſit quę grauaris ſup. dare voce: dares mẽte. Hũc aũt locũ dicit Raphael nõ liquere ſibi niſi defuerint legat. Valla tñ Aldus & cęteri fere defuerit legũt vt ſit. quę. ſ. optima ꝓcepta: ſi qs grauabitur. j. grauiter feret: & forte negabit. nõ defuerit rationi. j. non negauerit rationabiliter eſſe præcepta: ſed hoi. ſ. inſtituendo: ego tñ legam honeri. j. non potuerit inficias ire quin rationi ſunt cõſentanea: ſed honus ſubire noluerit. Solet eñ hon⁹ cũ honorificũ ſit aſpirari & qđ inde deductũ eſt honuſtũ. vt ęnei. j. Hũc tũ olim cęlo ſpolijs orientis honuſtũ &c. Nutrices pueros. Trifariã legitur hic locus: nã a Raphaele & Valla ſic. Si tñ non cõtinget quales maxĩe veliĩ nutrices pueros habere: pędagogus at vn⁹ &c. Ald⁹ ſic. Si tñ nõ cõtinget q̃les maxĩe veliĩ nutrices pędagogoſq̨ pueros habere: at vnus &c. In alterius impreſſione emiſſa anno. MCCCCLXXXII. Legitur nutrices pueros habere pędagogoſq̨: at vnus. &c. Quę lectio cũ aldina ſatis cõgruit. niſi ꝙ in aldina ſenſus omnino ſit ſi tñ continget pueros non habere nutrices & pędagogos quales maxime velim: in illa altera etiam hic eẽ põt. Si tñ non continget infantem habere nutrices pueros. ſ. domeſticos & pædagogos &c. At vnus. &c. Quia vero at ꝓpoſitiui eſt ordinis: potius ſegregẽ. legãq̨ pædagogos q̃cum Raphaele: pædagogus at vnus. Nec obſtat ꝙ iſte vnus pædagogus ſit: nam recte dixero ſi non cõtinget habere pędagogum optimũ: ſit nõ peſſimus. Ab ijs. ſ. nutricibus & pueris: Id qđ prius dixi: ſcilicet ab eloquẽtibus & inter eloquẽtes aut facũdos nutriri: eſſe bonũ: hoc ſ. qđ poſteri⁹ dixi: eẽ remedium. ſ. mali: ne videlicet vitiũ loquendi inſideat & radices iaciat. Moris eſt: ornatius dicitur q̃ mos eſt. Literis: inſtruẽdos: Valleñ. habet inſtituẽdos. Neutra alteri officiat. j. noceat eleganter & apte dictũ. Nam vbi duo agunt aut nõ agunt: ſed neuter in ſe nõ ponãbis vtrũq̨ aut neutrũ: ſed pro ſecundo alterum: vt vterq̨ alterum occidit: nõ vter vtrũq̨ ꝙ neuter ſeipſuꝫ occidit. ſic neutra alteri officit: dũ neutra ſibi officit. Adoleſcẽtiæ acquirit ſubaudi tãtũ. In paruis. ſ. pueris. Exigendãq̨ plenã opam. Valleñ. habet plane opam. Et nũq̃ nõ ſciſſe ſe gaudeat. ſed non in oĩbus ſequar. Nõ eſt tamẽ abſurda ſententia: & gaudeat puer ſe nũq̃ nõ ſciſſe. hoc eſt a prima ętate ſciſſe: quę alij diu ignorarint. Nã cum de facto nihil dicatur. quomodo nonnunq̃ feciſſe ſe gaudebit? aliter tamen lego.

Moris. Neutrum alteri.

Vide textũ.

& parens. Ego vero oſtendi Italiam merito alumnã filiãq̨ omniũ terrarũ dici & parẽtẽ cum & ab exteris gentibus primũ fuerit occupata: atq̨ exculta: & Romani in varias orbis terrarum regiones colonias miſerint. Sed de alũno vel nimiũ. ❡ Pędagogus at vn⁹ certe ſit aſſidu⁹. In quibuſdam exemplaribus pædagogoſq̨ legitur: vt intelligatur at vnus de familiaribus dicendi non imperit⁹ aſſiduus. Sed hic quoq̨ foret hoc modo pędagogus. Quare mihi: vt eſt in vetuſto quoq̨ exemplari: Pędagogus at vnus legendum videtur. Nam quia difficilius inueniũtur nutrices: puériq̨ ac ſeruuli recte loquentes: idcirco hoc remedium adhibetur: vt pægagogus ſaltem ſit dicendi peritus. ❡ Dum tamen intelligatur id quod prius dixi bonum eẽ: hoc remedium Ita diſtinguendum eſt: nequis bonum cum remedio coniũgat. Bonum enim ꝑ ſe eſt expetendum. Remedia vero malis adhiberi ſolent. Bona igitur remedijs ſunt anteferenda. Ad tollẽdam vero ambiguitatem illud pronomen hoc recte poſt remedium in vetuſto exemplari eſt ſcriptũ. ❡ A ſermone græco. De lingua atq̨ locutione græca ſentit Quintilianus. non de literis: vt quidã putant. Priſci nãq̨ Romani vtranq̨ linguam perdiſcebant: & græcam & latinam. ❡ Q̄ꝫ pluribus in vſu eſt. Qui non q̃ legendum eſſe clare patet. ❡ Hęc enim accidunt. Corrupte quidem ſic legitur. Ita vero emendatur: vt hinc. n. accidunt legamus. Nã ij s qui tantum gręce diu loquuntur: plurima accidũt vitia & oris & ſermonis. Alio nãq̨ ſono quędam literę pronunciantur a græcis: alio a latinis vt ν & n monitus μωνυΧοό. aliæ præterea ſunt figuræ græci ſermonis: aliæ latinæ locutionis: græcis vero interdum etiã latini auctores vtuntur: vt callidũ quicquid placuit iocoſo condere furto. Quale eſt illud quoque eccleſiaſticum: non veni ſoluere legem ſed adimplere. Ad ſoluendum enim & ad implendum latine diceretur. ❡ Quidam literis inſtruendos. poſtea q̃ pueri loqui didicerint: literas ſunt docendi. Sed quo tempore ſit inchoandum quæritur. ❡ Qui ante grammaticum Ariſtophanem fuerunt. Scite epitheto diſtinxit: Nam alter quoq̨ fuit Ariſtophanes veteris comœdiæ clarus auctor. Auſus eſt autem grammaticus Ariſtophanes etiam ab Ariſtotele diſſentire. Nam in politicorum ſeptimo de hoc Heſiodi meminit præcepto. ❡ Nam is primus ὑποθηκαό. Sic inſcribitur opus illud Heſiodi ꝙ in eo præcepta quædam ad bene viuendum accommodata tradãtur. ὑποθηκαι nãq̨ admonitiones dici poſſunt. ❡ Inter quos Eratoſthenes. Hic & de liberis educandis & de Coſmagraphia ſcripſit: vt ex primo Strabonis facile colligitur. ❡ In ſummam proficit. hoc eſt ſummæ ac fini & perfectioni cõfert. Summa enim dicitur cumulus ac finis vniuſcuiuſ ꝑ rei Q̄ꝫ optimis inſtitutis. moribus. Sunt enim inſtituta: vt dixim⁹: mores cõſilio ac ratione ſumpti: q̃uis hic pro præceptis ad bonos mores ſpectantibus accipiendum videatur.

Remedi bus cõu

Cõſtruct clesiaſtic comodo Ariſtoph quot.

RAPH.

Parua docemus inſtituendum oratorẽ profeſſi: ſed eſt ſua etiam ſtudiis infantia: & vt corporum mox fortiſſimorum edu-

❡ Sed eſt ſua etiam in ſtudijs infantia. In prępoſitio vt ſupflua videt eradẽda. ❡ A lacte cuiuſq̨ Cu-

catio a lacte cunisq; initium ducit: ita futurus eloquentissim⁹ edidit aliquando vagitum: & loqui primum incerta voce tentauit: & hæsit circa formas literarum. Nec si quid discere satis non est ideo necesse non est. Q2 si nemo reprehendit patrem qui hæc non negligenda in suo filio putet: cur improbetur: si quis ea quæ domi suę recte faceret: in publicum promit? Atq; eo magis q̃ minora etiam facilius minores percipiunt: & vt corpora ad quosdam mẽbrorum flexus formari nisi tenera nõ possunt: sic animos quoq; ad pleraq; duriores robur ip̃m facit. An Philippus macedonum rex Alexandro filio suo prima literarũ elementa tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho voluisset: aut ille suscepisset hoc officium: si non studiorum initia: & a perfectissimo quoq; optime tractari: & pertinere ad summã credidisset? Fingamus igitur Alexandrum dari nobis, impositum gremio, dignũ tanta cura infantem (q̃q̃ suus cuiq; dign⁹ est) pudeat ne mẽ statim in ipsis elementis etiam breuia docendi monstrare compendia? Neq; eñ mihi illud saltem placet: q̃d fieri in plurimis video vt literarum nomina & contextum prius q̃ formas paruuli discant. Obstat hoc agnitioni earũ non intendentibus mox animum ad ip̃os ductus: dum antecedentem memoriã sequuntur: quę causa est præcipientibus: vt etiam cũ satis affixisse eas pueris recto illo quo primũ scribi solent contextu videntur: retroagãt rursus: & varia permutatione perturbent: donec literas qui instituuntur: facie norint non ordine. Quapropter optime sicut hominum pariter & habitus & nomina edocebuntur. Sed quod in literis obest: in syllabis non nocebit. Non excludo autem id quod est notum: irritandæ ad discendum infantiæ gratia eburneas etiam literarum formas in lusum offerre: vel si quid aliud quo magis illa ætas gaudeat: inueniri potest: quod tractare, intueri, nominare, iucundũ fit. Cum vero iam ductus sequi cœperit: non inutile erit: eas tabellę q̃ optime insculpi: vt per illos velut sulcos ducatur styl⁹. Nã neq; errabit quemadmodum in ceris (continebitur enim vtrinq; marginibus) nec extra præscriptum poterit egredi: & celerius ac sæpius sequẽdo certa vestigia firmabit articulos: neq; egebit adiutorio manum suam manu superimposita regentis. Nõ aliena res quæ fere ab honestis negligi solet: cura bene ac velociter scribendi. Nam cum sit in studiis præcipuum: quo q; solo verus ille profectus: & artis radicib⁹ nixus paretur: scribere ipsum: tardior stylus cogitationem moratur: & rudis & cõfusus intellectu caret: vnde sequitur alter dictandi quæ transferenda sunt labor. Quare cum semper & vbiq; tũ præcipue in epistolis secretis & familiaribus delectabit ne hoc quidem neglectum reliquisse. Syllabis nullum compendium est: perdiscendę omnes: nec vt fit plerũq;: difficillima quæq; earum differenda: vt in omnibus scribendis deprehendantur. Quinimmo ne primæ quidem memoriæ temere credendum: repetere & inculcare diu fuerit vtilius: & in lectione quoq; non properare ad con

nisq; legendum videt. Sic autem legentibus: etiã vetustum exemplar astipulatur. An Philippus Macedonum rex. Locus ab auctoritate. Extãt xo & Philippi ad aristotelem & aristotelis ad Philippum literæ super hac re scriptę quæ & apud Gelliũ. & Plutarchum legũtur. ℂ Et a perfectissimo quoq; tractari: optime aduerbium hic est ascribẽdum: vt legatur: & a perfectissimo quoq; optime tractari. ℂ Breuia compendia: breues vias: quæ a græcis. μεθοδοι appellantur. ℂ Ad ipsos ductus formas ac figuras: & vt ita dicam tractus literarum: ductus vocat a ducendo q̃ calami in literis scribendis ducantur. ℂ Syllabis non nocebit. In præpositio mihi ascribenda videtur: vt in syllabis percipiendis nihil nocere intelligamus: si pueri illas edicẽt anteq̃ earum faciem cognoscant. ℂ Cõtinebitur eñ vtrinq; marginib⁹. Vtrinq; recte: male vtrisq; in q̃busdam scriptum est exemplarib⁹. ℂ Accelerius & sæpius sequẽdo certa vestigia formabit articulos: alij certa & firmabit scribunt: sic q; in vetusto legit exẽplan. ℂ Neq; egebit adiutorio: man⁹ sua manu superimposita regentis. In antiquo exemplari sic est: emendate scriptum. Neq; egebit adiutorio manũ suam manu superimposita regentis hoc est puerum nõ oportebit manum suam supponere manui regẽtis & docentis magistri quo certe auxilio ei esset opus: nisi certa sequeretur vestigia. Hoc autem fit cum primum quis scribere discit. ℂ Quæ fere ab hõestis negligi solet. Quosnã hoc loco Fabius vocat honestos? An bñ ornatos ac fortunæ bonis abũdãtes: qui fere honorãtur? ℂ Nã cum sit in studiis præcipuum quoq; vel solo. Quoq; acuto accentu notandum est: ne so la dictio: cum sint duæ esse videatur. ℂ Vnde

tinuandam eam vel ad celerandam: nisi cum inoffensa atq; indubitata literarum inter se coniunctio suppeditare sine vlla cocogitandi saltem mora poterit. Tunc ipsis syllabis verba complecti: & his sermonem connectere incipiat. Incredibile est quātum moræ lectioni festinatione adiiciatur. Hinc enim accidit dubitatio: intermissio: repetitio plusq̄ possunt audentibus: deinde cum errarūt: etiam iis quæ iam sciunt diffidentibus. Certa sit ergo in primis lectio: deinde coniuncta & diu lentior: donec exercitatione contingat emendata velocitas. Nam prospicere in dextrum: quod omnes præcipiunt: & prouidere non rationis modo sed vsus quoq; est: quoniā sequentia intuenti priora dicenda sunt: & qđ difficillimū est: diuidenda intentio aī: vt aliud voce aliud oculis agatur. Illud nō pœnitebit curasse: cū scribere nomina puer (quēadmodū moris est) cœperit: ne hāc operam in vocabulis vulgaribus & forte occurrentibus ponat: protinus enim potest interpretationem linguæ secretioris: id est quas græci glossas vocant: dum aliud agitur ediscere: & inter prima elementa consequi rem postea proprium tempus desideraturam. Et quoniā adhuc circa res tenues moramur: ii quoq; versus: qui ad imitationem scribendi proponentur: non ociosas velim sententias habeant: sed honestum aliquid monentes. Prosequitur hęc memoria in senectutem: & impresso animo rudi vsq; ad mores proficiet. Etiam dicta clarorum virorū: & electos ex poetis maxime (nanq; eorum paruis cognitio gratior est) locos ediscere inter lusum licet. Nam & maxime necessaria est oratori (sicut suo loco dicam) memoria: & ea præcipue firmatur atq; alitur exercitatione: & in his de quibus nunc loquimur ætatibus: quæ nihildum ipsæ generare ex se queunt: prope sola est quæ iuuare curam docentium possit. Non alienum fuerit exigere ab his ætatibus quo sit adsolutius os & expressior sermo: vt nomina quædam versusq; affectatæ difficultatis ex pluribus asperrime coeuntibus inter se syllabis catenatos: & velut confragosos q̄ citatissime voluant χαλεποὶ græce vocātur: res modica dictu: qua tamen omissa multa linguæ vicia: nisi primis eximuntur annis: in emendabili in posterum prauitate durentur.

Tento.
Tempto.

Tentauit. q̄uis a tempto deducto verbo a temno multi declinent: vt sit tēptare frequenter temnere: temnit eīm quisq; quē adoritur. tñ malim Aldū sequi qui tentauit scripsit a teneo deductū verbū. Is eīm tēta qui nunc tenet nūc dimittit dum vincere neqt: et sæpe molitur idem: vt feles soricē tentat ac dimittit. Quoq; solo: & quo solo: quo q; eīm duę sunt particulę. Vt in oībus scribendis &c. Sūt qui legendum censeant vt in nominibus scribendis: sequar tamen priorem lectionem: nam mihi id dicit: qui paucarum syllabarum scribendarum rationē didicerint: in scribendis omnibus. i. dum omnes scribere parant: depræhendantur. s. in errore. Nam depræhenditur quis in ipso facto & loco alieno. Nihildum. i. nihil adhuc: dum enim particula negationi addita significat quasi adhuc: vt necdum: nondum: nihildum vixdum.

Dum.

sequitur alter: quæ & transferenda sunt labor. Ex præpositio loco & copulæ reponenda: & iis ablatiuus videtur ascribendus: vt legatur quæ ex iis transferenda sunt. ℭ Syllabis nullū compendiū est: nulla breuis est ratio discendarū syllabarum: vt intelligat puer quæ cū quibus literę iūgātur: qđ quidē a nostri tēporis doctoribus ita negligitur: vt adulti quoq; non solum pueri in oībus fere scribendis errare depręhendantur. ℭ Et diu lętius ordo donec. Corrupte sic legitur. Emendatur autem si & lętior legatur & ordo expungatur: vt scribatur. Et diu lentior donec. ℭ Non orationis modo. Loco orationis legendum esse rationis facile est videre. ℭ Illud nō pœnitebit curasse. Proponuntur etiam nunc vocabula pueris scribere discētibus: quę non esse vulgaria vult Fab. sed quæ aliqd habeāt eruditionis: vt clarigatio similiaq;. ℭ Quas græci glossas vocant Glossa interdū lingua: Interdū linguæ obscurioris interpętatio dicitur: cuius apud græcos quinq; sunt varietates & differentiæ: Communis. Attica: Dorica: Ionica: Aeolica. Nunc ab imperitis glosę & quidem per simplex s p quacūq; vsurpantur expositione. Qđ q̄ bene dicatur viderint ipsi qui glossas illas quibus nihil est ineptius: maiore cū apparatu exponūt: q̄ priscorum iurisconsultorū scripta in quorum enarrationē glossæ illæ a qbusdā barbaris ac prorsus latinę linguæ imperitis fuerunt cōparatæ. Nemo certe veterum hoc est: eruditorū glossam in ea vnq̄ accepit significatione. ℭ Et qm̄ ad hæc: circa res tenues. Adhuc non ad hæc & proponentur legendū esse: ne dubitandum quidē est. Ociosas autem sententias accipit Fabius vulgares ac nihil pulchri continentes. Vult ergo versus proponi pueris: in quib⁹ sniæ gñales sint. Qualis est hæc. Hic murus aheneus esto Nil conscire sibi: nulla pallescere culpa: & similes. ℭ Et electorū ex poetis maxīe: loco electo

Glossa.

rum: vt ad locus referaṫ electos est legēdū. Quæ nihil dū ipsę generare queūt. Quæ nondum ipsæ per se aliquid excogitare possunt. Eleganter aūt dū particula dictionibus negatiuis postponiṫ: vt nondū nihildū. ℂ Vt nomina quædā: qualia sunt heautontimorumenon. Amphiaraus: interpretari: pscrutari: & similia. ℂ Et velut confragosos: hoc est fragorem quendam ac strepitum: dum proferuntur: emittentes. Qualis est Vergilianus ille Quadrupedāte putrem sonitu quatit vngula campum: & siqui denicꝫ plus habent in pronunciando difficultatis. Χαλεποὶ græce vocantur. In vetusto exemplari Χαλειμοι legitur: vtrūcꝫ autē idem significat: hoc est duri: aspeni: ac prolatu difficiles.

ℂ Vtrum vtilius domi an in scholis erudiantur. Ca. III.



Ed nobis iā paulatim accrescere puer: & exire de gremio: ac discere serio īcipiat. Hoc igitur potissimū loco tractāda qstio est: Vtiliusne sit domi atcꝫ ītra priuatos parietes studētē cōtinere: an frequētię scholarū: & velut publicis pceptoribꝰ tradere. Qđ qdē cū iis: a qbus clarissimarū ciuitatū mores sūt īstituti: tū eminētissimis auctoribus video placuisse. Nō est tñ dissimulādū eē nōnullos: q ab hoc ppe publico more priuata qdā psuasiōe dissētiāt. Hi duas pcipue rōes seq videnṫ: vnā ꝙ moribꝰ magis cōsulāt fugiēdo turbā hoīm eius ętatis, q̄ sit ad vitia maxīe pna: vñ cās turpiū factorū sępe extitisse vtinā falso iactareṫ. Alterā ꝙ qsqs futurꝰ est ille pceptor: liberaliꝰ tpa sua impēsurꝰ vni videṫ: q̄ si eadē ī plures partiaṫ. Prior cā prorsus grauſ. Nā si studiis qdē scholas pdesse: moribꝰ aūt nocere cōstaret: potior mihi rō viuēdi honeste: q̄ vel optīe dicēdi videreṫ. Sed mea qdē sñīa iūcta ista atcꝫ īdiscreta sūt. Necꝫ .n. eē oratorē nisi bonū virū iudico & fieri ēt si posset volo. De hac re igiṫ priꝰ. Corrūpi mores ī scholis putāt: nā & corrūpunṫ interī: sed domi quocꝫ: & sūt mlta eius rei exēpla tam lesæ hercle q̄ cōseruatę sanctissime vtrobicꝫ opinionis. Natura cuiuscꝫ totū curacꝫ distat: da mētē ad peiora facilē: da negligētiā formādi: custodiēdicꝫ in ętate prima pudoris: nō minorē flagitiis occasionē secreta pbuerint. Nā & esse pōt turpis domesticus ille præceptor: nec tutior inter seruos malos: q̄ ingenuos parū modestos cōuersatio est. At si bona ipsius indoles: si non cęca: ac sopita parētū secordia est: & pceptorē eligere sanctissimū quēcꝫ: cuius rei pcipua prudētibꝰ cura est & disciplinā: quę maxime seuera fuerit, licet: & nihilominꝰ amicū grauē virū: aut fidelē libertū lateri filii sui adiūgere: cuiꝰ assiduus comitatus etiam illos meliores ꝉ faciat: q timebanṫ. Facile erat huius metus remedium. Vtinam liberorum nostrorum mores nō ipsi pderemus. Infantiā statim delitiis soluimus. Mollis illa educatio: quā indulgētiā vocamꝰ: neruos oēs & mētis: & corpis frangit. Quid nō adultꝰ cōcupiscet: q in purpuris repit? Nōdū pria verba exprimit: & iā coccū ītelligit: iā cōchyliū poscit. Ante palatū eoꝝ q̄ os īstituimꝰ, in lecticis crescūt: si terrā attigerint e manibus vtrincꝫ sustinētiū pendēt. Gaudemus si qd licentius dixerint. Verba ne Alexandrinis quidem permittenda delitiis: risu: & osculo excipimus. Nec mirū: nos docuimus ex nobis audierūt: nostras amicas: nostros cōcubinos vident. Omne conuiuium obscœnis canticis strepit: pudenda dictu spe

Perditę.

Alij faciet q timebunṫ.

Attēdite parentes.

S Ed nobis iā. Tametsi hoc opꝰ a Fabio nō in capita: sed ī duodeci solū volumina: vt diximꝰ fuit diuisum: hāc tñ & nos distinctionē ita seqmur: vt nō nullis in locis eā: vt imperite adhibitam reprehēsuri simꝰ. Hoc aūt in capite Fabius vulgatā quęstionē elegātissime tractaṫ: vtrū domi: an in scholis pueri vtilius erudianṫ. Necꝫ vllū ex ijs locis: qde hmōi tractādis quęstionibus sūt traditi: pṫermittit. Oīs nācꝫ ciuilis q̄stio & oppositionē admittit: & solutionē: locisqꝫ finalibus hoc est legitimo: iusto. vtili: atcꝫ possibili explicaṫ. Duo autem sunt genera quęstionum. Aliæ nācꝫ ciuiles: in quibus de re ad ciuitatem spectanti dissertur: hæcꝫ aut sunt simplices: vt inqt Hermogenes: qualis ē hęc: Vtrum sit ducenda vxor. Aut ad aliquid: vt vtrū tyrāno ducēda: aut duplices qualis est. Vtrum domi an in scholis pueri vtiliꝰ erudiantur. Quæstio autē a cā differt: ꝙ causa certam personam habet: quæstio vero certam personam nō admittit. Colligit vero Fabius multis argumentis: tum a publica ciuitatum consuetudine: tum ab honesto atcꝫ vtili sumptis: multo melius in scholis q̄ domi pueros erudiri. ℂ Et discere serio incipiat. Serio: dedita opera sicvt nihil aliud q̄ studium curet. [illegible]i nancꝫ & legere & scribere ioco ac per lusum discere videntur. Serio autem grammatices pręcepta sunt perdiscēda. ℂ Hi duas præcipue orationes. O vocalis de principio expungatur: vt rationes legatur. ℂ Potior mihi non viuendi honeste. Nō par-

Obiectio secunda.

ctantur. Fit ex his consuetudo: deinde natura: discũt haec miseri anteq̃ sciant vicia esse. Inde soluti ac fluentes nõ accipiunt ex scholis mala ista: sed in scholas afferunt. Verum in studiis magis vacabit vnus vni: Ante oĩa nihil ꝓhibet eẽ istũ nescio quem vnũ etiã cũ eo: qui in scholis eruditur. Sed etiã si iũgi vtrũq; nõ posset: lumẽ tñ illud cõuẽtus honestissimi: tenebris, ac solitudini prętulissem. Nã optimus q̃sq; ꝓceptor frequentia gaudet: ac maiore se theatro dignũ putat. at fere minores ex cõsciẽtia suæ infirmitatis hærere singulis: & officio fungi quodãmõ pędagogorũ nõ ĩdignãtur. Sed pſtet alicui vel gratia: vel amicitia: vel pecunia: vt doctissimũ atq; incõparabilẽ magistrũ domi habeat: nõ tñ ille totũ in vno diẽ cõsumpturus est. Haud põt eẽ vlla tã perpetua discẽtis intentio: quę nõ vt visus oculorũ obtuitu cõtinuo fatigeť: cũ presertim plus secreti tpis studia desiderent. Neq; eñ scribẽti & cogitãti ꝓceptor assistit: quorũ aliqd agẽtibus cuiuscũq; interuentus impedimento est. lectio quoq; nõ oĩs nec semper preeunte: vel interpretante eget. Quando. n. tot auctorũ notitia cõtingeret! ergo modicũ tps est: quo in totum diem velut opus ordinetur. Ideoq; p plures ire põt etiã: q̃ singulis tradenda sunt. Pleraq; vero hanc conditionẽ habẽt: vt eadem voce ad omnes simul perferanť. Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorũ: quibus certe quãtuscũq; numer⁹ adhibeatur: tamen vnusquisq; totum feret. Non eñ vox illa ꝓceptoris: vt cœna minus pluribus sufficit: sed vt sol vniuersis idem lucis: calorisq; largitur.

Sed nobis. &c. hoc est vt ætate creuerit: ita nobis. i. in ratione instituendi accrescere incipiat: vt quãto ætas fuerit firmior: tanto ꝓcepta sint grauiora. Quod quidẽ tum iis: Valleñ. habet cũ iis. Aldus auctoribus impressit: multi auctoribus malint: illo græcũ alijs latinum esse cõtendẽtibus: ego nũc hũc nũc illos sequar: vt scriptũ cõperiã. Interim interdũ. Tã lęsę. Sũt q subſtituãt: perditę. Opinionis ęstimationis & famæ. Sãctissime Raphael aduerbiũ censet cõstruendũ cũ participio cõseruatę: si tñ cum opinionis cõstruas nomẽ fuerit: vt sit opinionis sanctissimę tã lęsæ aut perditæ: q̃ cõseruatę. Natura &c. ordo est: totũ distat. i. tota differẽtia est sup. in natura & cura cuiusq;. p. Iã coccũ. coccineã vestẽ. Quia tñ sequiť ante palatũ eorũ in quo gustus est discrimen: q̃ os: in quo orationis vis: institutimus dubitem an coquũ possit legi: malim tñ coccũ: quia inter purpurã & cõchylia poniť: vt duplex sit corruptio: prior in vestitu: posterior in gustu. In lecticis crescũt: & ita tã teneri & delicati fiunt vt ingredi durũ sit. Sũt aũt hec oĩa parẽtibus quorũ multos egregie taxat: adnotanda. deinde natura: q̃a cõsuetudo in naturã trãsit. Prętũte

Prærio. i. priu s pronũciãte: vnde sacerdotes pręibant deuouendis deuotionis verba. Præit ergo qui prælegit.

ticula negatiua eradatur: ac eius loco ratio ascribatur. ¶ Qę vel optime discendi. Videretur S litera expuncta dicendi legendũ esse: & quæ sequuntur ostẽdunt: & sic in vetusto legiť exemplari. ¶ Corrũpi mores: ὑποφορα & obiectio quã Fabi. soluit p antiparistasin: hoc est: vt ita dicam per obsistẽtiã & cõtrapositionem. Non enim negat: mores iterdũ corrũpi i scholis: Tũc. n. eẽt enstasis: sed ita fatetur: vt domi magis puerorũ mores corrumpi asseueret. Sciendũ aũt obiectiones solere dissolui aut per enstasin: quãdo negať id quod opponitur: aut p antiparistasin: quando nõ negatur quidem id q̃d obijcitur: sed aut plus: aut q̃d tantundem valeat: contra id q̃d obiectum est: afferť: aut certe id quod obijcitur in contrarium vertitur: ac cõtra aduersarios esse ostẽditur: quod quidẽ βιαιον græci vocãt: nos violẽtum possumus nomiare. ¶ Et multa eius rei exẽpla: sanctissime cũ sit aduerbium sine diphthongo est scribẽdum. Opinio vero pro existimatione: ac fama in passiuaq; significatione hoc loco accipitur. ¶ Prębuerũt. Prębuerunt est legendum: vt intelligatur præbere potuerunt. ¶ Iam coquum intelligit. Coccum per duplex. cc. scribendum videtur. Vt de colore purpureo (vnde coccineæ dicuntur vestes) intelligamus, & nõ de coquo epularum cõfectore. Nam & conchylium: quod statim a Fabio subijcitur: genus est coloris. Vnde vestis conchyliata: a colore nimirum sic dicta: non q; margarytis vt quidam e doctis putauit: ornata. ¶ Alexandrinis delitijs. Alexandrinos ægyptiosq; reliquos maxime oĩm delitijs & lasciuijs deditos fuisse constat. Vnde Iuuenalis famosa mœnia Lagi ipsam Alexandriam vocat. Non accipiunt in scholis mala ista. Ex præpositio loco illius in legitur & recte quidem in antiquo exemplari. Concludit autem Solutionis expositionem. κατα το βιαιον id enim q̃d obij: iebant aduersarij a se potius q̃ contra se esse ostendit: hoc est domi poti⁹ q̃ in scholis puerorũ mores corrũpi. ¶ Verũ in studijs magis vacabit vn⁹ vni. Huic quoq; obiectiõi sic occur rit Fabi⁹: vt primũ dicat illũ vnũ posse in scholis cũ puero esse. Deinde neget pręstãtẽ doctorem melius vni q̃ plurib⁹ vacaturũ. ¶ Lumẽ tñ illorũ. Loco illorũ legẽdũ eẽ illud quis nõ videt! Antitheto autem hic sensus est exornatus. Lumen nanq; tenebris opponitur. ¶ Ac maiore se theatro dignum putat. Ab egregijs histriõibus sũpta est trãslatio: vt. n. illi se maiori theatro dignos putãt: sic excellẽtes grãmatici maiori

Obiectiones quo pacto [soluantur].

Opi. quõ [accipiatur].

Cocc⁹ quo[mo]do scribatu[r].

Alexandri[no]rum luxu[s].

Translatio [ab] histrionib[us] sumpta.

auditorio delectantur. ℂ Haud potest esse illa discentis intentio. Pro illa legendũ est vlla. Lectio quoq; nõ ois. Quę a pueris percipienda sunt: etiãnũ fere a professoribus prælegunt:sicq; praire in legendo dicuntur. Sed hoc semper non est necessarium: cũ multa sint: quæ per se discipuli percipiãt. ℂ Ergo modicum tempus est. Similitudo est ab architectis sumpta: qui exiguo admodum tempore quæ per totum diem a fabris sint conficiũda: disponunt ℂ Proferantur. Emendate in quibusdam exemplaribus legitur perferãtur. ℂ Taceo de partitionibus & declamationibus rhetorum. Partitiones rhetorum a græcis παρεγχειρηςειδ quoq; vocantur: qđ in manu collocari videantur. His eñ prisci rhetores vtebantur: cum alicuius propositæ discipulis materiæ vniuscuiusq; capitis ac partis: velut primas f'um lineas ducebãt: quas discipuli plenius consectarentur: quales sunt senecæ diuisiones. Declamationes vero sunt orationes: quę super fictis causis habentur. Nam declamare est in ficta causa se exercere.

ilitudo ab
itectis
pta.
titiões vñ
æ.
lamare qd

ℂ At eñ emendatiõi. Hæc quoq; obiectio ita per antiparastasin soluitur vt fateatur Fabius emendationi discipulorum multitudinem nocere. Idq; incõmodum esse: sed ita vt cõmodis: quæ in scholis habentur: comparatum non videatur eẽ incõmodũ: cum præsertim præceperit pueros ad bonos præceptores esse mittendos: qui pluribus non patiuntur se onerari discipulis: q̃ quib⁹ sufficere possint. ℂ Nã qđ fere vndiq; placet? Quid legendum est nõ qđ. Est aũt Horatiana snia. Nihil est ab oi parte beatũ. ℂ Nec sane qsq̃: & in primis. Tres p̃timæ dictiones librariorum incuria ascriptæ: sunt eradendæ: ne sensus aliog claros confundant. ℂ Sed vt fugiendæ sunt magnæ scholæ: hoc est: vt concedã magnas scholas eẽ fugiendas. q̃uis ita nõ sentiam: si ad aliquẽ merito concurritur: non tamen colligitur omnes scholas esse fugiendas. ℂ Et in media rep. viuendũ est. In antiquo exẽplari rectius mihi legi videtur. Et in media reip. luce viuendum est. ℂ Deide cum proferẽda sint studia. caligat in sole. Sunt legendum est non sint. Caligare autẽ est caliginẽ quãdã contrahere: qđ de oculis ppriæ dicitur. ℂ Sẽsum ipsum q cõis dicitur: vbi discet? Nõ de sensu cõi qui in anteriori cerebri ventriculo a physicis collocatur: est intelligendum: sed pro rerũ peritia: quæ ex multorum hominum cõgressu facile cõparatur est accipiendum. ℂ In schola etiã aliis quæ: Transposita hęc esse verba ac quæ aliis legendum esse

ligare quid
nsus signifi-
tum.

Grammaticus quoq; si de ratione loquendi disserat: quæstiões explicet: historias exponat: poemata enarret: tot illa discẽt: quot audient. Ad eñ emendatiõi prælectioniq; numerus obstat! Sit incommodũ (nam quid fere vndiq; placet!) mox illud cõparabimus cummodis. Nec ego tamen eo mitti puerũ volo: vbi negligatur. Sed neq; præceptor bonus maiore se turba q̃ vt sustinere eam possit: onerauerit. & in primis ea habenda cura est: vt is oĩno fiat nobis familiariter amicus: nec officium in docendo spectet: sed affectum: ita nunq̃ erimus in turba. Nec sane quisq̃ literis saltẽ leuiter imbutus: eũ in quo studium: ingeniũq; perspexerit: non in suam quoq; gloriam peculiariter souebit: sed vt fugiendę sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquẽ merito concurritur: nõ tamen hoc eo valet: vt fugiendæ sint omnino scholæ. aliud est eñ vitare eas: aliud eligere. Et si refutauimus quæ contra dicuntur: iã explicemus: qđ ipsi sequamur. Ante omnia futurus orator: cui ĩ maxima celebritate: & in media reipublicę luce viuẽdũ est: assuescat iam a tenero nõ reformidare hoĩes: neq; illa solitaria: & velut vmbratili vita pallescere. Excitanda mẽs & attollẽda semp est: quæ in hmõi secretis: aut lãguescit: & quendã velut in opaco sitũ ducit: aut cõtra tumescit inani psuasione. Necesse est. n. sibi nimiũ tribuat: q se nemini cõperat. Deinde cũ pferẽda sunt studia caligat in sole & omnia noua offendit: vt qui solus didicerit: qđ inter multos faciendum est. Mitto amicitias: quę vsq; ad senectutem firmissime durãt: religiosa quadã necessitudine imbutæ. Neq;. n. est sanctius sacris iisdem q̃ studiis initiari. Sẽsum ipsum qui cõmunis dicit: vbi discet cum se a cõgressu: qui nõ hominibus solum: sed mutis quoq; animalibus naturalis est, segregarit! Adde q; domi ea sola discere potest: quæ ipsi præcipientur: in schola etiam quæ aliis. Audiet multa quotidie probari: multa corrigi: proderit alicuius obiurgata desidia: proderit laudata industria: excitabitur laude æmulatio: turpe ducet cedere pari: pulchrum superasse maiores. accẽdunt omnia hæc animos: & licet ipsa vitium sit ambitio: frequenter tamen causa virtutum est. Non inutilem scio seruatum esse a pręceptoribus meis morem qui cum pueros in classes distribuerant: ordinem discendi secũdum vires ingenii dabant: & ita superiore loco quisq; declamabat. vt præcedere profectu videbatur. Huius rei iudicia pmebantur: ea nobis ingens palmæ contentio: ducere vero classem

Sẽtentia auctoris.

multo pulcherrimū. Nec de hoc semel decretū erat: tricesimus dies reddebat victo certaminis potestatē. Ita nec superior successu curā remittebat: & dolor victū ad depellendā ignominiā concitabat. Id nobis acriores ad studia dicēdi faces subdidisse: q̄ exhortationes docentiū: pędagogorū custodiā: vota parentū quantū animi mei coniectura colligere possum: cōtēderim. Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio: ita incipiētib[9] atq; adhuc teneris condiscipulorū q̄ præceptorū iucūdior: hoc ipso q; facilior, imitatio est. Vix enim se prima elemēta ad spem tollere effingendæ: quā summā putant: eloquentiæ audebunt: proxima amplectuntur magis: vt vites arboribus applicitæ inferiores prius appræhendendo ramos in cacumina euadunt. Quod adeo verum est: vt ipsius etiam magistri: si tamen ambitiosis vtilia præferet: hoc opus sit: cum adhuc rudia tractabit ingenia: non statim onerare infirmitatem discentium: sed temperare vires suas: & ad intellectum audientis descendere. Nam vt vascula oris angusti superfusam humoris copiam respuunt: sensim autem influentibus: vel etiam instillatis complentur: Sic animi puerorum quantum excipere possint: videndum est. Nam maiora intellectu: velut parum aptos ad percipiendum animos non subibunt. Vtile igitur est habere quos imitari primum: mox vincere velis. Ita paulatim & superiorum spes erit. His adiicio præceptores ipsos non idem mētis: ac spiritus in dicendo posse concipere singulis tantum præsentibus: quod illa celebritate audientiū instinctos (Maxima enim pars eloquētiæ constat animo) hunc affici: hunc concipere imagines rerum: & transformari quodā modo ad naturam eorum: de quibus loquimur: necesse est. Is porro quo generosior: celsiorq; est: hoc maioribus velut organis cōmouetur: ideoq; & laude crescit: & īpetu augetur: & aliquid magnū agere gaudet. Est quædā tacita dedignatio vim dicendi tantis comparatam laboribus ad vnum auditorem demittere: pudet supra modum sermones attollere. Et sane concipiat quis mente: vel declamantis habitum: vel orātis vocem: incessum: pronunciationem: illū deniq; animi & corporis motū: sudorē: vt alia p̄tereā: & fatigationē: audiente vno: nōne quiddā pati furori simile videatur? Non esset in rebus humanis eloquentia: si tantū cū singulis loqueremur.

ibiq; distinguēdū facile est videre. ¶ Ascendunt oīa animos. Accendunt vt intelligatur inflammant: est legendum. ¶ Non inutilē scio. Quantū studijs conferat ęmulatio: pulchra declarat Fabius præceptorū suorum cōsuetudine: quā quidem perspicue adeo describit vt nulla īdigeat enarratiōe. ¶ In classes. In partes ordine constantes: vt primus in ijs esset locus: secūd[9] & deinceps. Classis enim non de nauibus solū: sed de hoib[9] quoq; dicit̄. Nā & popul[9] Ro. olim in classes fuit diuisus: & milites etiānū in classes & ordines quosdā distribui solēt. Ducere vero classem: hoc est classis principē eē & ductorē. ¶ Nec de hoc semel erat iudicatū. Non ita de hoc iudicabat̄ vt semel tātū id fieret. Nā trigesimo die post iterū iudiciū cōstituebat̄. Semel p̄o irreuocabiliter hoc loco significat. Quæ.n. semel dūtaxat fiūt ea irreuocabilia sunt. Sic Oui. de virginitate loquēs Deperit illa semel. ¶ Acriores faces: stimulos: hoc est maiorē animi ardorē: alacritatēq;: ac promptitudinem. ¶ Vix eniꝫ se prima elementa. Metonymia est. Elementa nanq; pro pueris elementa ipsa addiscētibus sunt accipiēda. ¶ Si tamen ambitiosis vtilia p̄feret: hoc est. Si pompæ id qđ vulgo dicit̄ vtilitatē anteponet. Ambitiosa aūt dicunt̄ supflua: q̄ gręci περιεργα vocāt. ¶ Sēsim autē influētibus vel etiā instillātibus cōplent̄. Instillatis recte ī vetusto exēplari mihi legi videt̄. ¶ Pudet supra modū sermonē attollere: sic qđē ī alijs legit̄. In vetusto aūt codice recte sic ē scriptū. Pudet supra modum sermōis attolli: vt ītelligamus rhetorē vni vacantē: nulla vnq̄ cōtētione vocis vti: sed semp ītra sermonē: qui omni contentione caret: se continere. Sermo eīm est oratio remissa: & finitima quotidianæ locutioni

¶ Grāmaticus quoq;. Nō de triuiali loquitur grāmatico qui rudimēta docet literaria: sed de cōsummato illo oratorū poetarūq; & cēsore & interp̄te: quo nomine p̄lectores publici magnorū gymnasiorū modo oratores aut poetas rite enarrēt vocari possunt. Q; vt eā. eleganter iuxta adnotata Vallæ: alibi cum relatiuo idem dici potest: cui hic non est locus: durum enim esset q̄ quam sustinere possit. Peculiariter. proprie & specialiter non vulganter: fouebit. s. munere aut beneficio. Sed vt fugiendæ sint. i. vt cōcedamus fugiendas esse. A tenero absolute. i. a pueritia: a tenera ætate: a teneris (vt gręci dicūt) vnguiculis. Sitū ducit. i. mucorē & lanuginē in locis vapidis & incultis subnascētē. Caligat in sole. i. vt qui diu in tenebris fuerūt oculos in sole caligantes hn̄t: ita in solitudine enutriti inter hoies aut obmutescūt aut brutescūt. Mitto. i. omitto per occupationem. amicitias. s. condiscentiū. Initiari qđ dicūt inauctorari & licentiari: vt

Classis c… gnificat… beat.

Dictiōt… significa…

Ambiti… dicantu…

Sermoq…

Et sane quis concipiat mente In quibusdam exemplaribus recte ille nominatiuus quis verbo post ponitur. Non enim est interrogatiuum: sed indefinitum: hoc est aliquis: vel si quis concipiat mente. Sic autem in vetusto quoq; codice est scriptum.

RAPH.

Radito sibi puero docẽdi peritus. Qua ratione in pueris ingenia dignosci possint perspicue admodũ Fabius describit. Cum vero præcipiat doctoribus: vt traditorum sibi puerorum ingenia dignoscãt: rectius perspiciat q̃ perspiciet legitur. Docendi quoq; non dicendi legendum est: vt in quibusdam exemplaribus est deprauatum. Nam habitũ forte & incessum. Sic quidem legitur sed corrupte. Nullum enim est verbum: ad qd accusatiui illi referri possint: nullus deniq; est integer sensus. Sic vero facile emendari potest: si nam particula eradatur: ac loco eius non negandi aduerbiũ reponatur: hoc modo. Non habitum forte & incessum & si quid in peius notabile est. Illi eniz accusatiui ad illud verbuz effingat referentur. Sic autem corrigenti mihi priscum quoq; exemplar: nõ ratio modo accedit: ingressum quoq; pro incessu in illo scriptũ animaduerti. Alioquin non prius duxerim. Peius non prius sensui congruit: sicq; est legendum. Illud ingeniorum præcox genus: A fructibus sumpta est translatio: qui cum ante suũ tempus maturescunt: præcoces dicuntur. Sic enim & ingenium eius qui plusq̃ anni ferant: sapere videtur: præcox præmaturũq; dicitur. Quod quidem breuioris quoq; vitæ signum esse perhibetur. Apuleius in magia: est ille poetarũ versus non ignotus. Odi puellũ præcoci sapientia.

ox.
flatio a
bus sum

sacris olim eleusinis & nunc christianis initiati sunt illis vt nunc dicimus consecrati & ad illorum administrationem solẽniter admissi. Sic legibus initiatos quos licentiatos vocant dicere possumus. Sensum ipsum qui cõmunis dicitur .i. quo id sentimus & probamus qd oib⁹ bene sentiẽtibus placet. Causa virtutũ vnde sanctã vocat Hieronymus superbiã: qua in virtutũ aut strarũ adeptione ab æqualibus vinci cõtemnimus. In classes .i. eiusdẽ capacitatis & eruditionis societates: vnde quos vulgo de primo loco aut primarios dicunt; aptius primę classis appellarent. Premebantur .i. occultabãtur vt quisq; sibi spẽ præciperet. Contenderim .i. asserere velim & cõuincere ita esse. Pudet supra modum sermones attollere. Laurentianus codex habet sermonis attolli.

Qua ratione in paruis ingenia dignoscantur: & quo modo tractanda sint. Cap. IIII.



Radito sibi puero docendi peritus ingenium
eius in primis: naturamq; perspiciat. Ingenii si-
gnũ in paruis pcipuũ memoria est (Eius du-
plex virtus: facile percipere: & fideliter cõtine-
re) proximũ imitatio. Nã id quoq; est docilis
naturę: sic tamẽ vt ea quę discit effingat: non
habitũ forte & incessum: et si quid in peius notabile est. Nõ da-
bit mihi spem bonę indolis: qui hoc imitãdi studio petet: vt ri-
deatur. Nã probus quoq; ĩ primis erit ille vere ingeniosus: alio
qui non † prius duxerim tardi esse ingenii q̃ mali. Probus autẽ Peius
ab illo segni: & iacente plurimũ aberit. Hic meus quæ tradẽtur
nõ difficulter accipiet: quædã etiã interrogabit: sequetur tamẽ
magis q̃ pcurret. Illud ingeniorũ velut præcox genus nõ teme
re vnq̃ peruenit ad frugẽ. Hi sunt qui parua facile faciũt: & au
dacia prouecti: quicquid † ibi possunt: statim ostẽdũt: possunt illi
autẽ id demũ: quod in pximo est: verba cõtinuãt: hęc vultu in-
territo nulla tardati verecundia proferũt: nõ multũ pręstãt sed
cito: nõ subest vera vis nec penitus immissis radicibus nititur:
vt quę summo solo sparsa sunt semina: celerius se effundunt: &
imitatę spicas herbulæ: inanibus aristis ante messem flauescũt.
Placẽt hęc annis cõparata, deinde stat profectus: admiratio de-
crescit. Hęc cũ animaduerterit perspiciat deinceps: quonã modo
tractãdus sit discẽtis animus. Sũt qdã: nisi institeris remissi: qdã
imperia indignantur: quosdã cõtinet metus: quosdã debilitat:
alios continuatio extundit: in aliis plus impetus facit. Mihi ille
detur puer: quẽ laus excitet: quẽ gloria iuuet: q victus fleat: hic
erit alẽdus ambitu: hũc mordebit obiurgatio: hũc honor exci-
tabit: in hoc desidiã nũq̃ verebor. Danda est tamẽ oĩbus aliqua
remissio: nõ solũ quia nulla res est quę perferre possit continuũ
laborem: atq; ea quoq; quę sensu & anima carẽt vt seruare vim
suã possint: velut quiete alterna † retinenẽ: sed q studiũ discẽdi retendũtur
volũtate: quæ cogi nõ potest: cõstat. Itaq; & viriũ plus afferunt
ad discendũ renouati ac recentes: & acriorẽ animũ: qui fere ne-
cessitatibus repugnat. Nec me offenderit lusus in pueris est: &
hoc signum alacritatis. neq; illum tristem: semperq; demissum
sperare possim erectæ circa studia mẽtis fore, cum in hoc quo-
q; maxime naturali ætatibus illis impetu iaceat. Modus tamen

fit remiſſionibus ne aut odiū ſtudiorū faciāt negatę: aut ocii cō ſuetudinē nimię. Sunt etiā nonnulli acuendis puerorum inge niis nō inutiles luſus: cū poſitis inuicē cuiuſcūq; generis quæ ſtiūculis æmulantur. Mores quoq; ſe inter ludendū ſimplicius detegūt: modo nulla videatur ætas tā infirma quę nō protinus quid rectū: prauūq; ſit diſcat: tum vel maxime formanda cum ſimulandi neſcia eſt: & præcipientibus facillime cedit. Frangas enim citius q̄ corrigas quæ in prauū indurauerūt. Protinus ergo nequid cupide: nequid improbe: nequid impotenter faciat: monēdus eſt puer. Habendūq; in animo ſemper illud Vergilia-

Georg. ij. nū. Adeo in teneris conſueſcere multum eſt.

¶ Non temere: hoc eſt fere nūq̄: qua in ſignificatione frequētiſſime īuenit apud eos: qui poſt Ciceronē floruere: Liuiū dico. Pliniū: Tranquillum: & reliquos. ¶ Peruenit cum ſit pręſentis temporis verbū prima eius ſyllaba acuto accentu notetur vt a præterito diſtinguatur. ¶ Quidā imperitia indignentur: vt ſit indicādi modi indignātur legēdū eſt: nō indignētur: hoc ē moleſte ferūt. Eſt autem notāda locutionis figura. Indignatur eñ imperium qui ſe indignū putat: cui imperetur. ¶ Extūdit: hebetat ac quodam modo torpentes: ac ſtupidos reddit. ¶ Retinentur: cōſeruātur. Qđ vero quidam retenduntur legunt: nō procedit: cum de omnibus inanimatis non ſolum de arcu loquatur: tametſi ad illum Ouidij ſenſum alludere videatur. Arcus & arma tuę tibi ſunt imitanda Dianę: Si nunq̄ ceſſes tendere mollis erit.

PRoximū ſignū ingenij: eſt imitatio. Maioris eñ ingenij eſt excogitare & per ſe inuenire: q̄ inuēta imitari & effingere: eſt tñ ingenioſi id facere. Nā id quoq;. ſ. imitari eſt naturæ docilis. i. quę apta eſt vt doceatur. Sic tñ ſup. docilis naturæ cenſebit: aut ſic imitabitur: vt effingat. i. ad imaginē rei viſe faciat: ea quę diſcit: non ſup. effingat habitum. ſ. alterius & inceſſum. i. modū igrediēdi: & ſi qđ ſup. aliud eſt notabile in peius. i. rephēſibile. quia ſunt iuuenes petulāti & peruicaci ingenio q vitia ſiue in habitu ſiue in corporis forma: ſiue in ingreſſu facillime effingūt: at decorū ſiue habitus ſiue ingreſſus: imitari aut nequeūt aut nolūt. Inceſſum: ſunt q legāt igreſſum. Petet vt rideat: qa ad captādū riſū id fere faciūt: At dū alios rident ipſi quoq; ridenť. Nā probus. i. probādę & honeſtę vitę. Ille. ſ. quē q̄ro & depoſco. Alioq. i. niſi potius deberet eē probus q̄ ingenioſus (quia in oratore prius reqriť vt ſit vir bonus q̄ dicēdi peritus: eo q̄ ꝓbitas ſine eloquētia proſit & expetēda ſit: eloquētia ſine probitate plurimū obſit) nō peius: lego cū codice impſſo Venetijs anno. MCCCCXCIIII. prius: vt ſit alioq nō duxerim. i. nō æſtimauerim pri⁹. i. eligibilius & pſtātius: eſſe ingenij tardi q̄ mali. i. praui & proni in vitia effingēda. Vult eñ Quintilian⁹ melius eſſe ingeniū tardū q̄ malū ꝓpter eā quā dixi cauſam. Raphael tñ peius legēdū cōtēdit: & ita Vallen. & Aldin⁹ codices habēt. Quocirca diſpice lector vtrū ſequare. Nā mens auctoris tā longo contextu expreſſa prius nō peius reponēdū mihi quidē probat: quā ſic ex integro recolligā. Præcipuū inqt ingenij ſignū eſt memoria qua facile percipiat & fideliter contineat: Proximū ingenij ſignū eſt imitatio: non vitiorum quidem ſed decori & honeſtatis: probus enim in primis expetitur ille ingenioſus futurus orator: alioqui malim inquit mali eſſe ingenij (non quidem malitia artis ſed morum: nam malos dicimus qui ad vitia imitanda & riſus excitandos procliui ſunt) q̄ tardi: quod excogitare & imitari nequeat. Addam illud: quęri poſſe quomodo memoriæ virtutē dicat eē facile percipere? Certe a poſteriore: cum ij qui bona ſunt memoria: facile ex ijs quæ meminere ſimilia percipiant & noua inueniant. Probus autem ab illo &c. i. non ſic erit probitatis ſtudioſus: vt torpeat. Nam ſegnis & tardus non eſt probus. i. probandus: nam probi vulgo ob virtutem hoc eſt fortitudinem inſignē appellantur. Si mens authoris eſſet (vt Raphael forte eam capit) oratorem debere eſſe probum. i. ſtrenuū. alioqui non duxerit peius eſſe tardi ingenij q̄ mali vt nunc ducit: quia magis exigitur vt ſit non tardus q̄ non malus (quod tamen neq; verum eſt neq; author vnq̄ diceret) ſubſequeretur. Probus enim: non vt omnes legunt Probus autem &c. legamus ergo prius: quā Raphael antiquam cenſet lectionē. Hic meus. ſ. quem quęro & expoſco. Sequetur tamen: quia interrogare eſt præcocis ingenij: concipientis videlicet difficultatem prius q̄ proponatur: dicit ſe non poſcere qui præcurrat: ſed qui ſequatur. Nam illud ingeniorum velut præcox genus. Quia metaphorica eſt locu-

Præcox. tio: adiecit velut: quam particulam Aldinus & Vallen. codices habent: Raphaelis non habet. Pręcox: quaſi præcoquū & præcoctum dicitur: vnde ſiquando media correpta legatur a pręcoquus aut pręcoquis deductū cenſeam: ſin prima: procoquus aut proquoques ſcribendum. Nam ad Vallen. codicem adnotatum eſt illud Apuleij de magia: Eſt ille poetę verſus nō ignotus Odi puellū pręcoqui ſapiētia. Et illud Nonij. Hunc puellæ pręcoquis libido eſt. Citatur tamē ibidē Gellij locus lib. x. ita dicētis. Quū ſignificandū eſt aūt coactius qđ factū eſt feſtinātius tū rectius pmature factū id dicit q̄ imature. Sicut Afranius dixit in togata cui titulus nomē eſt. Appetis dominatū demens pmature pręcocē. In quo verſu aīaduertendū eſt q̄ pręcocē inquit nō pcoquē. Eſt enim caſus eius rectus nō pcoquis ſed precox. Subditur. Nonius Marcellus: Pręcox & pręcoqua q̄ eſt immatura. Aennius annaliū lib. viij. Pręcox pugna eſt &c. Quibus adnotatis licet Gellius neget: vult vtrūq; dici & procoquem & præcoquem: adde etiam præcoquā rē nō pmaturā. i. ante tēpus maturā: ſed imaturā. i. nōdū maturā vſurpantē tamē locū maturę: vt hic pręcox ingeniū &c. Quicquid illi poſſunt: legā ibi aut illic. ſ. in paruis: nā hi & illi nō eoſdem demōſtrant. Nulla tardati verecūdia. Laudanť ergo q tardantur: vnde ſupra: prius nō peius legēdū iterū contendā. Placent hęc annis cōparata &c. In cōmētarijs Pōponio aſcriptis ita explicať. Sublime & pſpicax ingeniū tpe ſuo laudabile eſt. ſed ante tpˢ minime: ingeniū ante tēpus facit admirationē: in tpe nō. hęc illic. Mihi aūt videť adhuc loq de ſegete luxuriāte añ tpˢ: vt ſit: hęc. ſ. ſemina largas herbas

emittētia: placeat. s. stultis agricolis: cōparata annis. i. collata ad eiusdē tēpestatis fruges: deinde vbi inanes corrumpuntur herbę quas emiserūt & altius iacta plenas frugū ptulisse: profectus. i. vtilitas stat. i. placet: sicut comoedię interpte Donato stare dicunt dū placēt: admiratio q̄ erat in luxuriāte segete decrescit. Vult tñ simile intelligi de ingenijs vt pcocia primū placeāt: matura suo tpe. Velut quiete alterna retēdunt: sic Aldin⁹ & Vallēsis codices habēt nec improbē. nā oia q̄ post intermissionē intētius aut agūt aut pferūt quicq̄ retēdi quodā modo videnť: dū resumptis viribus operā intēdūt. Sed q. i quia: referť aūt ad illud nō solū quia &c. sed q: vñ licet in tali locutione ponere vtrūq bis sine altero: aut vtrūq semel. Est & hoc signū. Respicit ad signū, nō ad lusus: alioq hic diceret: aut is aut ille. Cū in hoc &c. cū ille tristis iaceat. i. pigrescat quoq. i. etiā: in hoc. s. ludēdi impetu naturali maxime ætatibus illis. Aemulantur. i. zelo quodā cōtēdūt & disputant. Quæ in prauū induruerunt. i. quæ tam diu curua fuerunt vt indurata sint & rigida effecta. Impotenter: insolēter: superbe. Impotens cū dicitur sępe non qui nihil potest: sed qui sibi imperare & modū tenere nequit. Adeo a teneris. Omnes codices præterq̄ Raphaelis habent in teneris: & sic fere georg. ij. legitur.

Cædi vero discipulos q̄q̄ & receptū sit & Chrysippus non improbet minime velim, primū: quia deforme: ac seruile est: & certe q̄d conuenit: si ętatem mutes iniuria: deinde q sicui est mens tam illiberalis vt obiurgatione nō corrigatur: is etiā ad plagas vt pessima queq mancipia durabitur. Postremo q ne opus erit quidē hac castigatione si assiduus studiorū exactor adstiterit. Nūc fere negligētia pædagogorū sic emēdari videtur: vt pueri nō facere quę recta sunt cogātur: sed cū nō fecerint puniantur. Deniq cū paruulū verberibus coegeris quid iuueni facias cui nec adhiberi potest hic metus: & maiora discēda sunt? Adde q multa vapulātibus dictu deformia & mox verecūdiæ futura sępe dolore vel metu accidūt: q pudor refringit animū & abiicit atq ipsius lucis fugā: & tędiū dictat. Iā si minor in eligēdis custodū & pceptorū moribus fuit cura: pudet dicere: in q̄ probra nefandi hoīes isto cędēdi iure abutanť: quā det aliis quoq non nūq̄ occasionē hic miserorū metus. Non morabor in parte hac: nimiū est q̄d intelligitur. Quare hoc dixisse satis est / in ætatem infirmā & iniurię obnoxiā nemini debere nimiū licere. Nūc quibus instituēd⁹ sit artibus qui sic formabitur / vt fieri possit orator: & quæ in quaq ætate inchoanda: dicere ingrediar.

¶ Q̄q̄ illud receptū sit: loco illius pronominis illud & copula in vetusto exemplari emēdate legitur: hoc modo. Q̄q̄ & receptū sit & Chrysippus nō improbet: in ꝯsuetudinē vero ait esse receptū: vt pueri verberētur. Vñ & Horatius plagosum vocat orbiliū grāmaticū: & Iuuenalis inqt. Et nos ergo manū ferulæ subduximus. ¶ Ferulis nāq & scuticis pueri vapulabāt. In libro aūt quē de educādis pueris scripsit Chrysippus: hoc pcepit vt pueri vapularent. ¶ Assiduus studiorū exactor extiterit. In vetusto codice rectius scriptū esse videť adstiterit. Oportet enim pædagogū assidue puero dicenti assistere. ¶ Videntur n litera erasa videtur est legēdum: vt sit negligentia videtur. ¶ Qui pudor refrāgit animū & abijcit: hoc est fractū: & abiectū reddit. Refringit autē vt infringit est legendū. In cōpositione nāq hoc verbum frango: vt multa alia a in i vocalem mutare solet. ¶ Iā si minor est in eligēdis. D litera ascripta deligendis in prisco recte legitur exemplari. ¶ In quę probra: flagitia. Nam probrū proprie flagitiū significat: q̄uis interdū p dedecore: ignominiaq accipiať. Inde fit exprobro verbū: q̄d significat qualēcūq culpā pręcipueq ingratitudinis impropero. Opprobriū vero q̄d probro simile est: ignominiā: dedecusq significat. Horatius. Sic teneros animos aliena opprobria sæpe Absterrent vitijs.

Cędi vero discipulos. Sic Aldinus & oēs veteres codices habēt: Vallēñ. tñ discētis habet: & Rap. discētes. Ego malim discipulos legere q tūc maxime cædi soleāt cū discipuli sint & nō discētes. Q̄q̄ illud: sic quoq antiqui codices habēt & est Ciceroniana locutio q̄uis Raphael illud expūgat. Sane signandū q̄q̄ cū subiūctiuo positū: in oībus enī exēplaribus legi sit & improbet. Et certe q̄d conuenit. Ordo est: quia deforme ac seruile est: & certe iniuria: q̄d cōuenit. i. sine cōtrouersia ab oībus asseriť: si mutes ætatē. i. si cędas grandi ætate hominē. Exactor astiterit: sic Valla & Aldus. Sed cur: Vallēñ. cur legit sed Aldinus melius cum. Hic metus aut is metus nō his legendū. Vapulantibus q pcutiūtur. Multa. s. q pudenda illis retegūtur & aspiciūtur & vidētes ad turpitudinē prouocāt quę res dictu deformis est. Item q dolore & metu verberū aufugiūt & in prostibula aut ganeas se recipiūt. Refringit Vallēñ. & veteres fere refrangit habēt. Dictat proponit facienda: vt qui dictat pręit scribenda. Nimiū est q intelligitur: sic Vallēñ. codex. vt sit sensus: nimiū est sup. iam de hac parte dictū q. i. quia intelligitur. alij tamē scribūt q̄d: & potest duplex esse sensus: alter: id q̄d intelligitur est nimiū. s. eundē: aut si etiam paucis explicetur: alter id q̄d intelligitur cū sit deforme dictu est nimiū. Nemini debet. Sic oēs codices habēt & sic cōmentarij Pōponio ascripti repetūt. Sed necesse ē debet impsonaliter capere q̄d inauditū est: aut decet cū datiuo cōstructū reponere: q̄d alibi quoq lectū est: ego vero voculā illā ineptulā penitus expungā: vt sit. Quare satis est dixisse: hoc nemini licere nimiū in ætatē infirmā & obnoxiā. i. obiectā & expositā iniurię. aut legā debere: vt sit nemini. i. non alicui: non debere licere alicui nimiū in ætatem &c.

¶De grammatica. Cap.V.



Rimus in eo qui legẽdi: ſcribendiq́ꝫ adeptus erit facultatem grammaticis eſt locus: nec refert de græco an de latino loquar q̄q̄ græcum eſſe priorem placet. Vtriq́ꝫ eadẽ via eſt. Hæc igitur profeſſio cum breuiſſime in duas partes diuidatur: recte loquendi ſcientiã: & poetarum enarrationem plus habet in receſſu q̄ fronte promittit. Nam & ſcribendi ratio coniuncta cum loquendo eſt: & enarrationem præcedit emendata lectio: & mixtum his omnibus iudicium eſt. Quo quidem ita ſunt ſeuere vſi veteres grãmatici vt non verſus modo cenſoria quadam virgula notare: & libros: qui falſo viderentur inſcripti tanq̄ ſubdititios ſummouere familia permiſerint ſibi: ſed auctores alios in ordinem redegerint alios omnino exemerint numero. Nec poetas legiſſe ſatis eſt, excutiendum omne ſcriptorum genus: non propter hiſtorias modo: ſed verba quæ frequenter ius ab auctoribus ſumunt. Tum nec citra muſicẽ grammatice poteſt eſſe perfecta cum ei de metris rhythmiſq́ꝫ dicẽdũ ſit. Nec ſi rationẽ ſiderũ ignoret poetas intelligat: qui (vt alia omittã) toties ortu occaſuq́ꝫ ſignorũ in declarãdis tẽporibus vtũtur. Nec ignara philoſophiæ cũ ꝑpter plurimos in omnibus fere carminibus locos, ex intima quæſtionũ naturaliũ ſubtilitate repetitos: tũ vel propter Empedoclea in græcis: Varronẽ ac Lucretium in latinis: qui pcepta ſapientiæ verſibus tradiderũt. Eloquẽtia quoq́ꝫ non mediocri eſt opus vt de vnaquaq́ꝫ earũ quas demõſtrauimus rerũ dicat ꝓprie & copioſe. Quo minus ſunt ferendi qui hãc artẽ vt tenuẽ ac ieiunã cauillãtur quæ niſi oratoris futuri fundamẽta fideliter iecerit: quicquid ſuperſtruxeris corruet: neceſſaria pueris iucũda ſenibus: dulcis ſecretorũ comes: & quæ vel ſola omni ſtudiorũ genere plus habet operis: q̄ oſtentationis.

Grãmaticorũ partes.

Grãmatice non tenuis res.

Sectatorũ.



Rimus locus eſt grãmaticis.i.rebus grãmaticalibus ediſcendis dãdus.aut grãmaticis ꝑceptoribus audiẽdis. Nec refert.i.& non facit ad rem: aut nihil intereſt. In receſſu.i. perfecta cognitione cũ ab ea recedere liceat q̄ promittit fronte.i.primo aduentu: cũ duo tantũ mẽbra præ ſe ferat: ſed quæ plurima habeãt anneta aut implicita. Scribẽdi ratio cõiũcta &c. Neſcit enĩ fere recte loqui: qui neſcit recte ſcribere: cũ aliter ti aliter ci ſequẽte vocali ſcribi & ꝓferri debeat: aliter itẽ z.aliter ſ.aliter c. aliter aſpirata: aliter tenuia &c. Enarrationẽ.i.explanationẽ: in qua mecum plurimi periclitati ſunt: ꝙ emendatã lectionẽ nanciſci nequiuerint. Iudiciũ: quo veriorẽ lectionẽ probent & ſenſum ſequãtur. Inſcripti: recte nã intitulati ineruditorũ eſt vocabulũ. Subditítios.quos adulterinos vocãt: dicti autẽ ſunt ꝙ ſubdũtur nõ ſuis titulis nec a:ithoribus ſed alienis: ſicut infantes ſuppoſititij ſunt alienis ꝓ veris matribus ſuppoſiti. Submouere familia. alludit ad ſuppoſititios pueros qui dum ſuppoſititij oſtenduntur ſubmouentur familia in quam fuerant acciti & ad ſuam retruduntur. Permiſerint ſibi.i.auſi fuerint. In ordinem redegerint.i.gregarios & vulgares haberi fecerint: Exemerint numero.i.gregi: hoc eſt egregios haberi conſtituerint: quæ vocabula docte vt cætera omnia expoſuit Budæus in annotationibus pandectarum. Excutiendum eſt: quod Seruium feciſſe Valla adnotauit. Citra muſicen.i.ſine muſice: non attingendo muſicen. Dulcis ſecretorum comes: Sunt qui ſectatorum loco ſecretorum reponendum cenſeant: quod licet in nullo exemplari legerim: neq́ꝫ grammaticen putem plus ſectatores comitari q̄ ſecreta eorum: quæcunq́ꝫ enim aut ſcripta



Rimus in eo. Poſteaq̄ & legere & ſcribere didicerint pueri: ad grãmaticæ doctores mittẽdum eſſe præcipit Fabius. Grãmatici enim dicũtur: qui grammaticam docẽt. Admonẽs aũt Fabius quo modo grammaticã docẽdi ſint pueri: pulcherrima q̄dam cõmemorat ad grammaticã ipſam ſpectantia. Vnde etiam de grãmatica inſcribitur hoc caput: non autẽ vt quidã deprauarũt Artium fundamentũ grãmaticam. Non enim hoc ſolũ colligitur: ſed alia quoq́ꝫ multa: cũ vſq́ꝫ ad illud caput protendatur: qđ inſcribitur: de officio grammatici: q̄uis quidã imperite admodũ in multa capitula diſtraxerit: ineptaſq́ꝫ inſcriptiones appoſuerint. ¶Q̄ fronte promittit: hoc ẽ latius patet q̄ primo aſpectu videatur. Eſt autem ſumpta tranſlatio a quibuſdã ædificijs: quæ a fronte anguſta videntur interius autem ampliſſima ſunt. ¶Et narrationem præcedit emẽdata lectio. Enarrationem legendum eſt. Nam opera poetarum: cũ exponũtur proprie enarrari dicunt. ¶Et his omnibus permixtum iudicium: quo quidam ita ſunt ſeuere vſi veteres grãmatici. Nõ abſq́ꝫ errore eſt hic quoq́ꝫ locus. Nõ enim quidam ſed quidem legendũ eſſe tum ex ratione: tũ ex antiquo exẽplari collegi ¶Virgula autem ea cenſoria: qua veteres grãmatici ſunt vſi obeliſcus a latinis quoq́ꝫ dicitur: non modo a græcis: ꝙ in ſimilitudinem parui veru atq́ꝫ acus figurata videtur. οβελοσ enim veru dicitur. Vnde ὀβελίσκοσ: hoc eſt obeliſcus per diminutionem deducitur. Hac virgula autem ea notabantur carmina: quæ falſo alienis inſererentur operibus: Ariſtarchus vero grammaticus ea maxime vſus fuiſſe dicitur in iis verſibus notã

Grãmati dicantur.

Virgula ſoria.

Obeliſc quid ſit.

scrinijs secretioribus cōmittimus: aut cōcepta verbis mētalibus memorię mādamus: grammatice comitatur: tamē quia ad canos vsq; hominē non deserit: cum cæterę artes fere deperierint: non absurdum fuerit eam dicere dulcem sectatorum comitem: nisi forsan dubites quomodo sectatori comes esse possit: cum sectari sit fere comitari: & duci aut saltem præeunti non sectanti sit comes? Sed ea est natura scientiarum: comitantur sectantes se & se honorantibus assurgūt atq; obsequuntur.

dis: quæ Homeri nō videntur. Et libros qui falso viderentur inscripti tanq̄ subdititios summouere familia permiserint sibi: hoc est libros qui falsum præ se titulum ferrent: tanq̄ subdititios ac nō proprios eius cui inscribebantur a numero aliorum qui vere ipsius essent remouerint. Vt si quis rhetoricam ad Herenniū Ciceroni falso inscriptā a numero librorū eius summouerit: ductus & stylo puerili & pceptorum dissimilitudine: & verbis quibus Ci. nūq̄ est vsus. Nam si Gellio credimus nemo ex ijs qui latine locuti sunt vsq; ad ætatem Augusti vsus est ijs nobus solœcismo ac barbarismo: quibus quidē illius opusculi auctor: quisquis fuit (Virgiliū aūt nō fuisse vt qdā putāt cōtēderim) in quarto volumine vsus est. Sūpta est aūt trāslatio a nothis: ac nō legitimis filijs & ficticijs: qui pprie subditicij dicunt: q iure a familia legitimorū summouētur. ¶ Sed auctores alios in ordinē redegerint. In ordinē redigere est auctore Prisciano inter viles: & abiectos aliquē cōnumerare. Cōtra e numero eximere est eximiū: atq; egregiū: & singularē aliquē cōstituere. ¶ Quæ frequenter ius ab auctoribus sumūt. Quędā verba ideirco elegātia iudicātur: q illis clari auctores vtunt. ¶ Tū nec citra musicē grāmatice potest esse pfecta: cū ei de metris: rhythmisq; dicēdū sit: grāmatice cū sit nominādi casus: sine diphthōgo scribi debet. Differt aūt metrū a rhythmo: q metrū certa qualitate: ac nūero syllabarū tporūq; finitur: certisq; pedibus cōstat: ac claudit. Rhythmus vero tporū: ac syllabarū: pedūq; cōgestione in infinitū multiplicat: ac pfluit. Est.n. rhythmus pedū tēporūq; iūctura sine modo. Metrū aūt est pedū iūctura: numero: modoq; finita. ¶ Tū vel pp̄ter empedoclea in græcis: Varronē: ac Lucretiū in latinis: qui pcepta sapiētiæ versibus tradiderūt. Empedocles siculus Pythagoricæ philosophię dogmata carminibus cōplexus est. Hūc imitati sunt ex latinis Varro Attacinus: atq; Lucretius: qui res physicas carminib⁹ descripserūt. ¶ Quo minus sunt ferendi: qui hanc artem vt tenuē: ac ieiunā cauillantur. Cauillari est falsis argumentis vti ad aliquid probandū. Vnde cauillatio quæ & cauillū dicitur: quod sophisma græce appellatur.

¶ De literis & earū potestate. Cap. VI.



NE quis igitur tāq̄ parua fastidiat grāmatices elementa: nō quia magnę sit operę cōsonātes a vocalibus discernere: ipsasq; eas in semiuocaliū numerū: mutarūq; partiri: sed quia interiora: velut †sacri huius adeuntibus apparebit multa rerū subtilitas: quę nō modo acuere ingenia puerilia: sed exercere altissimā quoq; eruditionē, ac scientiā possit. An cuiuslibet auris est exigere literarū sonos? nō hercule magis q̄ neruorum. At grāmatici saltē omnes in hanc descendēt rerū tenuitatē: desint ne aliquę nobis necessariæ literæ, nō cū græca scribimus: tum enim ab iisdē duas mutuamur sed proprie in latinis: vt in his seruus: & vulgus æolicū digāma desideratur: & medius est quidā u & i literę sonus. Nō eīn sic optumū dicim⁹: vt optimū. & here: neq; e plane neq; i auditur. An rursus alię redūdēt: pter illā aspirationē t quę si necessaria ē etiam cōtrariam sibi poscit. Et Q quę & ipsa quorūdā nominū nota est: & k cuius similis effectus: speciesq;: nisi q paulū a nostris obliquatur: cappa apud græcos: nunc tantum in numero manet: & nostrarū vltima x. qua tn̄ carere potuimus: si nō quęsissemus. Atq; etiā in ipsis vocalibus grāmatici est videre: an aliquas pro cōsonāti vsus acceperit: quia iam sicut tā scribitur: & vos vt cos. At quę vt vocales iūguntur: aut vnā longā faciūt: vt veteres scripsere qui geminatione earū velut apice vtebantur: aut duas, nisi quis putat etiā ex tribus vocalibus syllabā: quod neq̄ fieri si non aliquæ officio consonantiū fungātur. Quærit etiā hoc quō duabus demū vocalib⁹ in seipsas coeūdi natura si cū cōsonantiū coeat nulla nisi alterā frangat. At qui litera i sibi

Sacrarij.

¶ Neq; igit tāq̄ parua fastidiat grāmatices elemēta Impite qdē hoc caput a superiori: qd de grāmatica iscribit: videt eē distictū: cū de pria pte grāmatices hic tractet. Sōno sētia vero nouorū librariorū factū eē dicerē: vt hui⁹ capitis index ptextu sensus iterponeret: nisi in vetusto illo exēplari sic legeret: in margine autē recte scriberet. De Fris. Fabij vero Quītiliani auctoritate Seruius grāmaticus in secūdā Donati artē male sensisse aperte coarguit: cū inqt. Plęriq; artē scribētes a literarum tractatu inchoauerūt: plęriq; a voce: plæriq; a definitione artis grāmatices. Sed oēs videt errasse. Nō eīn pprīā rē officii sui tractauerūt: sz cōez & cū oratorib⁹ & cū philosophis. Nā de Fris tractare & orator potest. de voce nemo magis q̄ phi tractant. Definitio Aristotelicōis ē. Vn̄ pprie Donatus & doctius q ab octo ptib⁹ orōnis ichoauit: q̄ specialiter ad grāmaticos pertinent. Tu potius Serui cum tuo Donato i errore esse ꝯuinceris tū Fabij auctoritate qui de grāmatica tractās a

insidit.Coniicit enim est:ab illo iacit.Et u quomodo nunc scribitur vulgus:& seruus.Sciat etiã Ciceroni placuisse aiio maiiã q; geminata i scribere, qđ si est etiam iungetur: vt consonans. Quare discat puer quid in literis proprium:quid cõmune: quę cum quibus cognatio:nec miretur:cur ex scamno fiat scabellũ: aut a pinna (qđ est acutum) securis vtrinq; habens aciem bipennis:ne illorum sequatur errorem : quia quia a pẽnis duabus hoc esse nomen existimant pennas auiũ dici volũt.Neq; has modo nouerint mutationes quas afferunt declinatio aut præpositio: vt secat secuit: cadit excidit: cædit excidit:calcat exculcat: & fit a lauãdo lotus:& inde rursus illot⁹ & mille alia:sed & quę rectis quoq; casibus ætate transierũt. Nam vt Valesii: & Fusii in Valerios:Furiosq; venerunt:ita arbos:labos:vapos: etiam & clamos ætatis fuerũt.Et hæc ipsa s litera ab his nominibus exclusa in quibusdã ipsa alteri successit.nam mertare atq; pultare dicebant:quin fordeum:fędusq; pro aspiratione:vau simili litera vtentes:nam cõtra græci aspirare solent:vt pro Fundano Cicero testem:qui primam eius literam dicere non posset: irridet. Sed s quoq; in locum aliarũ dedimus aliquãdo: vnde propriũ Byrrhus & bruges:& belena:necnon eadem fecit ex duello bellum:vnde duellos quidam dicere bellos ausi. Quid stlatum:stlitesq;? Quid d literæ cum t quædam cognatio? Quare minus mirum si vetustis operibus vrbis nostræ: & celebribus templis leguntur Alexanter: & Cassantra. Quid o atq; u permutatæ inuicem? vt Hecoba & nox:culchides:& pulycena scriberẽtut. ac ne in græcis id tantum notetur dederont : ac probaueront: sic ὀδυσσεὺς quẽ ὐλυσσέα fecerunt æoles ad Vlyssem deductus est. Quid? non e quoq; i loco fuit:vt menerua:& leber: & magester:& diioue & †veioue pro diiioui & †veioui. (victore victori) Sed mihi locũ signare satis est. Non enim doceo sed admoneo docturos. Inde in syllabas cura transibit:de quibus in orthographia pauca annotabo: tum videbit:ad quem hoc pertinet:quot & quæ partes orationis:q̃q̃ de numero parum conuenit.

Grammaticus elementa: hic pro literis accipere videtur:q̃uis vt Sulpitius adnotauit quidam differre putent. Velut sacri huius. ita habet codex Vallen͂. Aldinus & præterq̃ Raphaelis : quos vidi omnes: recteq; habere contendam. Interiora enim non sunt sacrariorum sed sacraria ipsa. (Sacrum.) Sacrum autem est fanũ aut templum deo aut sanctis sacratum: vnde sacellum pro quo inepti capellã dicũt. Huius ergo sacri nõ sacrarij interiora: hoc est adyta secretiora quę sacrarria merito dicas. Neruorũ: Chordarũ citharę e neruis. Vallen͂. habet Non enĩ sic optimũ dicimus vt optumũ. qđ nescio cur Raphaeli non placeat. Nam in vna dictione facilius dep̃hẽdatur literæ mutatio q̃ in diuersis:nisi q; in opimo & optimo diuersa quoq; est secundæ syllabæ quantitas, de qua non loquitur. Et q quæ & ipsa. Aldinus & Vallen͂.codices habent & k. Et paulo post Q. cuius similes &c.Pennas auiũ Aldinus habet pinnas auiũ : iuxta illud qđ adnotauit Valla: Bipẽnis:inq̃t Seruius :nomẽ reseruauit antiquitatẽ quia veteres pẽnas dicebãt nõ pinnas.Quasi vero nũc pinnas dicamus & vt idẽ adnotauit L. Columella vir elegantissimus semp̱ p̱ pẽnis quę plumę nõ sunt pinnas accipit. Et clamos. Addit Aldus & passes (videlicet pro passer) Fordeum pro hordeum:fędus pro hędus. Nã & hędus hircus fœdus est. Nã cõtra græci φ aspirare solẽt. Sic Raphaelis codex q nõ placet. quia φ semper aspiratur. Quidã vetus habet pro φ.h. i.ita. Aldinus & alter vetus neq; φ neq; ita:quos sequar quia sensus

literis inchoauit: tum ratione. Vnde enĩ magis tractatus sui initiũ sumere debet grãmaticus:q̃ a qb⁹ nomẽ accepit tã apud gręcos q̃ apud latinos? Nã quem græci grãmaticũ ἀπὸ τῶν γραμμάτων: hoc est a literis: eũ latini literatorẽ ab iisdẽ ƚris appellauere ¶ Velut sacri hui⁹:loco sacri mihi sacrarij legẽdũ videt: vt enĩ sacroꝝ repositoria:quę sacraria dicũtur: interiora quędã loca habent arcanis dicata mysterijs ita grammatice:si diligẽter inspiciatur:multa in se occulta:cognituq; pulcherrima habere videtur. ¶ An cuiuslibet artis est exigere literarũ sonos? Auris loco artis legẽdũ ẽ nõ exẽplar mõ priscũ sed ratio quoq; dictat. Auribus nãq; literarũ soni diiudicãtur:multiplices vero esse literarũ sonos facile est ex Prisciani libro prio colligere. (Literar soni.) Singulę nã.p̃ vocales denos atq; etiam plures sonos habere dicũtur: vtputa a breuis quatuor habet soni differentias:cũ aspirat̃:& acuit̃:vel grauat̃: & rursus cũ sine aspiratiõe acuitur:vel grauat̃: vt habeo habemus : abeo abimus. Longa vero eadẽ sex modis sonat : cũ habet aspirationẽ & acuitur vel grauatur vel circũflectit̃ : vt hamis hamoꝝ hamus & rursus cũ sine aspiratiõe acuitur vel grauat̃: vel circũflectit̃ vt aræ ararũ ara. Similiter aliæ vocales varijs sonis ab antiq̃s p̱ferebãtur,Id qđ nequaq̃ hoc tẽpore custoditur. Quis enĩ nũc signat differentiã pronũciãdo inter legit p̃sentis & legit preteriti t̃pis? Certe nemo. Ex priscorũ vero p̱nũciatione vocalis cuiusq; quantitas percipiebatur. ¶ Tũc enim ab ijsdẽ duas mutuamur. Duas literas a græcis mutuo accipim⁹ ypsilon & z.qbus in nominibus dũtaxat græcis vtimur:nũq̃ in latinis. (Quas … literas … accepin…) ¶ Vt in his seruus & vulg⁹ æoli cũ digãmõ desideratũ. Digãma recti⁹ legeret̃. Est aũt (Digam…)

est q græci cótra multa aspirare solent non aspiranda: aut quæ latini non aspirent: vt noscatur raro apud priscos latinos aspiratio: & frequens apud græcos quod exemplo declarat auctor: nam quidam more græco pro fundano phoundanū dixit: quem risit Cicero. Neq; si in hoc vocabulo pro f φ protulit dicam græcos φ aspirare: sed multa aspirare ponentes φ. X. ῥ. aut θ. Sed β quoq;. Vallen. sed non probatę fidei locus est (videtur enim castigatoris manū passus) habet. Sed u quoq; vim aliarum dedimus aliquando. vnde proprium Vyrrhus & Vryges & Vlena. Sed quod sequitur arguit b scribendum: nam bellum a duello b pro du habet. Vnde duellios: solus Aldinus habet: vnde duelhos quidā dicere bellios ausi. Quid stlatum sic Raph. legit & placet. Vallen. tamen Aldinus & cæteri stlotum habent. Vrbis nostræ. s. Romæ: q illic est ortus licet aliūde oriundus.

litera sic appellata figura: q duplex gamma videretur. Peculiaris vero fuit Aeolicæ linguæ: & vau ab ipsa voce teste Varrone: ac Didymo fuit appellata. Interdū autē pro simplici consonāte: interdū pro duplici fuit accepta: quemadmodum u cōsonās apud nos: vt At Venus & audiui. Quidam & præcipue Claudius Cęsar putarunt literam hanc latinæ linguæ maxime necessariam in scribendis pręsertim huiusmodi nominibus Seruus vulgus & similibus. Crassior enim sonus q̄ sit v consonantis in huiusmodi nominibus pronunciādis necessarius esse videtur: ac talis fere quali vtuntur germani in proferenda u consonante: qui sane proxime ad sonū f literæ accedit. Est vero eadem figura: qua F litera: sed inuersa: hoc modo. Ⅎ. vt in multis etiamnum inscriptionibus cernitur: cum alibi: tum Romæ SerⅎusⅎixIt: hoc est seruus vixit. Verum Claudio mortuo hanc omnes: vt superuacuam repudiarunt. ❡ Non enim sic optumum dicimus: vt optimū. Sic quidem fere corrupte legitur. Cum enim exemplis Fabius ostendere velit: medium esse quendam u & i vocalium sonū non vnum nomen: sed diuersa subijciat oportet. sed t litera erasa opimū legendum est. In opimo nanq; i vocalis aperte auditur. In optimo non ita: sed medius quidam i & u vocaliū sonus. ❡ Et here neq; e plane: neq; i auditur. Medium esse quendam sonum inter e & i: ne poetas quidem latet: qui ex carminis cōmoditate modo here modo heri dicunt. Iuuenalis Res hodie minor est here q̄ fuit. Martialis Nolito fronti credere. nupsit heri. ❡ An rursus alię redundent: superfluę sint: præter aspirationem: quæ si necessaria est: etiam contrariam sibi. Sensus exigit: vt poscit: ascribatur. Sic enim erit perfectus: si legetur. etiam contrariam sibi poscit. Aspirationi autē contraria est. ψιλή & figura & potestate. Aspirationis enim nota in dextram tendit. ψιλή vero in sinistram hoc modo: ⊢ ⊣. ❡ Ex his vtrisq; signis latini aspirationis notam figurarūt hoc modo. H. ❡ Et. Q. quæ & ipsa quorundam nominū nota est. Quintus prænomen hac litera Q sola significatur. ❡ Et nostrarum vltima. x. qua tamen carere potuimus: si non quæsissemus. Loco x literæ antiqui modo gs. vt legs legis. modo cs. vt pacs pacis vtebantur. Idcirco x litera superflue quæsita videtur. ❡ Atq; vt vocales iūguntur: aut vnam longam faciunt: veteres scriptores: qui geminatione earum: velut apice vtebantur. Duo mihi in his sensibus desiderantur: enim coniūctio: & verbum scripserunt loco illius nominis scriptores. Vt castigate legamus. Aut enim vnam longam faciunt: vt veteres scripserūt. Apicem vero vocat Fabius notam oblongam: quæ a græcis μακρα hoc est longa nominatur qua syllabæ longæ significantur. Interdum igitur duæ vocales iunctæ vnam constituunt longam: vt Dij quibus imperium hoc steterat. Interdum duas: vt Cœlij. Ex tribus autem vocalibus syllabam fieri non posse constat: nisi aliqua in consonātem transeat: vt Pompeij apud antiquos scribebatur. ❡ Cum consonantium nulla nisi alteram frangat. Ingenue fateor me sæpius addubitasse: quid sibi vellent hęc Fabij verba multosq; & claros quidem literatores rogasse: qui mihi quæ sentiebant referentes minime satisfaciebāt: ego vero tandem in hāc veni opinionem: vt existimem duas quidem easdem vocales ita in vnam syllabam posse copulari: vt vno spiritu proferātur: quemadmodum in his abijcit: inijcit. Consonantium vero nullam ita posse in seipsam coire: vt non alteram frangat: hoc est: vt in prolatione alterius vim ac sonum non diminuat: ab eaq; seiungatur: vt littus. addo. suggero. & similia. ❡ Coniicit. n. est: & ab illo iacit. Et copula vt redundans videtur expungenda. ❡ Sciat etiam Ciceroni placuisse aij aijam q geminata ij. scribere. Aijo maijāq; legendum est: sicq; in antiquo exemplari scriptum est. Hoc autem Cicero in oratore præcipit. ❡ Quæ cum quibus cognatio. Tanta est inter literas fere omnes affinitas: vt in alias aliæ commutentur. A nanq; breuis vertitur in i breuem: vt facio inficio. b. in c: vt succurro m. in b. vt scamnū scabellum. i in e: vt pinna bipennis. I in x vt ala axilla mala maxilla. velum vexillum: ac similiter aliæ. ❡ Ne eorū sequatur errorem: qui quia a pennis duabus hoc nomen esse volūt: pennas auiū dici volunt. Quia coniunctio: vt superflua mihi videtur esse expūgenda. ❡ Quin fordeum: fædum: fædusq; vel simili litera vtentes. In exemplaribus quidē omnibus: quæ mihi videre contigit: sic legitur: vel simili litera vtentes. Sed quid sibi vel coniunctio hoc loco velit: parum mihi liquet. Fabius nāq; aperte sentit priscos vsos fuisse in his nominibus hordeum & hædus quadam alia litera q̄ aspiratione. An igitur loco vel disiunctionis fortasse Vau scribendum est? Sic enim illud Aeolicum digamma: vt iam diximus: vocabatur. Eodē vero quo f sono fere proferebatur. ac sępius pro aspiratiōe ponebatur: vt Ⅎelena pro Helena. ❡ Nā cōtra græci aspirare solent φ vt pro fundano Ci. φ. litera gręca in cōtextu est ascribēda: vt sit. Nā contra gręci aspirare solēt φ. Hac vero lra gręci vtunt in ijs etiā scribēdis noib⁹: q̄ a nobis cū f scribūtur: vt fundanus φουνδανός. ❡ Sed B. quoq; in locū aliarū dedimus aliquādo: vnde pprie & Bruges & Belena. Proprie aduerbiū: vt superfluū: ac sensum turbās videt expungēdū. Apud antiquos vero. B. lra interdū p f. vt bruges pro fruges posita fuit. Interdū pro aspiratione: vt Belena pro Helena. aliquando pro D. Bellum pro duello: & Bellos p duellis Qui nāq; hoies duelli appellabantur: eos nonnulli bellos vocabant. Hæc autē de Ciceronis oratore sumpta sunt: vbi legitur. Quid vero licētius q̄ q hominū nomina cōtrahebant quo essent aptiora: vt duellum bellū. Sic eīn duellū eūq Pœnos classe deuicit: Bellum dixerunt. ❡ Quid stlotū stlitesq;? Stlatū potius mihi videt legendū. Noibus eīn ab l incipiētibus. st. literas præponebant veteres Romani. Vnde & Iuuenalis Stlataria

les. duæ vnam tuūt.

& maija b antiqs bātur.

l noib⁹ ppone

purpura dixit. Sicq; cum alibi tum Romæ multis in marmoribus vetustis scriptum conspicit. stlitibus iudicandis. ¶ Quid.d. literæ cum.t. quędam cognatio? Tanta est inter.t.&.d. cognatio: vt quę vocabula lingua latina cum.t. proferuntur eadem cū.d. vernacula a multis enuncientur. Quē em̄ patrem latine dicimus: vulgo padre audimus: sicq; de multis alijs. ¶ Quid.o. atq;.u permutatæ inuicem? vt hecoba & notrix. In exemplaribus quidem omnibus: quæ quidem mihi videre contigit: scriptum est notrix: qđ licet accōmodatum exemplum videatur: cum tamen se de græcis tantum sentire testetur Fabius: puto aliud nomen græcum loco illius esse scribendum. Quodnam vero illud sit mihi nō constat. ¶ Sic ὀδυσσεύς quem οὐδυσσεα fecerunt æoles: ad Vlyxem deductus est. Sicut loco illius sic in antiquo legit̄ exemplari. Ex omnibus autē græcorum linguis æolicā maxime imitati sunt latini: q̄uis igitur ὀδυσσεύς lingua cōmuni dicatur: maluerunt tamen æolis imitantes qui οὐδυσσεα dicunt Vlyssem traducere q̄ olyssem. Qđ nomen cur cum duplici. ss. non scribatur potius. q̄ cum.x. non video. ¶ Quid? e quoq; i loco fuit. Non particula videtur ascribenda vt legatur. Quid? nō e quoq; i loco fuit: vt leber magester? ¶ Et diuoue victore: pro diuoui. Corrupte quidem sic legitur. Neq; em̄ diuoue & diuoui: sed diioue & diiouis legendum est. Non præterea loco illius pro præpositionis in antiquo legitur exemplari. Verum ne sic quidem omnes corruptiones ex hoc loco sublatæ videntur. Tametsi autē quibusdam audaculus fortasse videbor: siquid de inueterata scriptura ab alijsq; approbata mutauero: nō committam tamen: vt hunc quoq; locum non emendē. Valido em̄ ducor argumento: vt existimē pro victore veioue esse scribendum: vt legatur & diioue & veioue non diioui & veioui. Nam vt in quinto noct. atticarum refert gellius: in antiquis inscriptionibus nomina hæc deorum diiouis & veiouis inesse animaduertebantur. Fabius vero & ipse de huiusmodi verbis inscriptiōib⁹ priscis verba facit. Quare veioue pro victore vel grandi pignore deposito legendum esse contenderim. Diiouis autem: vt ibidem exponit gellius: etiam lucetius appellatur. qđ nos die ac luce. quasi vita ipsa afficeret ac iuuaret. Veiouis contra qui non iuuandi potestatem: sed vim nocendi haberet. dicebatur. Ita nanq; veiouis dictus est: vt vesanos: vecordesq; vocamus. Veiouis autem ædes Romæ inter arcem & Capitoliū fuit. In quo quidem templo dei simulacrum sagittas tenebat: quæ videlicet essent ad nocendum paratæ.

Eolica lin[gua] latinus gr[...]

Diiouis. Veiouis.

Lucecius appellatu[s]

## De partibus orationis. Cap. VII.



Eteres enim: quorum fuerunt Aristoteles atq; Theodectes: verba modo: & nomīa: & cōuinctiōes tradiderūt: videlicet q; in verbis vim sermonis: in nominib⁹ materiam: quia alterum est qđ loquimur: alterum de quo loquimur: in conuinctiōibus autē eorum complexū esse iudicauerūt: quas cōiunctiones a plerisq; dici scio: sed hæc videt̄ ex syndesmo magis propria trāslatio. Paulatim a philosophis maxime stoicis auctus est numerus: ac primum conuinctionibus articuli adiecti: post præpositiones: nominibus appellatio: deinde pronomen: deinde mixtum verbo participium: ipsis verbis aduerbia. Noster sermo articulos nō desiderat: ideoq; in alias partes oratiōis sparguntur: Sed accedit superioribus interiectio: alii tamen ex idoneis duntaxat auctoribus octo partes secuti sunt: vt Aristarch⁹ & ætate nostra Palæmon: qui vocabulum: siue appellationē nomini subiecerunt tanq̄ species eius. At ii qui aliud nomē: aliud vocabulum faciunt nouem. nihilominus fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum ab appellatione diducerent: vt esset vocabulū corpus visu tactuq; manifestum: domus: lectus. appellatio: cui vel alterum deest: vel vtrūq;. vetus: cælum: deus: virtus. Adiiciebāt & asseuerationē: vt heu: & attractionē: vt fasceatim. quæ mihi non approbantur. Vocabulum an appellatio dicenda sit προσηγορία & subiicienda nomini nec ne, quia parui refert: liberum opinaturis relinquo.

Veteres enim quorum fuit Aristoteles: atq; Theodectes verba modo: & nomina: & conuictiones tradiderunt. Qui hoc opus in capita distinxerunt (Neq; enim Fabio fuit hæc cura) nimium imperite plerisq; in locis eos separant sensus: qui ita natura coniuncti sunt: vt sine maximo flagitio seiūgi nō possint. Ac ne longe exempla petātur: hoc loco propositiōis ratio: ac potius explanatio: ab ipsa diuulsa est propositione: indice qui ascriptus est interiecto. Cū em̄ hæc sit propositio. Cæ᷑ de numero parū cōuenit. Huius aūt ꝑpositionis explanatio continenter sequeretur: inepte nimium ne dicam insulse: index ille: de partibus orationis: interpositus est. Cōmode vero collocaretur ante propositionis ipsius initiū. Tum videbit ad quem hoc pertinet: quot & q̄ partes orationis. Cæ᷑ de numero parum conuenit. Sed in margine commodius. De partium vero oratiōis numero variæ apud priscos fuerunt opiniones: de quibus Dionysius Halicarnaseus in li. de compositione nominum sic inquit. Theodectes & Arist. & qui eo tē=

De ora[tionis] partibu[s] ... niones



Eteres enim. &c. Cæ᷑ a superiore dependet: quia vix melius distingui potest facile ignoscam ijs qui titulum de partibus orationis subdiderunt. Coniunctiones a coniunciendo: vnde vulgo copulæ dicuntur.

pore philosophati sunt: tres oratiõis partes esse dixerunt: nomina: verba: & coniunctiones. Qui post hos fuerunt maxime stoicæ sectæ principes vsq; ad quatuor processerunt: separantes cõiunctionibus articulos. Posteriores deinde appellationes a nominibus diuidentes quinq; esse primas partes demõstrarunt. Alij autem & pronomina a noĩbus disiungentes sextum elemẽtum hoc esse voluerunt. Adhuc alij aduerbia diuiserunt a verbis: & præpositiones a coniunctionibus & participia ab appellationibus. Alij ꝓterea alias etiam quasdam importantes diuisiones: multas orationis ptes primas instituerũt: de quibus nõ pauca dici possent. Ari. vero in lib. περιερμηνειας: hoc est de interꝓtatiõe: duas solum orationis constituit partes nomen: & verbum. Theodectis vero nullũ opus qđ sciã extat. Hic adeo grat⁹ Ari. fuit: vt dono ab eo rhetoricę artis op⁹ acceperit: vt sub noĩe suo ederet sibiq; inscriberet: qđ qđe iã sub nomine Theodectis emissum Ari. in rhetoricis ad Alexandrũ nõ sine: & sua & Theodectis discipuli nota reuocauit: sibiq; arrogauit: dicens: vt scripsimus in Theodictis rhetoricis. ℂ Videlicet & quod in verbis vim sermonis. Et copula vt sensui molesta eradenda videtur: in verbis vero esse vim sermonis hinc aperte constat: q nulla perfecta oratio citra verbum esse potest. ℂ Quas coniunctiones a plerisq; dici scio. Coniunctiones vocat Quintilian⁹: quas pleriq; coniunctiones appellãt: quia syndesmos ad verbũ transfertur coniunctio siue colligatio. Quare in coniunctionibus paulo superius legendũ est. ℂ Noster sermo articulos non desiderat. In sermone quidẽ latino articulis non vtimur. Sed in vernaculam orationem: quæ nõ latina sed barbara est frequentissime ipsos admittimus. ℂ Vt Aristarchus: & ætate nr̃a Palæmõ. Aristarchus gręcorum grãmaticorum diligẽtissimus &. Q. Remni⁹ Palæmo Vincentinus vocabulum: siue appellationẽ noĩ subiecerũt: quę ab alijs diuersa putabantur. Nomen nãq; propriũ esse hominis cuiusq; dicebant. Vocabulum autem: siue appellationem alijs rebus attribuebant. Nomẽ nãq;. vt definit Scaurus: cuius meminit gellius est: qđ ex ꝓpria cuiusq; differentia pronunciatur. vt Iuppiter Iuno: Scipio: Paulus. Appellatio vero est cõmunis similium rerum enũciatio: vt vir. fœmina: mãcipium: vocabulum est: quo res vocis significatione priuata enunciatur: vt lapis arbor. ℂ At ij: qui aliud nomen: aliud vocabulum faciunt nouum. Nouem legenduz esse: vt ad partes orationis referatur: nemo non videt. ℂ Adijciebãt & asseuerationem. Asseuerare est aliquid voce & gestu approbare. Qui vero hac vtitur voce. heu se dolere asseuerat. Sed merito interiectio esse censetur. ℂ Et attractionem: hoc est contractionem: vt fasceatim per singulos fasces: vt viritim per singulos viros.

ℂ Cõpendio morãtur: hoc est breui via declinandi tradita pueros remorantur: neq; ꝓficere possunt. Qđ ætate quoq; nostra vtinaz non fieret. ℂ Atqui si quis didicerit satis. Atq particula obiectiõibus quidẽ pulchre cõuenit. Sed cum hic nulla sit obiectio: qui sylla ba crasa at legatur ipsi quoq; componi congruit. hoc modo. At si quis. ℂ Et qđ non minus deesse interim solet: & voluerit docerẽ quę didicit. Duarũ copularuz quæ hunc sensum insunt posterior vt superflua est expungẽda: ℂ Non erit contentus tradere in omnib⁹ tria genera. Nominibus pro omnibus scribẽdũ est ℂ Nec statim diligentem putabo. In vetusto exemplari minus quidem recte legitur computabo: sed facile emendatur. Illa enim cõ prępositio in eũ pronomen refingẽda est: hoc modo. Nec stati diligentẽ eũ putabo. ℂ Scrutabit mille præceptor acer atq; subtilis origenes nominum quę ex habitu corporis: vt Ruffos: longosq; fecerunt. Vt ꝑticula mihi ex loco suo in alienũ trãsposita totum hunc sensum confundere

Declinare in primis nomina & verba scire oportere pueros. Et genera nosse. Cap. VIII.



gulam quæ a figura modo lõga modo breuis dicitur. Quibꝰ ſane notis priſci frequentius vtebantur in diſtinguendis ſyllabis. Nam longas ſyllabas nota quadã lõga ſignabant. vt málus pro arbore. Breues vero nota cõtractiore vt malus pro homine non bono ¶ Similiter putauerunt illa quoq̃ ſeruandi diſcrimina: vt ex prępoſitionem: ſi verbum ſequeretur ſpecto abiecta ſecundæ ſyllabæ s litera expecto. Tres hic faciles deprehenſu inſunt errores: quorũ primus tollit ſi ſeruanda loco ſeruandi legamus. alter ſi pro abiecta ſcribatur adiecta. tertius ſi huic verbo expecto litera s aſcribatur. ¶ Si vero quũ per.q. ac duas ſequẽtes. uu ſcriberetur. Hic ſenſus mihi nullus eſſe videt. Quis enim nõ videt ſi quum ſcribatur per.q. ac duas ſequẽtes uu ſcribi? Quare loco huius particulæ quum cõiunctionem arbitror eſſe legendum. Significationes enim varias huius dictionis cũ exponit: docens quomodo ſcribenda ſit. Nam cum interdum eſt præpoſitio comitem ſignificans: & tunc per c ſcribitur: interdum aduerbium temporis quod per.q. ſcribitur. & u ſimplex: vt quidam volunt: hoc modo qum. Interdum coniunctio: tũcq̃ ſcribi per.q. ac duas ſequẽtes uu quidam putant. Rectius autẽ vt Fabius quoq̃ ſentire videtur: qui p c hanc particulam ſemper ſcribunt. Facile eſt eñ pro loco diſcernere huius vocis ſignificationes. Nõ eſt tamen diſſimulandum aliter in vetuſto illo codice legi: Sic enim ibi eſt ſcriptũ, Itemq̃ cum ſi tempus ſignificat per.q.u.m. ſi comitem per.q. ac duas. uu. ſequentes ſcriberetur. ¶ Abſtemius: quia ex abſtinẽtia temeti compoſita vox eſt: primæ relinquetur. Abſtemius dicitur qui ſe a temeto abſtinet: hoc ẽ vino. Gellius libro decimo. Qui de victu: atq̃ veſtitu popu. Ro. ſcripſerũt mulieres Romana: atq̃ in latio ętatem abſtemias egiſſe: hoc eſt vino ſemper: quod temetũ priſca lingua appellabant: abſ

Cũ quot ... ficat a he...

Abſtemiu[s] dicatur.

nati error. tinuisse dicunt: male ergo Donatus in Andria exponit dicens Temulenta: hoc est ebriosa: quia tenetum vinum. Vnde abstemius sobrius: Dictum aũt q; tenet mentem. Aliud nanq; abstemius: aliud sobrius. Nam sobrius vino non abstinet: sed modice bibit: ne fiat ebrius. Abstemius autem prorsus se a vino abstinet: potestq; fieri ebrius: vtputa: Ceruisia. aliaue &c. ¶ Nam. k. quidem in nullis verbis vtendum puto: nisi quæ significant etiam vt sola ponatur. Aut significat n litera elisa: aut significantur passiua voce legendũ est. ¶ Et in latinis veterib' d plurimis in verbis vltimã adiectã. Sic fortasse apud veteres fortitud. p fortitudo scribebat. vt vesperug. pro vesperugo. Est autem vesperugo stella quæ vt inquit Varro vesperi oritur.

perugo gd

Semiuocales geminare diu non fuit vsitatissimi moris: atq; cõtrario vsq; ad Actium: & vltra porrectas syllabas geminis: vt dixi: vocalibus scripserunt. Diutius durauit: vt e i iungẽdis eadem ratione: qua græci ει vterentur: ea casibus: numerisq; discreta est: vt Lucilius præcipit. Iã puerei venere e postremũ facito atq; i vt puerei plures fiant: ac deinceps. Idem mendacei: furreiq; addes e, cum dare furi iusseris. Quod quidem cũ superuacuum est: quia a i tam longę q̃ breuis naturam habet: tum incõmodum aliquando. Nam in iis: quæ proximam ad vltimam literam e habebunt & i longa terminabuntur: illam rationem sequentes vtemur e gemina: qualia sunt hæc aureei: argenteei: & similia. Idq; iis præcipue: qui ad lectionem instituentur: etiam impedimento erit: sicut in græcis accidit adiectiõe i literę: quã non solum datiuis casibus in parte vltima ascribũt: sed quibusdam etiam interponunt: vt in ληισιν quia etymologia ex diuisione in trisyllabis facta desideret eam literam. Ai syllabam: cuius secundum nunc e literam ponimus: varie per a & i efferebant: quidam semper: vt græci: quidam singulariter tantum: cum in datiuum: vel genitiuum casum incidissent. Vnde pictai vestis: & aulai Virgilius amantissimus vetustatis carminibus inseruit. In iisdem plurali numero e vtebantur: hi Syllę: Galbæ. Est in hac quoq; parte Lucilii præceptũ: quod quia pluribus explicatur versibus, siquis parum credat apud ipsum in nono requirat. Quid q; Ciceronis temporibus: paulumq; infra fere quoties s litera media vocalium longarum vel subiecta longis esset, geminabatur: vt caussæ: cassus. diuissiones: quomodo & ipsum: & Virgilium quoq; scripsisse manus eorum docent. atqui paululum superiores etiam illud: quod gemina dicimus: iussi, vna dixerunt. Etiam optimus: maximus: vt mediam i literam: quæ veteribus u fuerat: acciperent. C. primum Cæsaris inscriptione traditur factum. Here nunc e litera terminamus: at veterum comicorum adhuc libris inuenio heri ad me venit: quod idem in epistolis Augusti: quas sua manu scripsit: aut emendauit: depræhenditur. Quid non Cato censorius: dicã & faciam: dicem & faciem scripsit: eundẽq; in cæteris: quæ similiter cadunt modum tenuit: quod ex veteribus eius libris manifestum est. Et a Messala in libro de s litera positum sibe & quase scriptum, in multorum libris est. Sed an hoc voluerint auctores nescio. T. Liuium ita his vsum ex Pędiano comperi: qui & ipse eum sequebatur. hęc nos i litera finimus. Quid dicam vortices: & vorsus: cæteraq; ad eundem modum quæ primo Scipio Africanus in e literam secundam ver-

¶ Diutius durauit vt e i iũgendis eadem ratione: qua græci ει vterentur. Hoc est ει diphthõgo vterent: qua & græci etiam nunc vtuntur: & priscos fuisse vsos ex multis apparet vetustis inscriptionibus: vt Sibei posterisq; sueis. ¶ Iam pueri venere e vocalis ascribatur vt puerei more antiquo legatur. Sunt autem versus Lucilij: qui carminib' grãmaticę præcepta complex' est. Qualia sunt hęc auri argenti & similia Aureei argẽteei duplici ee scribẽda sũt. ¶ Vt in ληισιν. ληιστής depredator dicit & latro. Nã ληίζω est depdor. Ascribat autem iota: quia omnis datiuus apud græcos iota in fine desiderat. ¶ In iisdem plurali numero vtebantur hes Syllæ. s. sta ex his ablatiuo eradatur vt nominatiuus efficiatur hi. ¶ Vel subiecta longis esset: geminabitur. Vt sit preteriti imperfecti temporis geminabatur est scribendum. ¶ Et a Messala in libro de s litera positum. Messala singulos libros de singulis literis scripsit. ¶ Nec inutiliter Claudius æolicam illam ad hos vsus literam Ⅎ. adiecerat. Claudius Cæsar: vt supius quoq; diximus æolicum digãma hac figura Ⅎ in latinis dictionibus scribi voluit: quod quis et rectuz visum sit: consuetudo tamen antiqua supauit. ¶ In quo pueris nobis ad pinguiorẽ sane sonum quoi vtebãtur. In vetusto exemplari q u & o i vtebantur recte mihi legi videtur. ¶ Nã & Caius c litera notatur: quæ inuersa mulierez declarat. Caius q̃uis per. C. scribatur per. g. tamen enunciatur. C. autẽ conuersa Caiam significat. Prænomina nanq; aut singulis: aut binis: aut summũ ternis literis scribunt.

tiuis apud
os iota in
peroptat.

ius q̃uo scri
:& pnun
ur.

tisse dicitur. Nostri præceptores ceruon seruonq; u & o literis scripserunt; quia subiecta sibi vocalis in vnū sonum coalescere: & confundi nequiret: nunc u gemina scribuntur ea ratione quam reddidi: neutro sane modo vox: quam sentimus efficitur. Nec inutiliter Claudius æolicam illam Ⅎ ad hos vsus literam adiecerat. Illud nunc melius: ꝙ cui tribus: quas proposui literis enotamus: in quo pueris nobis ad pinguem sane sonum: quoi vtebantur, tātum vt ab illo qui distingueret. Quid quæ scribuntur aliter q̄ enunciantur? Nam & Caius c litera notatur: quæ inuersa mulierem declarat: quia tam Caias esset vocitatas: q̄ Caios etiā ex nuptialibus sacris apparet. Nec Cneus eā literā in prenominis nota accipit: qua sonat: & columna: exēpta n litera: similiter & consules sed geminata s Coss. legimus: & suburra cum tribus literis notatur c tertiam ostendit. Multa sunt generis huius. Sed hæc quoq; vereor: ne modū iam paruæ quæstionis excesserint. Iudicium autem suum grāmaticus interponat his omnibus. Nam hoc valere plurimum debet. Ego vero quod consuetudo obtinuerit: sic scribendum quicq; iudico quo modo sonat. Hic enim est vsus literarum vt custodiant voces: & velut depositum reddant legentibus. Itaq; id exprimere debent: quod dicturi sumus. Hæ fere sunt emendare loquendi: scribendiq; partes: duas reliquas significāter: ornateq; dicendi: non equidem grammaticis aufero: sed cū mihi officia rhetoris supersint: maiori operi reseruo. Redit autem illa cogitatio quosdam fore: qui hæc quæ diximus: parua nimium: & impedimenta quoq; maius aliquid agendi putent. Nec ipse vsq; ad extremam anxietatem: & ineptas cauillationes descendendum: atq; his ingenia concidi, & comminui credo: sed nihil ex grammatica nocuerit: nisi quod superuacuum est. An ideo minor est, M. Tullius orator: ꝙ idem artis huius diligentissimus fuit. & in filio: vt in epistolis apparet: recte loquēdi vsq; q̄q; asper quoq; exactor? aut vim. C. Cæsaris fregerunt editi de analogia libri? aut ideo minus Messala nitidus? quia quosdā totos libellos nō de verbis modo singulis, sed etiam literis dedit? Non obstant hę disciplinæ per illas eūtibus, sed circa illas hærentibus.

Quoi.

Caius.

Caius autē apud Priscos pro domino ponebat. Iōq; nouæ nuptæ in nuptialib⁹ sacris ante ianuam mariti interrogatæ: quænā vocarentur respondebant se esse caias canebātq;: vbi tu caius. & ego caia: hoc est vbi tu domin⁹ & ego domina: vt significarent se vna cum viro imperaturas. ¶ Nec Cneus eā literā in prenominis nota accipit qua sonat. Cneus c. quidē scribit g aūt sonat Cnæ⁹ aūt ab insigni neui appellat⁹ est. ¶ Et suburra cū tribus literis notat c tertiā ostendit c loco g scribenduz est. Nā sic suburra notabatur Suc. idq; in multis inscriptionibus adhuc apparet.

Cnę⁹ vñ.

ASCENSIVS.

Semiuocales geminare. Semiuocales notę sunt: sed in quibus vocib⁹ nō geminabantur ab antiq̄s nō oībus liquet: at ne mihi nisi quatenus cōiectura assequi possuz in illis nō geminatas in quibus nūc quoq; a paucis geminātur. Primū noīa i ela videntur quibusdā diminutiua licet origo in paucis cōstet & ideo gemino ll scribēda: vt a suada suadella: sic a multis scribuntur Tutella: loquella: clientella: querella ab alijs vnico l. Sic alij comunis comodū: cōsumare: scribere placet: alijs gemino in cōmunis cōmodū cōsummare: vt differat a cōsumere. Pari modo ab alijs mercenarius anulus. Paricida iusi cesi: & ita de similibus. ab alijs vt nūc fere: Mercēnari⁹: annul⁹: parricida iussi cessi scribunt. Porrectas .i. longas: vt capteiui: pro captiui: sic doonū aut potius dωnum: quia ω mega duplex videtur oo. Pictai vestus æneid. ix. dicitur: & Aulai in medio libabāt pocula bacchi. æneid. iij. De Lucilij præcepto: cum opus non extet difficile esset e re diuinare. Tēporibus Quintiliani here non heri dicebatur: vnde Iuuenalis Res hodie minor est here q̄ fuit. &c. nunc autem rursus heri dicimus. Dicem & faciem in futuro indicatiui tertię coniugationis videbantur recte scribi: ꝙ in alijs personis e non a sit. vt dices dicet dicemus &c. in optatiuo non ita. Sibe & quase. Vnde animaduertendum in illis nunc i fere corripi: in quibus olim e breue erat: vt sibi. quasi. heri. Vox quam sentim⁹: credo eam sensisse quam galli & flandrini exprimunt: nā Germani superiores & tunc vt videtur Romani: non seruus sed serfus pronunciassent, si u geminato scriptum fuisset. Quoi vtebantur tātū: sic Angelus Politianus contendit scriptum a marone in buco. Incipe parue puer: quoi non risere &c. Caius & Caia a Gaudio deducta putantur: & ideo per G essent iure scribenda: & quia etiam priscis G sonabant: sentit Quintilianus sic quoq; rectius scribi. Vt vero a Gaudio deductuz credā: accedit ad magnorum virorū auctoritatem etiam germanicum vocabulum. nam illi mulieres præsertim nuptas: frouwe vocant: id est vt inferiores interpretantur dn̄as: quomodo dicit Raph. ꝙ Caius apud priscos pro domino ponebatur: & similiter Caia pro dn̄a: vnde & græci vxores dominas vocabant: vt æneid. vj. Deiphobus Helenam: verum superiores Alemāni frouwe etiam. Gaudium & lætitiā vocant: vnde forte antiquis cantibus. Vbi tu Caius & ego Caia

Caius.

nō solum mens erat: vbi tu dn̄s & ego dn̄a: sed etiā vbi tu Gaudiū domus & ego gaudiū: cuius vocabuli geminā acceptionem alemāni vnico suo ęquauerunt. Colūna exempta n literę: quādo in cognomē trāsijt: vnde Columella nō colūnella dicebatur. Nec ipse. i. nec ego. Acer exactor qui in filio repręhendit q̄ fideliter nō satis apte dixerit. Herentibus. i. diu morantibus.

RAPH.

¶ Quid quoq; flexu. Sæpius iam huiusmodi deprǽhēdimus deprauationē. nō enim quoq;: sed quo erasa q̄ copula est legendum: vt sit quid quo flexu. Nihil est enī q̄ vnoquoq; flexu possit enunciari. ¶ Nō tamen in canticum dissoluta nec plasmate: vt nunc a plerisq; fit: effœminata. Plasma dicit̄ potio ex dulciorib⁹ quibusdam rebus cōposita ad commendandam vocem maxime accōmodata: de qua & Persius: liquido cum plasmate guttur Mobile colluerit. Nequaq̄ aūt psalmate. hoc est cantico legendū est: vt quidā putant. Cū præsertim in vetusto quoq; exemplari plasmate legat̄. ¶ Elegia vero vtiq;: quę amat & hendecasyllaba: & quibus sunt commata sotadeorū. Nam de sotadeis ne precipiendum quidem est: admoneantur si fieri potest: si min⁹ certe ad firmius ætatis robur reseruētur. Admoneant̄ quidem in plerisq; legit̄ exēplaribus. Sed nisi d litera expuncta & n liquida in u cōuersa amoueātur legamus: nec sensus integer: nec oratio grammatica videbitur: huic autem lectioni vetustū quoq; exemplar accedit. Cōmata sotadeorū cæsuræ vocantur: quibus frequentissimis vtunt̄. Quale illud philelphi in Pium pontificem Laus tua non tua fraus: virtus: nō copia rerum scandere te fecit hoc decus eximiū. Prior nāq; versus quatuor cōmatis est distinctus. Sotadica autem carmina a Sotade quodam Cretensi sunt appellata: qui in cinædi cuiusdam & ancillæ: quæ a cinædo alebatur amorem incidit: de quib⁹ carmina maxime lasciua scripsit: quæ cōuerso quoq; ordine legerentur. Est enī propriæ trochaicum retrogradum: q̄q̄ ex ionico: atq; dactylico fieri potest. De huius carminis

[Pl]asma quid.

[So]tadica carmina vnde.

[R]etrograda.

De lectione pueri. Cap. XIIII.



Superest lectio: ī qua puer vt sciat, vbi suspēdere spiritū debeat: quo loco versum distinguere, vbi claudatur sensus, vnde incipiat, quando attollenda, vel submittēda sit vox: quid quo flexu, quid lentius, concitatius: celerius: lenius dicendum: demonstrari nisi in opere ipso non potest. Vnum est igitur qd̄ in hac parte præcipiā: vt omnia ista facere possit intelligat. Sit autem in primis lectio virilis: & cum suauitate quadam grauis: & non quidem prosæ similis: quia carmē est, & se poetę canere testantur: non tamen in canticum dissoluta: nec † plasmate: vt nunc a plerisq; fit: effœminata: de quo genere optime. C. Cæsarem prætextatum adhuc accepimus dixisse: si cantas male cantas: si legis, cantas. Nec prosopopœias: vt quibusdā placet: ad comicum morem pronunciari velim. Esse tamen flexū quendam: quo distinguantur ab iis: in quibus poetæ persona sua vtentur. Cætera admonitione magna egent. in primis: vt teneræ mentes tracturæq; altius quicquid rudibus: & omniū ignaris insederit: nō modo quæ diserta: sed vel magis quæ honesta sunt discant. Ideoq; optime institutum est: vt ab Homero atq; Virgilio lectio inciperet: q̄q̄ ad intelligendas eorū virtutes firmiori iudicio op⁹ esset. Sed huic rei superest tempus: nec enim semel legentur. Interim & sublimitate heroici carminis animus assurgat, & ex magnitudine rerum spiritum ducat & optimis imbuatur. Vtiles † tragœdię: alūt & lyrici: si tamen in iis nō auctores modo, sed etiam partes operis elegeris. Nam & græci licenter multa, & Horatium in quibusdam nolim interpretari. Elegia vero vtiq; quæ amat: & hendecasyllaba, & quibus sunt cōmata sotadeorū (Nam de sotadeis ne pręcipiendum quidem est:) amoueantur: si fieri potest: si min⁹ certe ad firmius ætatis robur reseruentur. Comœdię quæ plurimum ad eloquētiam conferre potest: cum per omnes personas & affectus eat: quem vsum in pueris putem: paulo post suo loco dicam. Nam cum mores in tuto fuerint inter præcipue legenda erit. de Menandro loquor: nec tamen excluserim alios. Nam latini quoq; auctores afferent vtilitatis aliquid. Sed pueris quæ maxime ingenium alant: atq; animum augeant p̄legēda cæteris: quæ ad eruditionē modo pertinent, longa ętas spatium dabit. Multum autem veteres etiam latini cōferunt: q̄q̄ pleriq; plus ingenio q̄ arte valuerūt: in primis copiam verborum: quorum in trogœdiis grauitas: & comœdiis elegantia: & quidā velut atticismos inueniri potest. oeconomia quoq; in his diligentior q̄ in plerisq; nouorum erit: qui omnium

Lectio qualis et debeat Psalmate.

Honesta discenda.

Tragœdi.

Comœdia.

operũ solam virtutẽ sententias putauerũt. Sanctitas certe: & vt sic dicã: virilitas ab his petẽda: quãdo nos in omnia delitiarum vitia dicẽdi quoq; ratione † deflexímus. Deniq; credamus sũmis oratoribus: qui veterũ poemata: vel ad fidẽ causarũ: vel ad ornamentũ eloquẽtię assumũt. Nam pcipue quidẽ apud Ciceronẽ: frequẽter tamẽ apud Asiniũ etiã: & cæteros: qui sunt proximi: vidimus Ennii: Accii: Pacuuii: Lucilii: Terentii: Cecilii: & aliorum inseri versus summa non eruditionis modo gratia, sed etiam iucũditatis: cũ poeticis voluptatibus aures a forẽsi asperitate respirent: quibus accedit non mediocris vtilitas cum sententiis eorum: velut quibusdam testimoniis: quæ proposuere confirment. Verum priora illa ad pueros magis: hæc sequentia ad robustiores pertinebunt.

defluximus

lasciuia: meminit etiam Martialis cum iquit. Nec retro lego Sotaden Cinædũ. ℭ Comœdia quæ plurimũ ad eloquẽtiam conferre potest. Pro comœdia legẽdũ esse comœdiæ cuiq; facile apparet. ℭ Qũ q̃ plerũq; plus ingenio q̃ arte valuerũt. Sic Ouidius de Ennio. Ennius ingenio maximus: arte rudis. ℭ Et qdã velut atticismos inueniri potest. Atticismos legẽdũ esse nemo dubitat. est autẽ atticismos quædã peculiaris attici sermonis elegantia. ℭ Oeconomia quoq; i his diligentior q̃ in plerisq; nouorũ erit. Oeconomia dispositio dicitur maxime & oratoribus: & poetis necessaria: vt quid quo loco sit dicendum: non ignorent. ℭ Quando nos in omnia delitiarũ vitia dicendi quoq; ratione deflexímus: Rectius mihi defluximus legi videtur magisq; sensui conuenire. ℭ Cum poetis voluptatibus aures a forẽsi auctoritate respirant. Tres hunc loco mendæ videntur inesse quarũ prima tollitur si pro poetis legat poeticis. Altera si pro auctoritate asperitate scribatur: tertia si respirẽt vt modi coniũctiui nõ respirant legatur. ℭ Quibus accidit nõ mediocris vtilitas. Accedit: hoc est adijcitur legẽdum est.

Attici[smos]

ℭ Superest lectio. i. ratio & modus legẽdi. Præcipiam intelligat: hoc est ipsum intelligere vt oia ista facere possit. Nec plasmate: sic Vallẽ. codex: sicq; Raph. legẽdũ censet: Aldus tamẽ impressit psalmate. i. cantico aut canẽdi modo: q̃uis non ignoraret locũ Persij. Prætextatũ adhuc: cum nondũ virili toga vteretur. Prosopopœias: personarũ fictiones: vnde licet mulier introducat loqui: nõ tñ muliebri voce eius verba recitabũtur. Lectio inciperet. Bene ergo absolute dicimus liber incipit & finit: cũ tñ etiã passiue dicere liceat: incipitur & finitur. Huic rei. s. intelligẽdis virtutibus q̃ sunt in Homero & Vergilio. Supest: adhuc restat tẽpus. Interdũ supesse accipit pro eo qd̃ est supra id qd̃ satis sit esse. Vnde apud Gelliũ cũ risu exceptus est aduocatus q se supesse dicebat. Vtiles tragœdi. Solus Vallẽ. codex habet tragœdiæ: qd̃ mihi placet: nõ eñi tragœdi q sunt tragœdiarũ actores: sed tragœdiæ ipsę lectitãtur: nũc aũt de lectione disputat: vñ tragici rectius q̃ tragœdi legãtur. Nec obstat qd̃ sequitur. Lyrici. nã & versus & authores lyrici dicũtur. Horatiũ in quibusdã: nõ solum lyricis sed etiã sermonibus nolim ad viuũ interptari: & multo minus Iuuenalẽ in nona q̃ incipit: Scire velim quare &c. Reijcerem etiã epodon Horatianũ. Quid tibi vis mulier &c. Lubrica eñi & carnalia vitia etiã cũ detestant irrepũt animis: quocirca nõ meli⁹ cauent q̃ dũ ignorant: nã licet mala nõ caueãtur si ignorant intelligo si ignorãtur eẽ mala: at q̃ dictu sunt obscœna: nemo vbi primũ audit aut cogitat ignorat esse mala. Elegia vero. Põponius (si modo eius sunt cõmẽtarij q ipsi ascribũtur) vult vt elegię q̃ amãt: aut vt elegia carmina intelligamus. Ordo aũt est. Elegia quæ amat. i. amare docet aut amatoria est & de amore cõposita q̃rimonia: vt in Tybullo q̃dã obscœnæ etiã puerorũ amores fatẽtes: & hendecasyllaba. i. vndecim syllabarũ carmina: sub qbus sunt etiã sapphica: repete q̃ amãt: quia sunt etiã honesta q̃uis nostris quoq; tẽporibus nihil christiana verecũdia repressus Põtanus lasciuiuscula scripsent plurima: & carmina qbus sunt cõmata. i. cęsuræ: sotadeorũ. i. carminũ lasciuorũ q̃ a sotade inuẽtore nomẽ acceperũt: amoueant. s. a lectione puerorũ si fieri põt. Nã sup. id hoc est vt amoueant ne pcipiẽdũ qdẽ est de sotadeis: vetus lectio in Vallẽ. erat sotadicis. Ideo autẽ ne pcipiendũ qdẽ. i. nõ opus est præcepto: q̃ pter lasciuiã illis fere annexã: videant sæpe insani capitis labores cũ retrograde in cõtrariũ sensus pronũciari possint: vt illa quę Philelpho ascribit Raphael sic retrolegi possunt. Eximiũ decus hoc fecit te scandere rerũ Copia: non virtus: fraus tua nõ tua laus. Oeconomia. i. dispositio totius fabulæ: in his. s. veteribus Sẽtẽtias. i. grauia dicta. Deflexim⁹: sic cũ oĩbus legã: licet Raphaeli defluximus placeat: qd̃ mihi quoq; placeret si authoris esse exẽplaria docerẽt. Sũmis oratoribus. Valla etiã ascripsit de diuo Paulo in hęc ṽba. Paulus apl's solos poetas in testimoniũ affert: apud Athenienses qdẽ Aratũ. τοῦτου γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν. Ad Corinthios aũt prima Menãdrũ φθείρουσι γὰρ ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαί. Ad Titũ vero Epimenidẽ κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται κακὰ θηρία γαστέρες ἀργαί. Cui⁹ heroici hemistichion postea vt Hieronym⁹ ait Callimachus vsurpauit. Sic ille. Quę ṽba sic verti solẽt Arati. ei⁹. n. & gen⁹ sum⁹. Menandri Peruertũt. n. mores bonos colloqa praua Epimenidis. Cretes semp mẽdaces: malę bestię: vẽtres pigri. A forẽsi aspitate vel austeritate legẽdũ est: nisi auctoritatẽ p grauitate & seueritate accipe malim⁹ a posteriore qdẽ: eo q seueritas i qbusdã auctẽz pepit.

Incipio.

RAPH.

ℭ Cum grammatices amor: & vsus lectionis non scholarũ temporibus, sed vitæ spatio terminetur: in prælegẽdo grãmaticus, & illa qdẽ minora pstare debebit: vt partes orationis reddi sibi soluto versu desideret, & pedũ pprietates: quę adeo debent esse

ℭ Metaplasmus & schematismus & schemata vt dixi vocamus. Accusatiui sunt græci quis notatiui latini videãtur. Rectius aũt græ

notæ in carminibus,vt etiam in oratoria compositione deside rentur: deprehendantq; quæ barbara: quæ impropria: quæ contra legem loquendi sunt posita: non vt ex his vtiq; improbētur poetæ: quibus quia plerūq; seruire metro cogitur adeo ignoscitur, vt vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur. Metaplasmos enim & schematismos,& schemata (vt dixi) vocamus: & laudem virtutis necessitati damus. Sed vt cōmoneat artificialium & memoriam agitet. Id quoq; inter prima rudimenta non inutile demonstrare: quot quæq; verba modis intelligenda sint. circa glossemata etiam.i.voces minus vsitatas: non vltima eius professionis diligentia est. Enimuero maiore cura iam doceat tropos omnes: quibus præcipue non poema modo: sed etiam oratio ornatur: schemata vtraq;.i.figuras: quæq; λέξεως: quæq; διανοίας vocantur: quorum ego sicut troporū tractatum in eum locum differo: quo mihi de ornatu orationis dicendum erit. Præcipue vero illa infigat animis: quæ in œconomia virtus: quæ in decoro rerum: quid personę cuiq; conuenerit: quid in sensibus laudandū: quid in verbis: vbi copia probabilis: vbi modus. His accedet enarratio historiarū: diligens quidem illa nō tamen vsq; ad superuacuū laborem occupata. Nam receptas aut certe claris oratorib[9] memoratas exposuisse satis est. Persequi quidem qđ quisq; vnq̄ vel contemptissimorum hominū dixerit: aut nimię miseriæ: aut inanis iactantiæ est: & detinet atq; obruit ingenia melius aliis vacatura. Nā qui omnes etiam indignas lectione scedas excutit: anilibus quoq; fabulis accommodare operam potest: atqui pleni sunt eiusmodi impedimentis grammaticorum commentarii: vix ipsis: qui composuerūt: satis noti. Nā Didymo quoq;: quo nemo plura scripsit: accidisse compertum est: vt cum historiæ cuidam tāq̄ vanæ repugnaret: ipsius proferretur liber: qui eā continebat. qđ euenit pręcipue ī fabulosis vsq; ad ridicula, quędā etiā pudenda: vnde improbissimo cuiq; pleraq; fingēdi licentia est: adeo vt de libris totis: & auctoribus: vt succurrit: mētiatur tuto: quia inueniri: qui nunq̄ fuere non possunt. Nam in notioribus frequētissime deprehenduntur a curiosis. Ex quo mihi inter virtutes grammatici habebitur aliqua nescire.

¶ Cum grāmatices amor &c. quia eius amor & vsus per totā vitā durat malui supra secretorū q̄ sectatorū legere. Pedes desiderātur in oratoria compositione vt Sulpitius Verulanos in opusculo de cōponendis epistolis ex bonis authoribus pcipit. Metaplasmus sic Aldus: Raphael us legit: quia grępe ουσ scribitur. Laudem virtutis. quia laudamus vt benedicta: quæ aliter in carmine dici non potuerūt: cum tamen in oratione soluta vitio nō carerent. Sed vt commoneat artificialium. i. ipsius artis vt supra in genitiuo dixit vt Cecilius sæpe. Agitet: exerceat. Glossema est qđ galli linguagium dicunt: vnde exponēs dicit. i. voces minus vsitatas. Quęq;. i. & quę λέξεως. i. dictionis singulę vocantur: quęq;. i. & quę διανοίας dianceas. i. sensus aut sententię vocātur. In decore rerum lego decoro: vt sit qđ græci præpon dicunt. Vacatura. i. operam datura. i. quæ dare possent: est autem aliis datiui casus. anilibus. i. qualib[9] anus. i. vetulæ occupātur. Mentiatur tuto: quia facile depręhēdi non potest. Sunt autē tales triplices primi tam annosi vt nō habeāt æqualē: qui in prima ætate miranda se vidisse mentiuntur. Secundi qui in tam longinquis aut fuerunt aut fuisse se dicunt

cis literis scriberētur. μεταπλασμούς: & σχηματισμούς. ¶ Quę ī decore rerū. Pro decore puto legēdū eē decoro. Sūma est eñ poetę laus: cū bene & rerū & psonarū seruat decorū. ¶ Persequi quidē: qđ quisq; vnq̄ vel contēptissimorū hominū dixerit: aut nimiæ miseriæ: aut inanis iactātię est. Hinc facile apparet q̄ sint damnādi nō solū grāmatici: qui nouas abolitasue uā fabulas semp scrutantur. eaq; in cōmentis suis scribūt: ne parum multa scisse videātur: quæ nihil ad percipiendos sensus auctorū: quos exponūt: ad propositum ue eorū quæ dicūtur: facere cōstat: sed etiam nostri temporis legulei: atq; philosophastri: qui sibi qđdam præclarum facere videntur: si dum profitētur: vel insulsissimi cuiusq; nebulonis opiniōes ineptas auditoribus inculcarint. Quibus sane nugis efficitur: vt quę alias facilia pulchraq; cognitu sunt: subabsurda ac difficillima videātur. ¶ Nā qui omnes etiā indignas lectiōe scedas excutit. Scedæ dicuntur paginæ: in quibus quædam ex tempore vt tulit calor: scribi solēt. ¶ Nam Didymo quoq; quo nemo plura scripsit: accidisse compertum est: vt cum historiæ cuidā tanq̄ vanæ repugnaret ipsius profiteretur liber: qui eam continebat. Profiteretur quidem legitur fere in exēplaribus: Sed quia minus latina oratio est: proferretur mihi legendū videtur. Didymus autem salsamentarii filius grammaticus Alexandrinus ad tempora Augusti peruenit: q ob assiduā circa libros moram: χαλκέντερος. hoc est æneum calcar fuit appellatus. Nam ad tria milia librorum: & quingentos scripsisse dicitur. Fuit etiā ali[9] Didymus grāmaticus Alexandrinus: qui Romæ docuit. Alius poeta: qui georgica scripsit. Alius philosophus Academicus.

rnatico: tot.

æ quæ.

ymus q.

decore

Mentiētes tuto.

regionibus vt qui illic fuerit neminē offendant. Tertij qui in libris quos soli habent aut se habere fingunt: miranda legisse commemorant. Addūtur his quarti: iam potentes vt refellere eos nullus audeat: sed si palā nō refellūtur & coram: occulte tamen & in absentia refelli solent. Aliqua nescire: quæcunq; ea sint: ideoq; non dixit quædā: verū quia de frivolis loqui videtur: putarē quędā potuisse dicere. Sed quęri potest quomodo nescire inter virtutes sit? Certe q; virtutis sit ea nolle discere quæ cognita nihil sint cōmodi allatura: vt is miles Alexandri magni q in orcā semina ꝗuis parua inijcere didicerat. Multū enī tēporis absumit dū inutilia discunt. Pręterea inutilia didicisse nocet: quia difficile est nō esse occupatū in ijs quę didicens etiā si mala sint. Pręterea dui carnalia vitia melius ignorari ꝗ sciri: dūmodo si se sponte ingerūt vitia esse noscantur.

## De officio grammatici: & quæ primordia sint dicendi. Cap.XV.



ET finitæ quidē sunt partes duæ: quas hęc professio pollicetur .i. ratio loquendi: & enarratio auctorum: quarū illam methodicen: hāc historicen vocant. adijciamus tamen eorum curæ quædam dicendi primordia: quibus ætates nōdum rhetorem capienteis instituāt. Igit Aesopi fabellas: quæ fabulis nutricularū proxime succedunt: narrare sermone puro: & nihil se supra modum extollente: deinde eandem gracilitatem stilo exigere condiscant: versus primo soluere: mox mutatis verbis īterpretari: tum paraphrasi audacius vertere: quia & breuiare quędā: & exornare: saluo modo poetæ sensu permittitur. Quod opus etiā consūmatis professoribus difficile: q cōmode tractauerit: cuicūq; discendo sufficiet. Sentētię quoq; & chriæ: & ethologiæ: subiectis dictorū rationibus: apud grāmaticos scribantur: quia initiū ex lectione ducunt: quorū omniū similis est ratio: forma diuersa: quia sententia vniuersalis est vox: ethologia personis cōtinetur. Chriarum plura genera traduntur: vnū simile sentētię: qđ est positū in voce simplici: dixit ille: aut dicere solebat. alterū qđ est in respōdēdo: interrogatus ille: vel cū hoc ei dictū esset: respondit. Tertiū huic nō dissimile: cū quis non dixisset: sed aliquid fecisset: etiam in ipsis factis Chriā putant: vt Crates: cū indoctū puerū vidisset: pædagogum eius percussit. Et aliud pene par ei: qđ tamē eodē nomine appellare nō audent: sed dicūt χρειῶδες: vt Milo: quē vitulū assueuerat ferre: taurū ferebat. In his omnibus & declinatio per eosdē ducitur casus: & tā factorū ꝗ dictorū ratio est. Narratiūculas a poetis celebratas notitiæ causa: non eloquentiæ tractādas puto. Cętera maioris operis ac spiritus, latini rhetores relinquendo, necessaria grammaticis fecerunt. Græci magis operum suorum: & onera: & modum norunt.

Et finitæ quidē. Eleganter in principio ponitur particula et. Id est peræ sunt. Illā .s. iā prius dictā methodicen: hāc .s. posteri⁹ dictā & ita viciniorē historicen. Nā vt in scripto ita in sermone: vox posteri⁹ pnūciata: quodāmō ppior est: qa volat irreuocabile verbū & p aerē diffundit. Eorū .s. q pueros erudiēdos habēt. Exigere stilo .i. exacte scribere. Cōsumatis: sic oēs scribūt: at si summa & cōsummo mm geminū habēt: cōsummatis scribēdū est. De sentētijs & Chrijs qa pueris vtilia collegit Pōponi⁹ Lętus in rudimētis grāmaticis e re visum est ea his inserere. Dicit ita q; sic. Seneca de puerorū pria exercitatōe sic ait. Facili⁹ .n. insidūt singla circūscripta & carminis mō iclusa. iō pueris & sentētias ediscēdas damus: & has quas græci chrias vocāt: qa cōplecti illas puerilis anim⁹ pōt: q ads

RAPH.

Et finitę qdem sunt ptes duę: quæ hæc professio pollicetur .i. ratio loquendi: & enarratio auctorum: quarum illā methodicen. hāc historicen vocant. Methodice artificialis trāsferri potest. Nā methodus ars dicitur sub qua loquendi ratio continetur. historice dicitur enarratiua ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν qđ narrare etiā significat: a qua significatione etiam historia deducit. Nihil enim aliud est historia ꝗ rerum gestarum expositio. Huic autē parti: auctorum subijcitur enarratio. Tum periphrasi audacius vertere. Ridiculos se præbent: qui periphrasi legūt: & ita legendū esse cōtendūt: cū & prisca consuetudo: qua se exercebāt studiosi poetarum dicta alijs verbis exprimētes & sens⁹ ipse exigat: vt Paraphrasi legatur. Est autē paraphrasis non simplex interpretatio: sed circa eosdem sensus certamen ac æmulatio: vt Fabius ipse in decimo exponit. Neq; ego inquit paraphrasin esse interpretationem tantū volo: sed circa eosdē sensus certamen: atq; æmulationē. Sentētię quoq; & chriæ & ethologiæ subiectis doctorum rationibus apud grāmaticos scribantur. Loco doctorum legendum esse dictorum aperte ei compertum erit: qui sciet causam: ac rationē dicti facti: ue propositi in huiusmodi exercitationibus solere afferri. Ex quatuordecim aūt progymnasmatis: hoc est præexercitamētis: quatuor dūtaxat grammatico tractāda permittit Fabius Fabulam: sentētiā. Chriam. (nam ethologia species est chriæ) & narrationem:

Methodice quid.

Paraphrasis quid.

a quid.

Est autem sententia oratio sumpta de vita: quæ: aut quid sit: aut quid esse oporteat in vita breuiter ostendit: vt Liber is est existimandus: qui nulli turpitudini seruit. Chria est commemoratio alicuiꝰ dicti: vel facti: vel vtriusq; simul celerem habens demōstrationem: vt Isocrates dicebat virtutū radices amaras: fructus vero dulces.

& vnde.

Chria autē idcirco dicta est hæc exercitatio ꝙ maxime sit vtilis & necessaria Χρεια enī & vsū & necessitatē significat. Χρειωδεό vtile dicitur Ethologiæ si ad verbū transferatur hoc nomē: sonare videtur morū rationes. Nā ηθοσ mos dicitur λογοσ ratio. Sed de ethologis me apud græcos q̄cq̄ legisse non memini. Neq; enī inter progymnasmata a græcis collocantur: nisi forte ethologian pro ethopeia accipiat Quintilianꝰ. Nam ηθοποιια inter progymnasmata numeratur. Sed de ea Fabius mihi loqui hoc loco non videtur. Neq; enim ηθοποιια q̄cq̄ cum sentētia simile habet. Quare ethologian accipiamus dictū mores alicuius exprimens: quale est Cæsaris illud. Si iusiurādū violandū est propter regnum violandū est. Neq; ignoro a quibusdā etiologiam legi quibus priscum exemplar astipulatur etiologia vero causa dicti: sermonisve interpretari potest: vt sit quotiēs dicto subijcimꝰ rationem: vt Socrates interrogatus: an Persarum rex sibi felix videretur: respōdit se nescire: neq; eni3 mores eius sibi notos esse.

is respō

Verū Aphthonij expositor id chriæ genus αιτιωδεσ non etiologian vocat. Deniq; apud græcos nō memini me legisse: qui aut ethologię aut etiologiæ vllam faciat mentionem. Mimi etiam dicuntur ethologi morum: atq; affectuū cuiusq; personæ effictores. ¶ Quia initium ex ratione ducunt. Pro ratione videtur legendum esse lectione. ¶ Quorum omniū similis est ratio iisdem omnes capitibus tractantur: hoc est laude: paraphrastico: rationis assignatione: contrario: comparatione: exemplo: veterum testimonio: breui epilogo. Etiam in ipsorum factis chriam putant loco ipsorum legendum esse ipsis facile est videre. ¶ Cætera maioris operis ac spiritus: latini præceptores relinquendo necessaria grāmaticis fecerunt. In vetusto exemplari oratores quidem legitur in cōtextu. in margine vero præceptores. Sed neutrum mihi probatur. rhetores autem legendum videtur. grammatici enim nō minus q̄ rhetores præceptores sunt. Reliqua progymnasmata rhetorū propria esse ait. quæ sunt confutatio: cōfirmatio: laudatio: vituperatio: locus cōmunis: thesis: cōparatio: descriptio: ethopoeia: legislatio

rū quæ
a fint.

Hæc enim magnorum quoq; oratorum ingenia facile possent exercere.

huc non capit certi fructus vim. Sunt hi flosculi qui primordia dicendi instituūt: & blande præcedunt eloquentiam futuram. ¶ Sententia est vox vniuersalis & breue dictum alicuius quo intelligimus q̄d imitandum quodq; vitandum in vita cupimus & pronūciamus sine mentione eius personę qui dixerit. Et aliter. Sententia est breuis sermo hortans & dehortans: vt facere & pati fortia Romanū est. Et liberi hominis est sine voluptate vita. Noiatiuo numeri singularis hic liber homo est; qui sine voluptate viuit. genitiuo liberi hominis est sine voluptate viuere. datiuo libero homini cōuenit sine voluptate viuere. accusatiuo liberū hominē esse existimo qui sine voluptate viuit. vocatiuo o liber homo es si sine voluptate viuis. ablatiuo ab libero homine p̄cedit sine voluptate viuere. Numeri pluralis. Noiatiuo liberi homines sunt qui sine voluptate viuūt. genitiuo liberorū hominū virtus est sine voluptate viuere. datiuo liberis hominibus adscribitur sine voluptate viuere. accusatiuo liberos homines esse cēsemus q sine voluptate viuūt. vocatiuo o vos homines liberi estis q sine voluptate viuitis. ablatiuo ab liberis hominibus exēplū ducitur sine voluptate viuere. Sententia.

¶ Chria est vsus dictorū aut factorū q traditꝰ notitiæ & exercitationis causa in ludis literarijs. Sumūtur pulchra dictorū aut factorū exempla: & dantur ediscēda pueris. Aliter chria est breue dictū q̄d ad personā refertur vnde pueris vtilitas manat: & ideo nomen sortita est chria. Genera eius plura sunt: vnū vt dixit ille aut dicere solebat. Alterum in respōdendo vt interrogatus Diogenes cur die accensam lucernam ferret respondit. Inquiro hominē: & idem interrogatus de pueri ebrietate respondit illū a patre ebrio genitū esse. Tertiū est in factis vt Crates cū indoctū puerū vidisset pędagogū percussit. Quartū pene huic par. vt Milo cum consueuerit vitulū ferre taurum tulit. Item igitur dixit Cato. literarū radices amaras et fructus iocūdiores: dixit Vergilius. degeneres animos timor arguit. Et dicere solebat. M. Cato leges esse neruos ciuitatis. Demosthenes orator interrogatus vnde tantū eloquentię habuisset respōdit. Plus olei consumpsi q̄ vini. Et. M. dicere solebat Cura cibi magna virtutis incuria. Chria.

¶ Noiatiuo nu. sing. hic Iugurta dixit oia Romæ venalia esse. genitiuo huius Iugurthę dictū fertur oia Romæ venalia esse. datiuo huic Iugurtę protulisse libuit oia Romæ venalia esse. accusatiuo hūc Iugurtā dixisse memorant oia Romæ venalia esse. vocatiuo o Iugurta ex animo dixisti oia Romæ venalia esse. ablatiuo ab Iugurta dictū scio omnia Romæ venalia esse. Noiatiuo nu. plura. iugurtę dicere soliti sunt oia Romæ venalia esse. genitiuo iugurtarū sermo fertꝰ oia Romæ venalia esse. datiuo iugurtis ex animo dictū attribuunt oia Romæ venalia esse. accusatiuo iugurtas professos aiūt oia Romæ venalia esse. vocatiuo o iugurtę vestrū fuit dicere oia Romæ venalia esse. ablatiuo a iugurtis: illud manauit oia Romę venalia esse.

¶ Etymologia est ratio causę in exēplo p̄sonarū cū p̄ponitꝰ vita alicuꝰ vt licet regnādi causa violare ius. Quia idē fecit Cęsar & licet abstinere a libidine: quia idē fecit Scipio. Etymologia

¶ Noiatiuo nu. sin. hic. M. Furius Camillus cōstātia ictus fortunę vicit: & ego sic ferēdo vincā. gtō huius. M. furij camilli constātię fortuna fugit morā Et sic mei ipsius par laus erit. datiuo M. furio camillo fortiter ferendo cessit fortuua & mihi perseueranti cedet. actō M. furiū camillū fortiter ferētē fortuna metuit. & me nō minus timebit. vctō o M. furi camille cōstātia fortunā domuisti. ablatiuo a. M. furio camillo fortiter ferēdo fortuna exuperata traditꝰ. & eodē modo a me vincetur. Ntō nu. plu. M. furij camilli fortiter aduersa ferēdo vicerūt fortunā & nos similiter facienꝰ. gtō M. furiorū camillorū fortis animus reppulit fortunā: & nostri facinus idē erit. dtō. M. furijs camillis cōstāter ferētibus fortuna locū dedit et nobis cōstātibus idē eueniet. actō. M. furios camillos fortiter ferēdo horrunt fortuna. et nos etiā refugiet. vctō o. M. furij camilli fortiter ferēdo fortunā vicistis. ablatiuo a. M. furijs camillis fortiter ferētibus fortuna domita est. & a nobis siliter vincetur.

¶ An oratori futuro necessaria sit plurium artium scientia. Cap.XVI.

HAec de grammatica q̃ breuissime potui: non vt omnia dicerem sectatus: quod infinitum erat: sed vt maxime necessaria: nunc de caeteris artibus: quibus instituendos priusq̃ tradantur rhetori pueros existimo: strictim subiungam. vt efficiatur orbis ille doctrinę: quã graeci ἐγκυκλοπαιδείαν vocant. Nam iisdem fere annis aliarum quoq; disciplinarum studia ingredienda sunt: quae quia ipsae artes sunt & esse perfectae sine orandi scientia possunt: nec rursus ad efficiendum oratorem satis valent solae: an sint huic operi necessariae: quaeritur. Nam quid inquiunt ad agendam causam dicendã ve sententiam pertinet scire: quemadmodum data linea cõstitui triangula aequis lateribus possint? Aut quo melius: vel defendet reum: vel reget consilia: qui citharae sonos nominibus: & spatiis distinxerit? Enumerent fortasse multos q̃libet vtiles foro: qui nec geometren audiuerunt: nec musicos: nisi hac communi voluptate aurium intelligant. Quibus ego primum hoc respondeo: quod & M. Cicero scripto ad Brutum libro frequentius testatur: non eum a nobis institui oratorem: qui sit, aut fuerit: sed imaginem quandam concepisse nos animo perfecti illius ex nulla parte cessantis. Nam sapientem formantes: eum qui sit futurus consummatus vndiq;: & (vt dicunt) mortalis quidam deus: non modo cognitione coelestium

moralium vel † mortalium putant instituendum: sed per quaedam parua sane, si ipsa demum existimes, ducunt: sicut exquisitas interim ambiguitates: non quia ceratinae: aut crocodilinae possint facere sapientem: sed quia illum ne in minimis quidem oporteat falli. Similiter oratorẽ: qui debet esse sapiens: non geometres faciet: aut musicus: quęq; his alia subiungã. Sed hae quoq; artes: vt sit consummatus: iuuabunt. Nisi forte Antidotũ qdem: atq;

oculis alia: quae † morbis: aut vulneribus medentur: ex multis atq; interim contrariis quoq; inter se effectibus cõponi videmus: quorum ex diuersis fit illa mixtura vna quae nulli earũ similis est: quibus constat: sed ꝓprias vires ex omnibus sumit: & muta animalia mellis illũ inimitabilẽ humanae rationi saporẽ vario florũ ac succorũ genere perficiũt: nos mirabimur: si oratio: qua nihil praestantius homini dedit prouidentia: pluribus artibus eget: quae etiã cũ se nõ ostẽdunt in dicẽdo: nec proferũt: vim tamẽ occultã suggerunt: & tacitę quoq; sentiũtur. Fuit aliquis sine his disertus? at ego oratorẽ volo. Non multũ adiiciũt? sed vtiq; nõ erit totũ: cui vel parua deerunt: & optimũ qdem hũc esse cõueniet: cuius etiam si in arduo spes est: nos tamen praecipiamus omnia: vt saltem plura fiant. Sed cur deficiat animus? natura enim perfectum oratorem esse non prohibet. Turpiterq; desperatur quicquid fieri potest.

¶ Haec de grãmatica. pulchra vtitur transitione Fabius: colligitq; oratorem omniũ disciplinarũ peritũ esse debere: quarũ quidẽ cognitionẽ min⁹ mirabitur oratori necessariã esse: qui sciuerit eãdẽ patrię ꝓpugnatoribus a Platone. agricolis a Columella. Medicis a Galeno. Architectis a Vitruuio necessariã affirmari. Vt efficiat orbis ille doctrinę quam graeci κυκλοπαιδειαν vocant κυκλοπαιδεια ad verbũ transfertur circularis doctria: hoc est omniũ artiũ disciplina. ¶ Quẽadmodũ in data linea constitui triangula aequis lateribus possint. Data recte: ducta vero corrupte in quibusdã legitur exẽplaribus. hoc autem videtur ex Euclidis elementis sumptũ esse: q̃uis illic non linea solum subintelligatur: sed recta finitaq; legatur. Sic enĩ ibi describitur. ἐπὶ τῆς εὐθείας δοθείσης πεπερασμένης τρίγωνον ἰσόπλευρον συστήσασθαι. hoc est. In recta data finita triangulum aequilaterum constitui. ¶ Sed Fabius ea nihil curauit ascribere: quae facile ab iis: qui geometrię principiorũ omnino ignari nõ forent: subaudiri possent. Sic autem triangulũ in recta linea data cõstituitur aequilaterũ.

¶ Quę quia ipsę artes sunt & esse perfectae sine orandi scientia non possunt: nec rursus ad efficiendũ oratorẽ satis valent solae: an sint huic operi necessariae: quęritur. Hic quidem locus sine vlla menda esse plerisq;

videtur. Mihi vero nō ineptus modo: verū falsus quoq; esse hic sensus: nisi corrigatur. Quid enim geometrę musicoue orādi sciētia opus est? Profecto hi sine arte oratoria possunt eē perfecti. Sic igit emēdetur vt his ascribat: & perfecta & potest singulari numero legatur vt cū scientia congruant hoc modo. Et eē pfecta sine his orādi scientia nō potest. Ars enim oratoria citra cognitionē aliarū disciplinarū perfecta esse nō potest. Non quia ceratinæ aut crocodilinę possint facere sapientē. Ambiguitates quædā ideo ceratinę vocantur: quia in illis multa de cornibus mentio habet κεράτα nāq; cornua dicūtur. Quis le hoc est. quicquid nō amisisti habes: Cornua nō amisisti: Cornua igitur habes. Qui vero cerastinæ a ceraste serpente putant legendū: ij opinionis suæ videant rationē. Mihi quidē & ceratinæ sensui videtur cōuenire: & ita in antiquo legitur exemplari. Huc accedit q Diogenes Laertius quasdā argumētationes cornutas ait appellari: quibus cū alij: tū Stoici: atq; in primis Chrysippus vtebātur: quale est: & id qd de cornibus dixi: & hęc. Qui mysteria prophanis indicat impius est. Indicat aūt mysteria prophanis hierophanta: est ergo impius hierophanta. Item q Megaris est: Athenis nō est: est autē homo megaris: nō est igitur homo Athenis. Item: qd loqueris per os tuū transit. Currū autē loqueris. Currus ergo per os tuū trāsit: de huiusmodi ambiguitatibus Fabium sentire facile cōtenderim atq; eo magis: q ambiguitas ad verba & orationē nō ad res solet referri. Quædā appellātur crocodilinæ a crocodilo nili bellua peculiari: fingitur enī crocodilus puerū cuiusdam rustici iuxta Nili ripam rapuisse quē patri multis pcibus ac lachrymis reposcenti pollicetur crocodilus si verū responderit se redditurū. Rusticus se verū esse dicturū asseuerat. Tum crocodilus. Dic miser. Reddā ne tibi puerū? Subiecit ille. Reddes. falso respōdisti inquit Crocodilus. Non enī restituā. Si respondisset. Nō reddes: Pulchre dicis intulisset Crocodilus. Neq; enī reddere volo. Huiusmodi igit sophismata: decipulæq;: ac captiones hinc Crocodilinæ vocantur. ℂ Et muta animalia mellis illū immutabilē humanę rationi saporē vario florū ac succorū genere perficiūt. Inimitabilem in quibusdā emendate legitur exemplaribus.

næ am=
ates.

finatū
genera.

dylinæ
.

ℂ Et esse perfectę sine orandi scientia possunt. Sic Laurētianus codex habet: solus qdē: nam Aldinus & cæteri habent non possunt: & ita videtur melius quia sequitur nec rursus &c. vide tamē vt Raph. legat. In data linea. Sic Raphael legendum contendit: & Vallen. probat: Aldo tamē inducta linea legitur: ad quā lectionē alludit protractio gemini trianguli p lineā medio introductā: sic tamē si latera rectificent. Cocrodylinę sic Vallen. alij Crocodilinę habēt. Nisi forte antidotū atq; alia quæ oculis Aldus legit quę morbis: & meo quidē iudicio melius: nā si oculis dixisset: nō subiūxisset aut vulneribus: sed aut alijs mēbris: qq scio collyria oculis lippientibus adhiberi. Perfectior aūt orationis contextus mihi videretur: si legat: nisi forte quū aut nisi forte q antidotū atq; &c. quia sequitur: nos mirabimur: nam ordo est: nisi forte quū videmus &c. nos mirabimur &c. Prouidentia. i. deus. Fuit aliqs disertus: hoc est demus vt aliqs fuerit disertus sine his. s. artibus: at ego oratorē nedū disertum volo: quia ois orator disertus: sed nō ois disertus orator. Non multū adijciūt. i. obijciet forte aliqs q hę artes nō multū adijciūt ad oratorē sed vtiq; &c. Aldus legit sed æque. Et optimū qdē hoc: sic Aldus & Valla legunt respicientes vt opinor ad illud qd pmisit totū. Raphaelis tamē & multorū aliorū exēplaria habēt hūc: vt sit. & cōueniet. i. sine cōtrouersia cōcedetur: hūc qdē esse optimū. s. oratorē: cuius spes est. s. oia adipiscēdi: etiāsi. i. qq in arduo. i. in difficili. Sed quid illud tamen respicit ad etiāsi legā cum Valla sic. Et conueniet quidem hoc. s. quod totum erit: esse optimū: cuius. s. optimi aut integri: etiamsi spes est in arduo: tamē nos præcipiamus omnia vt saltem si non omnia: plura fiant.

RAPH.

ℂ At quę ego vel iudicio veterum. Atq; citra diphthōgum vt sit copula scribendum est: eleganter autem vt omnia colligit musicā q maxime oratori esse necessariam. Vt ijdem musici: & vates: & sapientes iudicarentur. Hoc Strabo in primo de Geographia libro multis colligit argumentis. ℂ Quorum vtrūq; dijs genitum. De his Virgilius in Bucolicis. Non me carminibus vincet nec thracius Orpheus Nec Linus: huic mater q̄uis atq; huic pater adsit Orphei Calliopea: Lino formosus Apollo: de Orpheo vero Horati⁹ in arte poetica. Syluestres homines sacer interpresq; deorū Cędib⁹ & victu fœdo deterruit Orpheus: Di&⁹ ob

## ℂ De musice & eius laudibus. Cap. XVII.



ATq; ego vel iudicio veterum poterā esse contētus. Nam quis ignorat musicen (vt de hac primū loquar) tantū illis iam antiquis tēporibus nō studii mō: verūetiā venerationis habuisse: vt iidē musici & vates & sapiētes iudicarent? Mittā alios: Orpheus & Linus: quorū vtrūq; diis genitū: alterū vero: q rudes quoq;: atq; agrestes animos admiratiōe mulceret: nō feras modo: sed saxa etiā: syluasq; duxisse: posteritatis memorię traditū est. Et Timagenes auctor est omniū in literis studiorū antiquissimā musicen extitisse. Et testimonio sunt clarissimi poetæ: apud quos inter regalia cōuiuia laudes heroū: ac deorū ad citharam canebantur. Iopas ille Aened. I. Virgilii Nōne canit errantē lunā: solisq; labores: & cætera? quibus certe palam confirmat auctor eminentissimus musicen: cū diuinarū etiam rerum cognitione esse cōiūctā. qd si datur erit etiam oratori necessaria: siquidē (vt diximus) hæc quoq; pars quę ab oratoribus relicta: a philosophis est occupata: nostri ope=

risfuit:ac fineomniũ talium ſcientia nõ poteſt eſſe perfecta eloquentia. Atq; claros nomin e ſapientiæ viros nemo dubitauerit ſtudioſos muſicæ fuiſſe: cum Pythagoras:atq; eum ſecuti acceptam ſine dubio antiquitus opinionem: vulgauerint mũdum ipſum eius ratione eſſe compoſitum: quã poſtea ſit lyra imitata. Nec illa modo contenti diſſimilium concordia: quam vocãt harmoniam: ſonum quoq; his motibus dederunt. Nam Plato cum in aliis quibuſdam: tum præcipue in Timæo: ne intelligi quidem:niſi ab iis:qui hanc quoq; partem diſciplinæ diligenter perceperint poteſt. Quid de philoſophis loquor? quorum fons ipſe Socrates iam ſenex inſtitui lyra nõ erubeſcebat? Duces maximos & fidibus: & tibiis ceciniſſe traditum: & exercitus Lacedæmoniorum muſicis accenſos modis. Quid autẽ aliud in noſtris legionibus cornua: ac tubæ faciunt? quorum concentus quanto eſt vehementior: tantum Romana in bellis gloria cæteris præſtat? Non igitur fruſtra Plato ciuili viro:quem πολιτικὸν vocant:neceſſariam muſicen credidit: & eius ſectę:quę aliis ſeueriſſima: aliis aſperrima videtur:principes in hac fuere ſententia: vt exiſtimarent ſapientum aliquos nonnullam operam his ſtudiis accommodaturos. Et Lycurgus duriſſimarum Lacedæmoniis legum auctor:muſices diſciplinam probauit. Atq; eam natura ipſa videtur ad tolerandos facilius labores: velut muneri nobis dediſſe. Siquidem & remigem cantus hortatur: nec ſolũ in his operibus in quibus plurium conatus: præeunte aliqua iucunda voce cõſpirat:ſed etiam ſingulorum fatigatio: q̃libet ſe rudi modulatione ſolatur.

ætheris

Lyra in

Timæu Platoni telligibil

¶ His motibus.ſ.mundi. Sunt tamẽ qui malint legere ætheris motibus.i. cœleſtibus vt de ſomnio Scip. Cic. Duces maximos.vt Achillem. Sane nõ legam traditum eſt:ſed traditum: & exercitus: ſubaudiendo eſt. Tãtum præſtat. quia actiue accipit præſtat:tantum nõ tanto dixit. Velut muneri.i. in munus & donum in quibus plurium.i. multorum ſimul &c. qualibet ſe rudi: lego cũ Valla: q̃libet.i. q̃tũlibet rudi &c.

hoc lenire tygres rabidoſq; leones. ¶ Cum Pythagoras atq; eum ſecuti vulgauerunt. Vt coniũctiui modi ſit vulgauerint eſt legendũ. ¶ Quã poſtea ſit lyra imitata. Lyra ad imitationem harmoniæ mũdi primũ habuit ſeptẽ chordas: vnde canit poeta Septem diſcrimina vocũ. Terpander octauam. Simonides addidit nonam. ¶ Sonũ quoq; his motibus dederũt. Singulis planetarum orbibus ſinguli attribuuntur ſoni: de qb9 in ſomniũ Scipionis Macrobius diffuſe diſſerit. ¶ Nam Plato cum in aliis quibuſdam: tum præcipue in Timæo: ne intelligi quidem: niſi ab iis: qui hãc quoq; partem diſciplinæ diligenter perceperint: poteſt. Hoc idẽ Hieronymus in Eſaiam teſtatur. Deniq; Timæum inquit de mundi harmonia: aſtrorũq; curſu: & numeris diſputantẽ ipſe: qui interpretatus eſt: Tullius ſe non intelligere profitetur. ¶ Exercitus Lacedæmoniorũ muſicis accẽſos modis. Plutarchus in libro de muſica inquit ὅτι τὸ καλούμενον καστόρειον μέλος μετ᾽ αὐλοῦ ᾔδετο παρὰ τοῖς λακεδαιμονίοις ὁπότε εἰς τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους ἐξέλθοιεν: hoc eſt. Qd vocatur caſtoreum canticũ cum tibiis canebatur a Lacedæmoniis cum ad bellica pericula egrederentur. ¶ Quorum concentus quãtum eſt vehementior. Quanto vt legatur ratio grammatica exigit. Cornua vero ac tubas in legionibus habuiſſe Romanos: ſignificat etiam Ouidius in primo metamorphoſeos. Non tuba directi: non æris cornua flexi: & Vegetius qui de re militari ſcribens ita præcipit. Habeat præterea legio tubicines & cornicines buccinatores. Tubicen ad bellum vocat milites & rurſum receptui canit. Ergo quoties ad aliquod opus exituri ſunt milites ſoli tubicines canunt: quoties mouenda ſunt ſigna: cornicines canunt. Quotiẽs autem pugnatur & cornicines & tubicines canunt. ¶ Et eius ſectæ principes. De ſtoicis intelligit: qui philoſophorum ſeueriſſimi ſunt habiti: eorum vero principes fuere Zeno. Cleanthes. Chryſippus. ¶ Velut muneri nobis dediſſe. Muneri legẽdum eſſe conſtat: vt intelligamus dono dediſſe.

Stoicoru principe fuere.

¶ Laudem adhuc dicere artis pulcherrimę videor: nõdũ tamen eã oratori coniũgere. Tranſeamus igitur id quoq; q; grammaticę quondã: ac muſicę iunctæ fuerũt. Siquidem Architas: atq; Ariſtoxenus etiam ſubiectam grammaticen muſicæ putauerunt: & eoſdem vtriuſq; rei præceptores fuiſſe: cum Sophron oſtendit, mimmorum quidem ſcriptor: ſed quem Plato adeo probauit: vt ſuppoſitos capiti libros eius: cum moreretur: habuiſſe tradatur: tum Eupolis: apud quem Prodamus & mu-

RAPH.

¶ Cum Sophron oſtendit mimmorũ quidẽ ſcriptor. Mimm9 poema eſt ſimile comœdiæ κατ᾽ ἐξοχὴν ſic appellatũ qd potiſſimũ in eo geſtus hominũ effingeretur. Mimmorũ aũt clari ſcriptores apud græcos Sophron & Philiſtio: apud latinos Laber9 & Publi9 Syrus: quorũ carmina quę

Mimmu

ficen: & literas: docet. Et Maricas: q est Hyperbolus: nihil se ex musicis scire: nisi literas cōfitetur. Aristophanes quoq̄ nō vno libro sic institui pueros antiquitus solitos esse demonstrat. Et apud Menandrū in hypobolimæo senex qui reposcenti filiū patri velut rationē impendiorum: quæ in educatione contulerat opponens se psaltris: & geometris multa dicit dedisse. Vnde etiā ille mos: vt in cōuiuiis post cœnam circūferretur lyra: cuius cū se imperitum Themistocles confessus esset: vt verbis Ciceronis vtar: habitus est indoctior. Sed veterum quoq̄ Romanorū epulis fides ac tibias adhibere moris fuit. Versus quoq̄ saliorū habent carmen. Quæ cum omnia sint a Numa rege instituta: faciunt manifestum: ne illis quidem qui rudes: ac bellicosi videntur: curam musices: quātā illa recipiebat ætas defuisse. Denique in prouerbium vsq̄ græcorum celebratū est: indoctos a musis atq̄ gratiis abesse. Verū quid ex ea proprie petat futurus orator differamus. Numeros musice habet duplices: in vocibus: & in corpore: vtriusq̄ enim rei aptus quidā modus desideratur. Vocis rationē Aristoxenus musicus diuidit in ῥυθμὸν & μέλοσ † ἐμμετρον: quorū alterū modulatione: canore alterum ac sonis constat. Num igitur non hæc omnia oratori necessaria? quorū vnū ad gestum: alterum ad collocationem verborū: tertium ad flexus vocis qui sunt in agēdo quoq̄ plurimi, pertinet? Nisi forte in carminibus: tantū: & in canticis exigitur structura quædā & inoffensa copulatio vocum: & in agendo supervacua est: aut non compositio: & sonus in oratione quoq̄ varie pro rerū modo adhibetur: sicut in musice. Nāq̄ & voce: & modulatiōe grādia elate: iucunda dulciter: moderata leniter canit: totaq̄ arte consentit: cū eorum, quæ dicūtur, affectibus. Atqui in orando quoq̄ intēsio vocis, remissio, flexus pertinet ad mouēdos audiētiū affectus. Alia quoq̄ & collocationis: & vocis (vt eodē vtar verbo) modulatione concitationē iudicū: alia misericordiā petimus: cū etiā organis: quibus sermo exprimi non potest: affici animos in diuersum habitū sentiamus. Corporis quoq̄ decens: & aptus motus: qui dicitur εὐρυθμία est necessarius: nec aliūde peti potest. in quo pars actionis nō minima cōsistit: qua de re se positus nobis est locus. Age si habebit in primis curā vocis orator: qd tā musices ꝓpriū? Sed ne hęc quidē p̄sumenda pars est: vt vno interim contēti simus exēplo. C. Gracci p̄cipui suorum tēporū oratoris: cui cōcionāti consistēs post eū musicus fistula quā tonarion vocāt: modos: qbus deberet intendi: ministrabat. Hæc ei cura inter turbidissimas actiones: vel terrenti optimates: vel iam timenti fuit. Libet propter quosdā imperitiores etiā crassiore (vt vocāt) musa dubitationē hui⁹ vtilitatis eximere: nā poetas certe legēdos oratori futuro concesserint. Nū igitur hi sine musice? at si quis tā cæcus animi est: vt de aliis dubitet: illos certe: qui carmina ad lyram cōposuerunt? Hæc diutius forent dicenda: si hoc studium velut nouū præciperem. Cum vero antiquitus a Chirone: atq̄ Achille vsq̄ ad nostra tempora

Themistocles.

et μετρορ

dā cognita pulchra refert Macrobius in Saturnaliū secūdo. ¶ Et Maricas qui est hyperbolus. De hyperbolo Cic. in Bruto meminit de Glaucia loquens. Homo simillimus inquit Atheniēsis hyperboli: cui⁹ improbitatē veteres atticorū comœdię notauerūt. Est ergo nomē propriū nō a loco deriuatū: vt qdā putant. ¶ Aristophanes quoq̄ nō vno libro sic institui pueros antiquitus solitus esse demonstrat. Solitos legēdum esse apertius est: q̄ vtsit admonendū. Aristophanes autē multo plures scripsit comœdias q̄ extēt. ¶ Et apud Menādrum in hypolimæo: bo syllaba est ascribenda: vt hypobolimæo legatur. Dicitur autē hypobolimęos subdititi⁹. Est enim comœdiæ nomē cuius argumentum est filius subditicius. Menādri vero comœdiæ nō extant. ¶ Se psaltris & geometris multa dicit dedisse Psaltis r litera expuncta legēdum est. Psaltes enim dicitur cātor. απο του ψαλλειν: hoc est a canendo. Vnde fœmininū psaltria dicitur fidicina. ¶ Vt verbis Ciceronis vtar. In primo Tusculanarum quęstionum libro hoc Cicero commemorat. ¶ Numer⁹ musice habet duplices. Numeros legendum esse: ne admonēdi quidem sumus. Non solum autem oportet flectere vocem: sed etiam corporis gestu cantū cōmēdare. ¶ Vocis rationem Aristoxenus musicus diuidit in ρυθμον & μελοσ & μετρον. ρυθμος numerus latine dicitur: vt illud Horatii: numerisq̄ fertur lege solutis μελος dicit modulatio. Metron mēsura interp̄tat. De his. A. Gellius libro. xvi. sic inqt. Longior mensura vocis rhythmos dicitur altior melos: & alia species μετρον: quæ appellat: per quam syllabarum longarum: & breuiū: & mediocrium iunctura: ac modulus cōgruens cū principiis

apud omnes:qui modo legitimam disciplinam non sint perosi: durauerit:non est committendum:vt illa dubia faciam defensionis sollicitudine. Quis autem satis iam ex ipsis:quibus sum modo vsus exemplis:credam esse manifestum:quę mihi:& quatenus musice placeat:apertius tamen profitendum puto: non hanc a me præcipi:quæ nunc in scenis effoeminata: & impudicis modis fracta:non ex parte minima:si quid in nobis virilis roboris manebat:excidit:sed qua laudes fortium canebantur qua q; & ipsi fortes canebãt( Nam psalteria: & sambucæ etiam virginibus probis recusanda ) sed cognitionem rationis : quæ ad mouendos: leniendosq; affectus plurimum valent. Nam & Pythagoram accepimus:concitatos ad vim pudicæ domui afferendam iuuenes iussa mutare in spondęum modos tibicina cõposuisse. Et Chrysippus etiam nutricum:quæ adhibentur infantibus:allectationi:suum quoddam carmen assignat. Etiam non in erudi:e ad declamandum ficta materia:in qua ponitur tibicen:qui sacrificanti phrygium cecinerat: acto illo in insaniam:& per præcipitia delato accusari:ꝗ causa mortis extiterit. quæ si dici debent ab oratore:nec dici citra scientiam musices possunt:quomodo non hãc quoq; artem necessariã esse operi nostro vel iniqui consentient?

A musicis: sic Vallen̄. quidem codex habet: sed melius a musis legit̃ atq; a gratijs quæ illis charites dicunt̃. Vnde cõposita sunt ἄμουσος & ἄχαρισ. ῥυθμον & μέλοσ ἔμμετρον. Sic Aldinus & Vallen̄. & cæteri quos vidi codices habent: vnus Raphael contendit legendum & metron: vt tria sint membra. Verũ quia Quintilianus ipse duo constituit duntaxat membra subdens: quorum alterũ modulatione : canore alterũ ac sonis constat: legam cum pluribus ἔμμετρον vt sit adiectiuũ: est enim ἔμμετροσ metricus. Sed quia subijcitur. Nũ igitur nõ hæc omnia oratori necessaria? quia de tribus dicimus omnia & auctor ipse cõfirmat addens: quorum vnum ad gestum &c. putauit fortasse de tribus illis q̃ sunt rythmos. melos: metron loqui: cũ loquatur de trib⁹ proxime ab eo expressis : modulatione quę in ryhtmo cõtinetur: & ad gestum facit: canore qui in melo metrico contentus ad collocationẽ verborũ conducit: & sonis qui in codẽ cõtenti qui ad flexus vocis pertinẽt. Nũ igitur nõ hæc oĩa: sic cum Vallensi lego: quem si Raphael vidisset non aspernatus esset. Age si: alij habent agendum si: vt Vallen̄. in quo pro si non: poni posse notatum est. Illos certe &c. aposiopisis est quam ob iram iustam non explicat: posset autem sic explicari: illos certe qui carmina ad lyram composuerunt: musicos fuisse negare non poterit. Cum vero antiquitus a Chirone &c. Vallen̄. codex habet. Cum vero antiquitus vsq; a Chirone atq; Achille: ad nostra tempora &c. nec bis habet vsq;: verũ cum Raphael prius eradat: videatur secundum si esset: potius eradendum. Nam psalteria & sambucæ: Aldus legit & spadicæ. Ego per parenthesim lego( nam psalteria & sambucæ sup. sunt recusanda etiam virginibus probis) id autem quod sequitur licet longum sit hyperbaton cõnecto cum illo superius posito: non hãc a me præcipi quæ &c: sed cognitionem rationis. &c. Nam & pythagoram: de hac re collegit hęc Valla. Cicero in libro de suis cõsilijs. Sed vt aliqua similitudine adductus maximis minima conferam: vt cum violenti adolescentes tibiarum etiam cantu( vt fit) instinctu mulieris pudicæ fores frangerent: admonuisse tibicinam vt spondęum caneret Pythagoras dicitur: quod cũ illa fecisset tarditate modorum & grauitate canentis: illorum furentem petulantiam consedasse. Boetius in proœmio de musica. Cui enim est illud ignotum ꝙ pythagoras ebrium adolescentem tauromimitanum sub phrygij modi sono incitatum spondæo succinẽte reddiderit mitiorem & sui compotem? Nam cũ scortũ matronali domo esset clausum: atq; ille furens domum vellet amburere: cũq; pythagoras stellarum cursus( vt ei mos nocturnus) inspiceret: vbi intellexit sono

geometriæ: aurium mensura examinatur. Boeti⁹ quoq; in primo de musica libro hac eadem vtitur diuisiõe Tria igitur genera sunt inq̃t quæ circa artem musicam versantur: vnũ genus est: quod instrumentis agitur. Aliud fingit carmina. Tertium quod instrumentorũ opus carmina q; diiudicat. Hinc vero colligitur eos errare qui μελοσ ἐμμετρον legũt: cũ & μετρον legenduz sit. ¶ Quorum alterũ modulatione: canone alterum ac sonis constat. Num igit̃ hæc omnia oratori necessaria? Nisi emendetur hic sensus: videbitur Fab. negare: quod affirmare contẽdit. Interrogatio nanq; affirmatiua in negationem solui solet. Quare non negandi aduerbium ascribatur: sicq; legatur: q̃uis exemplaria omnia preter vetustum refragẽtur. Nũ igit̃ nõ hęc omnia oratori necessaria? significat enim maxime necessaria eẽ. ¶ Affici animos in diuersũ habitum sentĩtiamus Ten syllaba ex vltimo verbo erradatur: ne tabellionum barbariei apud quos verbum istud est frequentissimũ assti pulari Fabi⁹ videat̃. ¶ Corporis quoq; decens: & apt⁹ motus: qui dicit̃ εὐρυθμία est necessarius: nec aliunde peti põt. In quo pars actionis non minima consistat. ¶ Pronunciatio: quã eandẽ Fabius vocat actionem in voceȝ distribuitur & gestũ. de hac in vndecimo volumine plene præcipit̃. ¶ Sed ne hæc quidem præsumenda pars est: hoc est degustãda : sed tota percipienda. ¶ Quam tonarion vocit. Fistula tonarios a tono est deriuata. Huius autem rei & Valerius in octauo & Cicero meminit i tertio de oratore. ¶ Hæc ei cura. In vetusto exemplari & copula est ascripta : hoc modo. Hæc ei & cura. ¶ At si quis tam cæcus animi est: vt de alijs dubitet illos certe ad lyram carmina composuerunt. Hic locus ita est deprauatus: vt oratio ne cons

Quot I
ca versa

grua quidem videatur. Nec me quicq̄ in hoc vetus exemplar iuuit. Non modo autem qui relatiuum est ascribendum: verū alia quoq̧ deesse videntur. Significat vero lyricorum opera citra musicen recte concinneq̧ non posse legi: quod quidem ita verum est: vt pauci admodum sint: qui numeros Horatianis: Pyndaricisq̧ carminibus congruentes accommodare sciant. ❡ Cum vero antiquitus vsq̧ a Chirone atq̧ Achille vsq̧ ad nostra tempora. Primū vsq̧ eradendū videtur. Sensus enim satis est secundum. Achilles autem musicam quoq̧ a Chirone nutricio doctus fuit. ❡ Excidit: eripuit. Penultima autem huiusmodi verbi apice notanda est: cum sit longa: ne excidit eadem correpta legatur: quod longe diuersum ab eo significat: est autem sumpta translatio ab ijs: qui castrantur: qui excidi proprie dicuntur. ❡ Nam psalteria & spadicas etiam virginibus probis recusanda: sed cognitionem rationis: quæ ad mouendos: leniendosq̧ affectus plurimum valent. Hic quoq̧ locus ita mendis scatet: & vt castigatu difficillimus sit: & quid velit sibi Fabius minime percipiatur. In vetusto quidem exemplari psalteria legitur emendate: cætera vero: vt in alijs: corrupte. Forasse autem sic emendaretur: si loco nam legatur. Hæc: & sambuca non spadicas: & secundum loco sed particulæ quæ relatiuo in locum suum trāslato hoc modo. Hæc psalteria & sambuca etiam virginibus probis recusanda: quę secundum cognitionem rationis ad mouendos: leniendosq̧ affectus plurimum valēt. Hinc quidem aliquis elicitur sensus: sed qui mihi plene nō satisfacit. Nam Sambuca: vt psalterium instrumētum est musicum. Sambuca enim species est cytharę triangularis: ad quam prisci iambos canebant: Eius primus inuentor Ibycus fuisse memoratur. Sambyces vero: vt inquit Polybias: machynæ sunt obsidionales. Spadicas autem prorsus sensui repugnat. Nam spadica: vt in secundo inquit Gellius: græci vocant auulsum e palma termitem cum fructu: & phœniceum colorem: vt idem in tertio. Nos sicuti dixi phœniceum: græci φοινικα alij σπαδικα appellāt: quoniā palmæ termes ex arbore cum fructu auulsus spadix dicitur. ❡ Nā Pythagoram accepimus. Idem narrat Boetius in prooemio de musica. ❡ Qui sacrificanti Phrygium cecinerat Phrygios modos: q a Marsia Phrygio inuenti fuisse dicūt: vt lydij ab Amphiōe. Dorij a Tamyra Thrace. phrygij modi incitatum: multis amicorum monitionibus a facinore noluisse desistere: mutare modum præcepit: atq̧ furentis adolescentis animū ad statuz mentis pacatissimæ temperauit. Qđ scilicet Marcus Tullius commemorat in eo libro quem de suis consilijs composuit aliter quidem &c. In qua ponitur tibicen accusati. sic Vallēsis codex & recte: nā qđ alij Tibicinē legāt non placet: sic. n. ponitur impersonale sit: & accusari personale.

❡ In geometria partem fatentur esse vtilem. Geometria terræ mensura interpretatur. Eius vero inuctores primi ægyptij dicuntur fuisse. Cū enī nilus sua inūdatione singulis fere annis terminos agrorum confunderet: coacti sunt mensurę rationem adhibere. A græcis vero cum alijs: tum Euclide ita est ampliata: vt ab ipso pfecta fuisse iudicet. Cōtinet autem arithmeticam simul & astrologiam: vt aperte Fabius ipse ostēdit. Geometriā vero esse necessariaz multis rationib⁹ cōprobatur: Quæ vero subijciūtur exempla peritis quidez geometriæ perceptu facillima videntur. Imperitis vero ita difficilia: vt ne quidem pluribus verbis exposita percipi possint. Qui ergo hoc caput perfecte intelligere cupit: geometrię incumbat sane ❡ Sed prodesse eam non vt cæteras artes: cum præceptę sint: sed cū discantur: Perceptæ vt intelligatur cognitę: & discatur n litera erasa legendum est. Quidā enī geometriæ disciplina concedunt puerorumq̧ ingenia acui: cum discitur: Sed eam postea q̄ percepta sit: nihil ho-

Conmodam geometriam oratori. Cap. XVIII.



N geometria partem fatentur esse vtilem teneris ætatibus: agitari nāq̧ animos: atq̧ acui ingenia: & celeritatem percipiendi venire inde concedunt: sed prodesse eam: non vt cæteras artes: cum perceptæ sint: sed cum discatur existimant. Id vulgaris opinio est: nec sine causa summi viri etiam impensam huic scientiæ operam dederunt. Nam cum sit geometria diuisa in numeros atq̧ formas: numerorum quidem notitia nō oratori modo sed cuicunq̧ primis saltem literis erudito necessaria est, in causis vero vel frequentissime versari solet: in quibus actor: non dico si circa summas trepidat sed si digitorum saltē incerto: aut indecoro gestu a computatione dissentit: iudicatur indoctus. Illa vero linearis ratio & ipsa quidem cadit frequenter in causas: si de terminis: mensurisq̧ sunt lites. Sed habet maiorem quādam aliam cum arte oratoria cognatiónem. Iam primum ordo est geometriæ necessarius: nonne & eloquentiæ? Ex prioribus geometria probat insequentia: & certis incerta: nonne id in dicendo facimus? Quid illa propositarum quæstionum conclusio: non tota fere constat syllogismis? propter quod plures inuenies qui dialecticæ similem q̄ qui rhetoricæ fateantur hanc artem. Verum: & orator etiam si raro non tamen nunq̄ probabit dialectice. Nam & syllogismis si res poscet vtet: & certe enthymemate: qui rhetoricus est syllogismus. Deniq̧ probationum quæ sunt potentissimæ grammicæ ἀποδείξεις vulgo dicitur. Quid autem magis oratio q̄ probationē petit? Falsa quoq̧ ve

risimilia geometria ratione deprehendit. Fit hoc & in numeris per quasdam quas pseudographias vocant: quibus pueri ludere solebam⁹: sed alia maiora sunt. Nã quis nõ ita proponẽti credat? quorum locorum extremæ lineæ eandem mensuram colligunt: eorum spatium quoq; quod iis lineis continetur: par sit necesse est? at id falsum est. Nam primũ refert: cuius sit formæ ille circuitus: reprahensiq; a geometris sunt historici: qui magnitudinem insularum satis significari nauigatiõis ambitu crediderunt. Nam vt quæq; forma perfectissima est: ita capacissima. Ideoq; illa circuncurrens linea: si efficiet orbem quæ forma est in planis maxime perfecta: amplius spatium complectetur: q̃ si quadratum paribus oris efficiat. Rursus quadrata triangulis, triangula ipsa plus æquis lateribus q̃ inæqualibus: sed alia forsitã obscuriora. Nos facillimum: etiam imperitis sequamur experimentum. Iugeri mensuram ducentos & quadraginta longitudinis pedes esse: dimidioq; in latitudinem patere: nõ fere quisq̃ est qui ignoret: & qui sit circuitus: & quantum campi claudat colligere expeditum. At centeni & octogeni in quãq; partem pedes idem spatium exterminant Sed multo amplius diuisæ quatuor lineis areæ faciunt. Id si computare quem piget breuioribus numeris idem discat: nam deni in quadram pedes quadraginta per oram: intra centum erunt. At si quinideni per latera: quini in fronte sint ex illo quod amplectitur quartam partem deducẽt eodem circunductu. Si vero porrecti vtriq; vndeuiceni singulis distent non plures intus quadratos habebunt: q̃ per quot longitudo ducetur: quæ circumibit autem linea eiusdem spatii erit: cuius ea quę centum continet: Ita quicquid formæ quadrati detraxeris: amplitudini quoq; peribit. Ergo etiã id fieri põt: vt maiore circuitu minor loci amplitudo cludatur. hoc in planis. Nam in collibus vallibusq; etiam imperito patet plus soli esse q̃ cœli. Quid? q; se eadem geometria tollit ad rationem vsq; mundi? in qua cum siderum certos: constitutosq; cursus numeris docet: discimus nihil esse inordinatum atq; fortuitum: quod ipsum nonnunq̃ pertinere ad oratorẽ potest. An vero cum pericles athenienses solis obscuratione territos: redditis eius rei causis metu liberauit: aut cum Sulpitius ille Gallus in exercitu. L. Pauli de lunæ defectione disseruit: ne velut prodigio diuinitus facto militum animi terrerentur: nõ videtur esse vsus oratoris officio? Quod si Nicias in sicilia scisset non eodem confusus metu pulcherrimũ atheniensiũ exercitũ perdidisset. Sicut Dion cũ ad destruendã Dionysii tyrãnidẽ venit: non est tali casu deterritus. Sint exẽpla licet vsus bellici: transeamusq;: q; Archimedes vnus obsidionem Syracusarũ in longius traxit. Illud vtiq; iã propriũ ad efficiendũ. qd intendimus plurimas quęstiones: quibus difficilior alia ratione: explicatio est: vt de ratione diuidendi: de sectione in infinitum: de celeritate augendi linearibus illis probationibus solui solere: vt si est oratori (quod proximus demonstrabit liber) de omnibus re

mini conferre aiunt. Hanc vero vulgarem esse opinionem Fabius asserit: eamq; summorum virorum auctoritate primum: deinde ratione confutat. Notanda est autem loquendi elegantia. Quod enim alij dicerẽt ea vulgaris opinio est: a Fabio elegãtius dicitur: id vulgaris opinio est. ❡ Iam cum sit geometria diuisa in numeros: atq; formas. Loco illius particulæ iam cũ exponat Fabius summos viros non sine causa geometriç operam dedisse: nam videtur esse legendũ. ❡ Iã: cũ ad coniunctionẽ modo sensuum vtimur. Nam vero etiam causam assignat. Ea vero pars geometriæ q̃ de numeris tractat arithmetica dicitur. Quæ vero de formis ꝓpriẽ geometria. ❡ Sed si digitorum saltem incerto aut indecoro gestu a cõputatione dissentit: iudicatur indoctus. Hoc ex priscorum consuetudine computandi sumptum esse videtur. Nã singuli digitorum articuli apud veteres singulos numeros significabant: quam quidem rationem multi etiamnum in computãdo sequuntur. ❡ Deniq; probationum: quæ sunt potentissimæ: græce apodixis vulgo dicuntur: ἀποδείξις transfertur demonstratio: quod genus argumẽtationis philosophorum est proprium: vt plane in posterioribus analyticis probat Aristoteles. Est autem pluralis nominatiuus ἀποδείξεις sed græcus. Hic autem sensus integer hactenus fuit iudicatus: sed mihi sine menda minime esse videtur. Quid enim ad propositum facit: si probationum potẽtissimę vulgo apodixeis græce dicunt? Profecto nihil cũ nos non hortetur hoc loco Fabius: vt græcis literis incumbamus. Quare non græce: sed γραμμικαί. hoc ẽ lineares legendum esse: vel repugnantibus exemplaribus: asserere non dubitarim. Atq; eo magis: q; Fabius ipse alibi huic nostræ correctio


Nota pu dicenti

Iam.
Nam.

bus dicendum nullo modo sine geometria esse possit orator.

Cum percepte sint. s. reliquæ artes: possit legi etiam percepta sit. s. geometria. Si de terminis. Vallen. & Aldinus codices habēt: Nā de terminis: sed nihil mutt. Sed multo magis: Vallen. habet multo amplius: quem sequar. Claudatur Vallen. habet cludatur sed nihil refert.

ni assipulatur. Nā in quinto huius operis volumine vbi de argumentis tractat sic apodixin definit. Apodixis est euidēs ꝓbatio. ℂ Idēq; apud geometras γραμμικαι ἀπο-δείξεις dicunt. Si ergo potentissime proba tionum dicitur γραμμικαι ἀποδείξεις. hoc est lineares demōstrationes: de quibus sola geometria tractat: oratori danda est opera geometriæ: cum oratio nihil aliud q̄ probationem petat: grammicæ autem ἀπο τῆς γραμμῆς hoc est a linea dicuntur. Lineæ vero puncta & supficies: geometriæ elemēta eē constat. ℂ Quas pseudographias vocant. Pseudographiæ falsæ interpretātur descriptiōes: quibus etiamnū pueri arithmeticam discentes ludere solent. ℂ Pars sit necesse est. Par literas expūcta legatur: vt ad spatium referatur. Qd vero inquit Fabius id falsum esse certū est. Nam id spatij: quod a linea in orbem ducta compræhenditur: amplius est: q̄ quod ab eadem linea in quatuor latera diuisa complectitur. Hoc enim spatium quod a figura orbicula continētur: maius est q̄ hoc qđ quadrato designat. Triā gula quoq; minus spatij: q̄ quadrata compræhendunt atq; adhuc minus quę inęqualibus lineis constant. Hoc eīn triangulū quadrato minus. Hoc vero triangulo inęqualibus lineis descripto plus spatij cōpræhendit.






ℂ Iugeri mensura ducentos & quadraginta. Cuius hoc exemplū facillimū videatur descriptione tñ apposita facilius percipiet. Ea est hmōi.

cccl.


cxx cxx

cccl


ℂ Iugerū aūt vocabatur: vt scribit Pli. in decimo octauo naturalis historiæ: quod vno iugo boum in die exarari potuisset. Actus in quo boues agerentur cū aratro vno impetu iusto. Hic erat cētū viginti pedū: duplicatusq; in longitudinē iugerū faciebat. Dona amplissima imperatorum ac fortium ciuium quātū quis vno die plurimum circū arauisset. ℂ At centeni & octogeni in quāq; partem pedes idē spatiū extremitatis. Loco extremitatis in quibusdā exemplaribus exterminat recte legitur: hoc est determināt: ac designāt. Quomodo autem tantūdem spatij designetur centū & octoginta pedibus in quāq; partē subiecta aperte ostēditur descriptione.





ℂ Sed multo magis diuisę quatuor lineis areæ faciūt. Pro illo magis fortasse maius legendū est: vt ad spatiū possit referri. Areæ vero quatuor lineis: ita possunt distingui: vt subiecta monstratur descriptione. ℂ Nam deni in quadram pedes: quadraginta per oram: intra centū. Hoc equidem facile est computatu: sed adhuc facilius redditur hac descriptione.




ℂ At si qni deni. Hoc q̄q; tali descriptiōe demōstrat.




ℂ Si vero porrecti vtrinq;: vndeuiceni singulis distent. Vndeuiceni decem & nouem dicuntur. Huius autem descriptio talis est.




ℂ At si quini deni per latera: qui in frōte sint ex illo amplectuntur: quartā partem deducent eodem circumductu Quod relatiuū sensus integritas exposcit. Ascribatur ergo: vt legatur ex illo quod amplectunt. ℂ Quid q; se eadem geometria tollit ad rationem vsq; mundi? Periphrasis est astrologiæ: quæ geometriæ subijcitur. Mathematicæ enim quatuor coniunctæ sunt atq; colligatę: omnium vero geometria est fundamētum. ℂ An vero cū Pericles athenienses solis obscuratione territos milites redditis eius rei caussis metu liberauit Pericles vt in eius vita narrat Plutarchus centum ac quinquaginta nauibus paratis ac instructis: cum suam iam triremem conscendisset: ecce solis defectio incidit. Inductisq; tenebris attoniti oēs veluti magno quodā ac tetro prodigio animis cōciderunt. Cū igitur gubernatorem quoq; perterritū atq; animi dubiū intueretur Pericles: sublatam ad eius faciem opposuit chlamydem. Velatisq; oculis rogauit: nunquid horrēdū eius rei signū putaret. Abnuente illo. Quid igitur interest inquit aut quid distat hoc ab illo: nisi q; maius quiddam est chlamyde id: qđ nunc tenebras agit? ℂ Aut Sulpitius ille gallꝰ. De hoc sulpitio sic Cicero i Bruto meminit. C. Sulpitius gallus q̄ maxime omnium nobiliū græcis literis studuit. Isq; oratorū in nūero est habitus: & fuit reliquis rebus ornatus: atq; elegans. Hæc Cicero de gallo. Is cum in exercitu. L. Pauli cōtra Persen Macedoniæ regē gerēns eēt: Luna quadā nocte defecit: qua re cū maxime militū animi fortē perturbati: oratiōe galli Sulpitij ab imperatore in cōcionē producti fuere confirmati. Tantus vero Macedonas timor inuasit: vt postero die collatis signis Perses rex viuus caperetur. Id vero etiam ex verbis Plinij colligitur. Sic eñ in secundo innuit. Et rationem quidem defectus vtriusq; primꝰ Romani generis in vulgus extulit Sulpitius gallus: q cōsul cū. M. Marcello

Margin notes: [apodi]xis qd. — [iugerum] q d sit. — Pericles. — Aduerte ad periclis prudentiam.

fuit. Sed cum tribunus militum sollicitudine exercitu liberato pridie q̃ Perses rex superatus a Paulo est: in concionem ab imperatore productus ad præcinendam eclypsin ẽ mox cõposito volumine. ⁋ Q ã si Nicias in Sicilia sciffet. nõ eodẽ cõfusus metu pulcherrimũ Athẽniensiũ exercitũ pduxisset: pdidisset vt legaẽ ver⁹ sensus exigit. Hoc vero Thucydides in septimo narrat. Quare illũ legat: q plene hãc historiã cognoscere cupit. Nicias eñi a syracusanis repulsus cũ in eo esset: vt e portu ipsorũ classem deduceret. Luna defecit: qd quidẽ ipse tanq̃ ominosum accipiens profectionem in aliud distulit tempus. Syracusani vero portus angustias occludentes pulcherrimam Atheniensium classem incenderunt. De hoc etiam Plinius in secundo naturalis historiæ libro mentionem facit Quo pauore inquit ignarus causæ Nicias Atheniensium imperator veritus classem portu educere opes eorum afflixit. ⁋ Sicut Dion non est tali casus deterritus. Casus litera crasa legatur. Dion autem syracusanus ciuis fuit vtriq; Dionysio admodum familiaris: qui cum a iuniore Dionysio Syracusis foret eiectus corinthum confugit: ibiq; exercitu comparato non tam suis copijs q̃ tyranni odio fretus in Siciliam reuectus est: ac tertio die postq̃ insulam attigit: Siracusas introiuit. Demum autem fraude cuiusdam callicratis iqui cum eo ex peloponneso venerat: interfectus est. Cum autem pridie q̃ Syracusas intraret luna defecisset: nihil ipse territus eam defectionem malum tyranno portendere militibus persuasit. ⁋ Sint extra licet vsus bellici. Quid sibi velit hoc loco Fabius mihi parũ liquet: si extra legatur. Neq; eñ aut sensui: aut orationi congruit. Quod quidem a quoq̃ professorũ hactenus non esse animaduersum sane q̃ miror: cum & flagitium grande sit librariorũ imperitia admissum: qui illud extra tribus literis scriptum ita vt a vocalis x literæ superponeretur experientes putauerunt extra significare non exempla: cum etiamnum a notarijs sic exempla scribant. Quare nõ extra: sed exempla integritas sensus exposcit. Itaq; etiã refragãtibus omnibus: quæ quidem ego viderim exemplaribus legendum est. ⁋ Transeamusq; ꝙ Archimedes. De Archimede clarissimo mathematico & Liuius in secundo bello punico & Plutarchus in vita Marcelli multa narrant. Vnius enim Archimedis industria Syracusæ diutius Marcello restiterunt. ⁋ Quibus difficilior alia ratione explicatione vt de ratione diuidendi: de sectione in infinitum: de celeritate augendi: linearibus illis probationibus solui solere. Pro quibus nisi quarum legatur: & pro explicatione explicatio est: sensus minus percipietur. Huiusmodi autem quęstiones ab ijs potissimum tractãtur: qui nunc calculatores vocantur. Diuidẽdi quoq; legendum est non videndi: vt quidã ad opticen: quæ pspectiua dicitur referentes: lineares autẽ probationes eas Fabius vocat: quas paulo ante grãmicas apodixis appellauit.

Niciȩ I

Dionis
nia

Archim
mather
industri

Comœ

## De prima prõnũciatiõe: & gestus institutiõe. Cap. XIX.



Andum aliquid comœdo quoq; ea tenus: qua pronunciandi scientiam futurus orator desiderat. Non enim puerum quem in hoc instituimus: aut fœmineæ vocis exilitate frãgi volo: aut seniliter tremere: nec vitia ebrietatis effingat: nec seruili vernilitate ĩbuatur: nec amoris: auaritię: metus, discat affectũ: q̃ neq; oratori sunt necessaria: & mẽtẽ pcipue in ętate prima tenerã adhuc & rudẽ inficiunt. Nã freques imitatio trãsit in mores: ne gestus quidem omnis: ac motus a comœdis petendus est. q̃q̃ enim vtrunq; eorum ad quendam modũ præstare debet orator: plurimum tamen aberit a scenico: nec vultu: nec manu: nec excursiõibus nimius. Nã siqua in his ars est dicentium: ea prima est: ne ars esse videatur. Quod est igitur huius doctoris officium? In primis vitia: siqua sunt oris: emendet: vt expressa sint verba: vt suis queq; literę sonis enuncietur. Quarundam enim vel exilitate: vel pinguitudine nimia laboramus: quasdam velut acriores parum efficimus: & aliis non dissimilibus: sed quasi hebetioribus permutamus. Quippe ꝓ literæ qua Demosthenes quoq; laborauit λ succedit: quarum vis est apud nos quoq;: & cum c ac similiter g non valuerunt in t ac d molliuntur. ne puero quidem illas circa s literam delitias hic magister feret: nec verba in faucibus patietur audiri: nec oris inanitate resonare: nec quod minime sermoni puro conueniat: simplicem vocis naturam pleniore quodam sono

Ars gestuũ.

⁋ Dandum aliquid comœdo quoq;. Comœdi interim actores comœdiarũ dicuntur: interim qui docent & gestum & vocem vniuscuiusq; imitari. Ad hos igitur pueros esse mittendos præcipit Fabius: & ad decoros gest⁹ percipiendos: & ad corrigẽdam vocem atq; commẽdandã: nõ vt mimi histriones q; efficiantur. ⁋ Ne gustus quidem omnis: ac motus a comœdijs petendus est. Gestus ac comœdis ĩ litera crasa legendum esse facile est videre. ⁋ Nec excursiõibus nimijs. Pro nimijs sensui nimius magis cõuenire videtur. ⁋ Ne puero illas quidẽ circa s literam delicias hic magister feret. Mlti non solum pueri: sed etiã viri in s litera pronunciãda spiritu nimium producũt: vt sibilare videantur. ⁋ Et cum c at similiter g nõ valuerũt. Ac legatur non at quæ cũ sit aduersatiua sensui nõ cõuenit. ⁋ Nec oris inanitatem resonare: in litera expuncta inanitate videtur legendum. ⁋ Quod grę ci κατατεπλασμενον dicũt κατατεπλασμενον obstruere significat: atq; obturare: vñ κατατεπλασμε=

t.

circunlinire: quod græci κατὰ πεπλασμένον dicunt. Sic appellatur cantus tibiarum: quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus recto modo exitu grauiorē spiritū reddunt. Curabit etiam: ne extremæ syllabæ intercidant vt par sibi sermo sit: vt quoties exclamandū sit: laterū conatus sit ille non capitis: vt gestus ad vocē: vultus ad gestū accommodetur. Obseruandum erit etiā: vt recta sit facies dicētis: ne labra detorqueātur: ne immodicus hiatus rictum distendat: ne supinus vultus: ne deiecti in terrā oculi: ne inclinata vtrolibet ceruix. Nā frons pluribus gñibus peccat. Vidi multos quorū supcilia ad singulos vocis conatꝰ alleuarent: aliorū cōstricta: aliorū ēt dissidētia: cū altero in verticē tēderēt: altero pene oculus ipse premeretur. Infinitū autē: vt mox dicemus in his quoq; rebus momētū est. Et nihil pōt placere: qđ nō decet. Debet etiā docere comœdus: quo mō narrandū: qua sit auctoritate suadendū: qua cōcitatione cōsurgat ira: qs flexus deceat miserationē. Qđ ita optime faciet: si certos ex comœdiis elegerit locos: & ad hoc maxīe idoneos. i. actionibus similes. Iidē aūt ad ꝓnūciādū nō mō vtilissimi verū ad augēdā quoq; eloquētiā maxime accōmodati erūt. Et hęc dū īfirma ætas maiora nō capiet. Cęterū cū legere ofones oportebit: cū virtutes earū iā sentiet: tū mihi diligēs aliqs, ac pitꝰ assistat: neq; solū lectiōe formet: verū ēt ediscef electa ex his cogat: & ea dicere stātē clare: & quēadmodū agere oportebit: vt ptinꝰ ꝓnūciatiōe vocē: & memoriā exerceat. Ne illos qdē rephēdēdos putē, q paulū ēt palęstricis vacauerit. Nō de his loquor, qbꝰ ps vitę ī oleo: ps ī vino cōsumit: q corpis cura mētē obruerūt. Hos. n. abesse ab eo: quē īstituimꝰ, q̄lōgissime velim. Sed nomē ē idē iis a qbꝰ gestꝰ: motusq; formāt. vt recta sint brachia: ne indoctę rusticęve manꝰ: ne statꝰ idecorꝰ: ne qua ī ꝓferēdis pedibꝰ īscitia: ne caput oculiq; ab alia corpis iclinatiōe dissideāt. Nā nec hoc eē ī pte ꝓnūciatiōis negauerit qsq̄: nec ipam ꝓnūciationē ab oratore secernet. Et certe qđ facere oporteat: nō ī idignādū ē discef: cū ꝑferti hęc Chironomia: q̄ ē (vt noīe ipo declarat) lex gestꝰ: & ab illꝭ tpibꝰ heroicꝭ orta sit, & a sūmꝭ gręcię virꝭ. & ab ipo ēt Soc. pbata: a Platōe quoq; ī pte ciuiliū posita virtutū, & a Chrysippo ī pceptis de liberoꝝ educatiōe cōpositis nō omissa. Nā Lacedęmonios qdē ēt saltationē quādā tāq̄ ad bella quoq; vtilē habuisse īter exercitatiōes accepimꝰ. Neq; id veteribꝰ rōanis dedecori fuit. Argumētū ē sacerdotū noīe ac religiōe durās ad hoc tps saltatio. Et illa ī tertio Cicerōis de oratore li. verba Crassi: qbꝰ pcepit: vt orator vtaf lateꝝ iclīatiōe forti: ac virili: ñ a scena & histrionibꝰ: sed ab armis: aut ēt a palęstra: cuiꝰ ēt disciplię vsꝰ ī nfam vsq; ętatē sine rephēsiōe dscēdit: a me tñ: nec vltra pueriles ānos retinebitur: nec in iis ipsis diu. neq; enim gestum oratoris componi ad similitudinem saltationis volo: sed subesse aliquid ex hac exercitatione puerili: vnde nos non id agentes furtim decor ille discentibus traditus persequatur.

Indignum.

Chironomia.

ν οψ obstrusum dicitur: atq; obturatum. ¶ Hoc autem vitio: & pleriq; transalpinorum natura: & insulsi quidā laborant de industria: sed quando latinam pronunciant orationem. ¶ Altero pene oculis ipse premeretur. Oculus pro oculis legendum esse ne admonendum quidem est. ¶ Neillos quidem repræhenderim qui palæstricis paulum etiam vacauerint & palæstrici a palæstra quæ latine lucta dicitur: sunt denominati. Dupliciter autē accipiuntur: vt subiicit Fabius: modo enī pro athletis ipsis & luctatoribus: qui etiam palæstritæ dicuntur: modo pro iis: a quibus motus corporis formātur: corporaq; ipsa exercentur accipi consueuerunt: quales nunc videntur esse: qui saltare docent. ¶ Cum præsertim hæc chironomia quæ est: vt nomine ipso declaratur: lex gestus: chironomia ad verbum transfertur lex manuum. Nam Χειρ Χειρος manus. νομος lex dicitur. Cum autem gestus potissimum consistat in manibus: idcirco lex gestus κατ' ἐξοχήν chironomia vocatur. Vnde chironomon Ledan dixit Iuuenalis: hoc est gesticulatricem. ¶ Argumentum est sacerdotum nomine ac religione: durans ad hoc tempus saltatio. De saliis martis sacerdotibus intelligamus. Qui ancilia scuta gestantes per vrbem discurrebant saltantes. Vnde & salii fuere denominati.

ASCENSIVS.

Quippe Rho literæ: cum sit græca litera: alii maluerunt græce figurare: sed vt opinor aspiratam cum talis sit prīa litera in nomine rhetor quam demosthenes primum difficile pronunciauit. Non indignandum est discere. Vallen. codex habet non indignum est discere.

An prædicta discenda sint eodem tempore. Cap.XX.



Væri solet:an( etiamsi discenda sint hęc)eodem tẽpore tñ tradi omnia:& percipi possint. Negãt enim quidam:quia confundatur animus:ac fatigetur tot disciplinis in diuersum tendentibus:ad quas nec mens:nec corpus nec dies sufficiat. Et si maxime hæc patiatur ætas robustior: tamen pueriles annos onerari non oporteat. Sed non satis perspiciunt quantum natura humani ingenii valeat:quæ ita est agilis & velox:sic in omnẽ partem(vt ita dixerim)spectat:vt ne possit quidem aliquid agere tantũ vnũ:in plura vero nõ eodem die modo:sed eodem temporis momento,vim suam impendat. An vero citharœdi non simul:& memoriæ:& sono vocis:& pluribus flexibus seruiunt? cum interim alios neruos dextra percutiunt:alios læua trahũt: continent:probant:ne pes quidem ociosus certam legem temporum seruat. Et hæc pariter omnia. Quid nos agendi subita necessitate deprehensi?nonne alia dicimus?alia prouidemus?cũ pariter inuentio rerũ,electio verborum,cõpositio, gestus,pronunciatio,vultus,motusq́ desiderentur:quæ si velut vno conatu tam diuersa pareut simul:cur non plurimis curis horas partiamur?cũ præsertim reficiat animos ac reparet varietas ipsa:contraq́ sit aliquanto difficilius in labore vno perseuerare? Ideoq́ & stylus lectione requiescit:& ipsius lectionis tedium vicibus leuatur. Quãlibet multa egerimus:quodam tamen modo recentes sumus ad id quod incipimus. Quis non obtundi possit:si per totum diem cuiuscũq́ artis vnum magistrum ferat? mutatiõe recreabitur:sicut in cibis:quorum diuersitate reficitur stomachus:& pluribus minore fastidio alitur. Aut dicant isti mihi:quæ sit alia ratio discendi:si grammatico soli deseruiamus?deinde geometræ tãtum. Omittamus interim quod dicimus:mox transeamus ad musicum:excidant priora:& cum latinis studebimus literis:non respiciamus ad græcas. & vt semel finiam:nihil faciamus nisi nouissimum. Cur non idem suademus agricolis ne arua simul & vineta:& oleas:& arbustum colant:ne pratis & pecoribus & hortis & aluearibus accõmodent curam?Cur ipsi aliquid forẽsibus negociis: aliquid desideriis amicorum:aliquid rationibus domesticis:aliquid curæ corporis,nõnihil voluptatibus quotidie damus?quarum nos vna res quælibet nihil intermittentes fatigaret? Adeo facilius est multa facere q̃ diu. Illud quidem minime verendum est,ne laborem studiorum pueri difficilius tolerent:neq́ enim vlla ætas minus fatigatur. Mirum sit forsitan:sed experimentis deprænendas. Nam & dociliora sunt ingenia prius q̃ obduruerũt ,id vel hoc argumento patet q́ intra biẽnium q̃ verba recte formare potuerunt:quis nullo instante:omnia fere loquuntur. At nouiciis nostris:p quot annos sermo latinus repugnat magis sciasi:si quem iam robustum instituere literis cœperis. Nõ fine cã

Quæri solet an etiam si discenda sint hæc:eodem tempore tamẽ tradi omnia. Ita hanc quæstionẽ tractat Fabius:vt colligat nõ obesse: pluribꝰ artibus pariter operam impertiri.nec ob id ingenia defatigari:neq́ ad hęc percipienda tempus deesse. modo recte distribuatur. ¶ Alios leua trahunt: continent.præbent. Probant æ diphthongo ex pũcta legẽdum esse facile sentiet:qui citharœdorum non ignorabit morem. ¶ Deinde geometri tantũ geometræ scribẽdum est:cum hoc nomẽ primæ sit non tertiæ declinationis. ¶ Omittamus interim quod dicimus. Di syllaba ascribat vt didicimꝰ legatur. ¶ At nouiciis nostris:per quot annos sermo latinus repugnat. Nouicij dicũtur serui nouiter empti κατεξοχην: non quia aliæ res quoq́ nouiciæ non dicantur. ¶ Nõ fine causa dici παιδομαθεισ eos qui in sua quidq́ arte optime faciant:παιδομαθεισ dicunt: qui a pueris aliquid discunt Contra οψιμαθεισ qui sero discunt appellantur. Sed formando se tantum modo præstant. Formandos pro formando legendum esse nemo non videt. ¶ Ergo cum grammaticus totum diem occupare non possit nec debeat:ne discentis animum tedio auertat quibus potius studiis hæc temporum velut subsidia donabimus? Subsidia qui putarũt ascribendum esse:atq́ succisiua eradendum ignorasse videntur:Succisiua tempora ea dici ab elegantissimis latinæ linguæ auctoribus quæ a peragendis necessariis nobis supersunt. Gellius in vltimo. Omnia succisiua:ac secũ'ana tempora ad colligendas huiusmodi memoriarum oblectatiunculas conferam. Mihi vero succisiua legendum esse affirmanti etiam vetustum exẽplar accedit. ¶ Nã ne ego consumi studentem in his artibus volo. Aut e litera est ascribenda: vt nec

Noui dicant

Succi quæ.

legatur aut quidem particula vt sit. Nam nec ego quidē cōsumi. ¶ Longa est enim quæ dicit ætas: Discit legēdū eē facile est videre. ¶ Ne fortunæ subiectum. Nec litera c ascripta legēdum est. ¶ Geometrię potius ac musico impendat: i vocali expuncta geometræ legatur. geometra dicitur q geometriæ peritus est: vt musicus qui musicē profitetur. ¶ Et ad rhetoricis officia transibit. Pro rhetoricis legendū esse rhetoris patet.

ASCENSIVS.

Quęri solet an etiā si discēda sint hæc eodem tempore tamē tradi. Vallen. qui nō habet si pēriculā: habet nū tradi: Vbi Aldinus tamen tradi. Ex vtroq; ergo restituatur sic Quęri solet an etiamsi discenda sint hæc eodem tempore: nū tradi & pcipi possint. Quasi dicat licet operęprecium sit ea simul scire: tamen difficile sit simul percipi. Aut distinguamus cum Aldo sic. Quæri solet an etiamsi discēda sint hæc: eodem tempore tamē tradi & percipi possint: quę lectio mihi tenēda videtur. Nec dies in se tempore: sic Raphaelis codex non recognitio habuit. Aldinus sic. Nec dies ipse tempore. Sed Vallen. Nec dies ipse sufficiat. quæ lectio si vera est (vt videtur) etiam dies pro tēpore masculino dicetur genere: quia sensus est nec mēs ad capiendum: nec corpus ad auscultandum & inuigilandum: nec dies ipse. i. tēpus in quo simul omnia discantur sufficiat. Alios neruos. Chordas e neruis factas. Subita necessitate dephensi: cum dicendum sit ex tempore: eo q̄ pręter spem nobis obiecta sint: aut isubita commotione noua concio habenda: aut alia quauis occasione nō pręmeditata dicenda sint nobis. Inuentio rerum. Paucis enumerat ea quæ ad orationem bonam sunt necessaria etiā eo ordine quo adhibenda. Primum enim oportet in-

[margin: netra qui] [margin: ipse]

dici παιδομαθεῖς eos qui in sua quidq; arte optime faciant. Et patientior est laboris natura pueris q̃ iuuenibus, videlicet vt corpora infantium: nec casus: quo in terram toties deferuntur: tam grauiter affligit: nec illa per manus: & genua reptatio: nec post breue tempus continui lusus: & totius diei discursus: quia pondus illis abest: nec seipsi grauant: sic animi quoq; credo, q̃a minore conatu mouentur: nec suo nixu studiis insistunt: sed formandos se tantūmodo prębent nō similiter fatigantur. Praeterea secundum aliam ætatis illius facilitatem: velut simplicius docenteis sequuntur: nec quæ iam egerint: metiuntur. Abest illis etiam adhuc laboris iudicium, porro vt frequenter experti sumus minus afficit sensus, fatigatio q̃ cogitatio. Sed ne temporis quidem vnq̃ plus erit: quia his ætatibus omnis in audiēdo profectus est. Cum ad stylum secedet, cum generabit ipse aliqd atq; componet: tum inchoare hæc studia: vel non vacabit: vel non libebit. Ergo cum grammaticus totum diem occupare nō possit: nec debeat ne discētis animum tedio auertat: quibus potius studiis hæc temporum velut †succisiua donabimus? Nam nec ego consumi studērem in his artibus volo, nec moduletur: aut musicis notis cantica excipiat, nec vtiq; ad minutissima vsq; geometriæ opera descendat, non comœdum in pronunciando, nec saltatorem in gestu facio: quæ si omnia exigerem suppeditabit tamen tempus, longa est enim quæ discit ætas, & ego non de tardis ingeniis loquor. Deniq; cur in his omnibus: quæ discenda oratori futuro puto eminuit Plato qui non contentus disciplinis: quas prestare poterant Athenę, non pythagoreorū: ad quos in Italiam nauigauerat: ęgypti quoq; sacerdotes adiit: atq; eorum arcana perdidicit. Difficultatis patrocinia pręteximus segnitiæ. Neq; enim nobis operis amor est: nec quia sit honesta: atq; rerum pulcherrima eloquētia petitur ipsa: sed ad vilem vsum: & sordidum lucrum accingimur. Dicant sine his in foro multi: & acquirant dum sit locupletior aliquis sordidæ mercis negociator: & plus voci suæ debeat præco: ne velim quidem lectorem dari mihi, quid studia referant computaturum. Qui vero imaginem ipsam eloquentiæ diuina quadam mente conceperit: quiq; illam (vt ait Sophocles non ignobilis tragicus) reginam rerum orationem ponet ante oculos: fructūq; non ex stipe aduocationum: sed ex animo suo & contemplatione ac scientia: petet perpetuum illum nec fortunæ subiectū: facile persuadebit sibi, vt tempora: quæ spectaculis, cāpo, tesseris: ociosis deniq; sermonibus ne dicam somno, & cōuiuiorum mora conterunt: geometræ potius ac musico impēdat, quāto plus delectationis habiturus q̃ ex illis ineruditis voluptatibus? Dedit enim hoc prouidentia hominibus munus: vt honesta magis iuuarent. Sed nos hæc ipsa dulcedo longius duxit. Hactenus ergo de studiis: quibus anteq̃ maiora capiat puer instituēdus est. Proximus liber velut nouū sumet exordium: & ad rhetoris officia transibit.

[margin: Subsidia] [margin: Eloquentia] [margin: Regina rerū oratio.]

uenire res quas dicas. deinde eligere ad eas dicendas verba: tum verba ipsa componere. ac demũ gestu. vultu. motuq; decenti cadẽ pronũciare. Contra q; sit aliquanto difficilius in labore vno perseuerare. Id verissimũ esse quisq; in se experiri potest: Sed quid ad illud Iuuenalis dicemus: pectora nostra duas non admittentia curas: dicam Iuuenalem loqui de curis inter se contrarijs vt sunt de lodice paratda: & de poemate fingẽdo. Et ad illud vulgatum. Pluribus intẽtus minor est ad singula sensus: Minorem quidẽ fatebor: sed vtilius pluribus q̃ vni reincumbere: cũ diu vni incumbere nequeat. Sed auctor ipse apertior est q̃ vt expositionis egeat. Et maxime Vallen. codex habet Et si maxime. Illud: temporũ velut subsidia donabimus: nolim penitus damnare: nã si succisiua diceret: tempora diceret: & velut (quia metaphora caret) non adderet.

¶ Raphaelis Regij in deprauationes secũdi Quintiliani de oratoria institutione libri annotationes.

¶ M. Fabii Quintiliani de institutione oratoria Liber Secũdus
Quando Rhetori sit tradendus puer. Cap. I.



vel ferri:siue alicui manentium legum repugnare.Sed hæc ad illas primas exercitationes non pertinent nam sunt hæ citra cõplexum personarum,temporum,causarum.Reliqua eadem fere,vero fictoq; certamini huiusmodi tractantur.Nam vitium: aut in verbis:aut in rebus est.In verbis quæritur: an satis significent:an sit in his aliquid ambiguum. In rebus an lex sibi ipsa consentiat:an in præteritum referri debeat:an in singulos homines:Maxime vero commune est quærere: an sit honesta : an vtilis.Nec ignoro plures fieri a plerisq; partes.Sed nos iustum pium:religiosum:cæteraq; his similia honesto complectimur. Iusti tamen species non simpliciter excuti solet.Aut enim de re ipsa quæritur:vt digna ne pœna:vel præmio sit:aut de modo præmii pœnæue:qui tam maior q̃ minor culpari potest.Vtilitas quoq; interim natura discernitur:interim tempore. Quædã an obtineri possint:ambigi solet.Ne illud qdẽ ignorare oportet:leges aliquando totas:aliquando ex parte repræhendi solere:cum exemplum rei vtriusq; nobis claris orationibus præbeatur.Nec me fallit eas quoq; leges esse,quæ non in perpetuum rogentur:sed de honoribus : aut imperiis: qualis manilia fuit: de qua Ciceronis oratio est.Sed de his nihil hoc loco præcipi potest.Constant enim propria rerum:de quibus agitur:non communi qualitate.His fere veteres facultatem dicendi exercuerunt:assumpta tamen a dialecticis argumentandi ratione. Nã fictas ad imitationem fori:consiliorũq; materias:apud græcos dicere circa demetrium phalerea institutum fere constat. An ab ipso id genus exercitationis sit inuentum(vt alio quoq; lib. sum confessus)parum comperi.Sed ne ii quidem:qui hoc fortissime affirmant:vllo satis idoneo auctore nitũtur.Latinos vero dicendi præceptores extremis . L. Crassi temporibus cœpisse Cicero auctor est:quorum insignis maxime Plotius fuit.

do legis partẽ repræhẽdũt. ¶ Circa demetrius Phalerea institutũ : hoc est circa tẽpus demetrij Phalerei:q̃uis greci tale genus locutionis aliter exponant. Nam. οἱ περὶ τὸν πλάτωνα dicũt ipsum Platonẽ:nõ tps significari. Sed Fa. manifeste ad tẽpus refert:De inuẽtore vero declamatiõis variæ sunt scriptorũ opiniões ¶ Vt alio quoq; libro. Is Quintiliani liber:q de causis corruptæ eloquẽtiæ inscribitur:nõ extat. ¶ Quorũ insignis maxime Ploti' fuit. De Plotio Rhetore Hieron. de viris illustrib' sic scribit. Plotius gall' primus Romę latinã rhetoricã docuit:de qua Cice. eq dẽ Memoria teneo pueris nobis latine docerẽ cœpisse plotiũ quẽdã ad quẽ cũ fieret cõcursus:q; studiosissim' qsq; apud eũ exerceretur:dolebã mihi idem non licere: continebar autem doctissimorũ hominũ auctoritate:qui existimabant grçcis exercitationibus ali melius ingenia posse. Hæc eadem & tranquillus de claris rhetoribus refert. Ploti' rhe qui fuerit.

ASCENSIVS.

Comperta. Sic omnes codices quos quidem vidi p̃terq̃ Raphaelis habent:qd si est cõpositũ a part'. a. ũ: parũ aut nihil differat a cõparato:sed cõparta legatur. Qui promulgato legunt de iure intelligũt:sed quia sequitur lata:rectius promulgata vt Raph. vult legetur. Quod legitimis : licet legitime legi possit:cũ Valla & Aldo nõ reformidẽ legere. Cõstat enĩ. lego cũ vallensi codice Constant:quia suppositum est hæc.

De lectione oratorũ: & historicorũ apud rhetorẽ. Cap. V.



Ed de ratione declamãdi post paulum,interi quia prima rhetorices rudimẽta tractamus: non omittendum videtur id quoq; : vt moneam q̃tum sit collaturus ad profectum discẽtium rhetor . Si quemadmodum a grammaticis exigitur poetarum enarratio:ita ipse quoq; historiæ:atq; etiam magis orationũ lectione susceptos a se discipulos instruxerit.quod nos in paucis:quorum id ætas exigebat:& parentes vtile esse crediderant seruauimus. Cæterum sentientibus iam tum optima: duæ res impedimento fuerunt:q; & longa consuetudo aliter docendi fecerat legem:& robusti fere iuuenes:nec hunc laborem desiderantes exemplum nostrum sequebantur. Nec tamen etiam si

Sed de ratiõe declamandi post paulũ. oratiões atq; historias diligenter a rhetore enarratas plurimũ adolescentibus conferre in hoc capite ostẽdit. Qui. ¶ Sz magis p adiutores. Eos accipiam' adiutores quos hypodidascalos græci vocãt. Hypodi li qui. ¶ Prætre: prælegere: prælegunt nanq; discipulis magistri: vt ipsi emendate legant. ¶ Siquid minus vsitatum. Sic qd: vt ad verbũ referat: legẽdũ videt. ¶ Vt ad gremium reuocatis cuiusq; eorum velit liberi lectione deseruiant. Sic quidem in omnibus ( q̃ vidi ) exemplaribus legitur. Sed

quid noui:vel sero inuenissem præcipere in posterũ puderet. Nũc vero scio id fieri apud græcos:sed magis per adiutores: q̃a non videntur tempora suffectura:si legentibus singulis præire semper ipsi velint. Et hercle prælectio:quæ in hoc adhibetur, vt facile atq̧ distincte pueri scripta oculis sequatur:etiam illa quę vim cuiusq̧ verbi:si quod minus vsitatũ incidat:docet, multũ infra rhetoris officium existimanda est. At demonstrare virtutes:vel si q̃do † incidãt, vitia:id ꝓfessionis eius atq̧ ꝓmissi † quo se magistrum eloquentiæ pollicetur maxime proprium est: eo quidem validius:q̧ non vtiq̧ hunc laborem docentium postulo:vt ad gremium reuocatis cuius quisq̧ eorum velit:libri lectioni deseruiant. Nã mihi cũ facilius tũ etiam multo videtur magis vtile facto silentio:vnum aliquem (qđ ipsum imperari per vices optimum est) constituere lectorem:vt protinus pronunciationi quoq̧ assuescant:tum exposita causa:in quam scripta legetur oratio (nam sic clarius quæ dicentur:intelligi poterunt) nihil ociosum pati:quodq̧ in inuentione:quodq̧ in elocutione annotandum erit:q̃ in procemio conciliandi iudicis ratio:quæ narrandi lux, breuitas, fides:quod aliquãdo consilium: & q̃ occulta calliditas. Nanq̧ ea sola in hoc ars est:quæ intelligi:nisi ab artifice non possit. Quãta deinceps in diuidendo prudentia, q̃ subtilis & crebra argumentatio:quibus viribus inspiret:qua iucũditate permulceat:quanta in maledictis asperitas:in iocis vrbanitas:vt deniq̧ dominetur in affectibus: atq̧ in pectora irrumpat:animumq̧ iudicum similem iis, quæ dicit, efficiat. tum in ratione loquendi:quod verbum proprium, ornatum, sublime:vbi amplificatio laudanda:quæ virtus ei cõtraria:quod speciose translatum:quæ figura verborum:quæ lenis:& quadrata:sed virilis tamẽ compositio. Ne id quidem inutile etiam corruptas aliquando: & vitiosas orationes: quas tamen plærịq̧ iudiciorum prauitate mirantur: legi palam pueris:ostẽdiq̧ in iis q̃ multa impropria:obscura:tumida:humilia:sordida:lasciua:effœminata sint:quæ nõ laudantur modo a plerisq̧:sed (quod peius est) propter hoc ipsum: q̧ sunt praua, laudantur. Nam sermo rectus: & secundum naturam enunciatus: nihil habere ex ingenio videtur. Illa vero:quæ vtcunq̧ deflexa sunt:tanq̃ exquisitiora miramur:non aliter q̃ distortis: & quocunq̧ modo prodigiosis corporibus apud quosdam maius est precium:q̃ iis:quæ nihil ex communis habitus bonis perdiderunt. Atq̧ etiam qui specie capiũtur:vulsis: † leuatisq̧: & inustas comas acu comentibus: & nõ suo colore nitidis plus eẽ formæ putant:q̃ possit tribuere incorrupta natura:vt pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus. Nec solum hæc ipse debebit docere præceptor:sed frequenter interrogare: & iudicium discipulorum experiri. Sic audiẽtibus securitas aberit: nec quæ dicentur perfluent aures: simulq̧ ad id perducentur: quod ex hoc quæritur:vt inueniant ipsi & intelligant. Nã quid aliud agimus docendo eos:q̃ ne semper docendi sint? Hoc dili-

Incidat.
Quo.
Vide Raph.
Leuigatis.

nisi corrigatur hic locus: nequaq̃ intelligi potest. Ita vero emendari posse videtur:si loco cuiusq̧ quibusq̧ legatur & i vocalis in u conuersa velut pro illo verbo velit & liberis pro libris scribatur hoc modo: vt ad gremium reuocatis quibusq̧ eorum velut liberis lectione deseruiant. Est autem a matribus sumpta similitudo:quæ liberos dum minores sunt ad gremium solent reuocare: illisq̧ inseruire. ℭ Quę lenis & quadrata. hoc est æqualiter fusa: quadrata enim forma nulla est ex parte neq̧ longior neq̧ breuior. ℭ Atq̧ etiã qui specapiũtur. Pro spe legẽdum esse specie hoc est pulchritudine: facile est ex iis: quæ sequuntur videre. ℭ Leuatisq̧: lęuigatis atq̧ depilatis. Nam lęue producta pria molle ac sine pilis significat. ℭ An vero declamabit quidem pręceptor: loco illi' particulæ an at coniunctio reponenda videtur. Est enim obiectio qua vti possent qui dissentiunt: quã ita soluit Fa. ve rhetorem declamare quidem debere significet. vt illum discipuli possint imitari: Sed tamen plus collaturas Demosthenis ac Ciceronis lectas orationes asserit. ℭ Repræhendendi: syllaba a fine scđa expũgatur: vt repræhẽdi legatur.

ASCENSIVS.

Sed de ratione declamandi post paulum: sup. tractabimus. Est enim zeugma ab inferiore. Sane dicimus post paulũ: & paulo post. Qđ nos. s. dũ rhetoris officio fungeret: nã hæc scribens requiem adeptus erat. Sẽtientibus. s. nobis. Præire. Pronunciare & prædictare. Incidant: Vallẽs. habet incidat: quasi absolute & impersonaliter dictũ. Quos se magistrũ melius Vallẽs. habet: qui se magistrũ &c. Vt ad gremium reuocatis. &c. hoc sic hꝫ Vallẽs. Vt ad gremiũ reuocatis cui' quisq̧ eorũ velit libri lectioni de-

gentię genus ausim dicere plus collaturum discentibus:q̃ omnes omnium artes:quæ iuuant sine dubio multum:sed latiore quadam compræhensione:per omnes quidem species rerũ quotidie pene nascentium ire qui possunt? Sicut de re militari: q̃q̃ sint tradita q̃dã p̃cepta cõia,magis tñ p̃derit scire:qua ducẽ q̃ rõne,in quali loco:tp̃e sit vsus sapiẽter:aut cõtra. Nã in oĩb⁹ fere minus valẽt p̃cepta:q̃ experimẽta. † At vero declamabit q̃dẽ p̃ceptor:vt sit exẽplo suis auditorib⁹:nõ plus cõtulerint lecti Cicero ac Demosthenes? Corrigeť palã:siqd ĩ declamãdo discipul⁹ errauerit:nõ potẽti⁹ erit emẽdare orõnẽ?quinimmo etiã iucũdius,aliena,n.vitia repræhẽdi mauult q̃ sua. Nec deerant plura:quę dicerẽ: sed neminẽ hæc vtilitas fugit,atq; vtinã tam non pigeat facere istud:q̃ non displicebit.

An vero.

Qui primi legendi. Cap.VI.



Vod si potuerit obtineri:nõ ita difficilis supererit quæstio:qui legendi sint incipientibus. Nam quidam illos minores:quia facilior eorum intellectus videbatur:probauerũt:alii floridius genus:vt ad alenda primarum ætatum ingenia magis accommodatum. Ego optimos quidem:& statim & semper. Sed tamen eorum candidissimum quemq;:& maxime † expositũ velim: vt Liuium a pueris magisq̃ Sallustium:& hic historię † maioris est auctor:ad quem tamen intelligendum iam profectu opus est. Cicero:vt mihi quidẽ videtur:& iucũdus incipientibus quoq; & apertus est satis:nec prodesse tantum:sed etiam amari potest tum quemadmodum † Liuius præcipit:vt quisq; erit Ciceroni simillimus. Duo autem genera maxime cauenda pueris puto: vnum nequis eos antiquitatis nimi⁹ admirator in Graccorũ: Catonisq;: & aliorum similium lectione durescere velit. fient enim horridi atq; ieiuni. Nam neq; vim eorum adhuc intellectu consequentur:& elocutione quæ tum sine dubio erat optima:sed nostris tẽporibus aliena,contenti(quod est pessimum) similes sibi magnis viris videbuntur. Alterum quod huic diuersum est:ne recentis huius lasciuiæ flosculis capti voluptate quadam praua deliniantur:& prædulce illud genus: ac puerilibus ingeniis hoc gratius:quo propius est adament. Firmis autem iudiciis iãq; extra periculum positis suaserim & antiquos legere:ex quibus si assumatur solida:ac virilis ingenii vis deterso rudis sæculi squalore:tũ noster hic cultus clarius enitescet: & nouos:quibus & ipsis multa virtus adest. Nec enim nos tarditatis natura dãnauit:sed dicendi mutauimus genus:& vltra nobis q̃ oportebat indulsim⁹:ita non tam ingenio illi nos superauerunt:q̃ proposito. Multa ergo licebit eligere. Sed curandũ erit:ne iis quibus permixta sunt:inquinentur. Quosdam vero etiam:quos totos imitari oporteat:& fuisse nuper:& nunc esse:quid ni libenter non concesserim modo:verum etiam conten

Cõpositum

Maior.

Plinius.

seruiant. Vt sit sensus: pueris reuocatis ad gremium docentium docentes deseruiant lectioni eius libri cuius quisq; velit. s. deseruiri: qui sensus mihi non vsquequaq; contemnendus videtur: & cum sequentibus quadrantior. Nisi ab artificio: legã cum Vallen. artifice. Leuatisq;: sic Vallen. Aldinus & cæteri: vt sit in altũ erectus: nã calamistro crispatis id accidit capillis. Raphael tñ leuigatisq; legẽdũ cẽset. At vero. Vallen. & habet an vero cũ iterrogatione: vbi Raphael reposuit. At vero.

RAPH.

Quod si potuerit optineri imperite ne dicã stulte hæc a superiorib⁹ ascripto hoc indice. Qui primi legẽdi: separata fuere. In margine vero recte collocareť. ¶ Ego operissimos: optimos legendum esse facile constat. ¶ Vt Liuium a pueris: a præpositio vt superuacua videtur expungenda. ¶ Et hic historiæ magis est auctor: maior loco illius magis videtur esse legendum. Significat enim Liuiũ in historia q̃ Sallustium esse præstantiorem. ¶ Tum quemadmodum Liuius p̃cipit In epistola quadam ad filium hoc Liuius scribit. ¶ Vt prædulce illud genus a puerilibus ingenijs hoc gratius: & copula loco illius particulæ: vt loco vero a prępositionis ac copula est ascribenda hoc modo Et prædulce illud genus ac puerilibus ingenijs hoc gratius quo propius est adament: lasciuum enim dicendi genus maxime pueris est gratum.

ASCENSIVS.

Et maxime cõpositũ: Aldus habet: & maxīe expositum. Vallẽ. & maxime expositum. i. facilem intellectu. Magis est auctor Raphael præcipit & Aldus fecit legẽdũ maior: Vallẽ. autem codex habet maioris: scilicet historię: sicq; putem Fabiũ scripsisse. vt qui non de auctoribus senten-

derim! Sed hi qui sint: non cuiusq; est pronunciare. Tutius circa priores imitatio est vel erratur: Ideoq; hanc nouorũ distuli lectionem: ne imitatio iudicium antecederet.

tiam tulerit: sed de operibus. Et apertus est satis. Ergo supra legẽdum est expositum nõ expolitũ neq; compositum. Tum quem admodum Liuius: præcipit: sic Vallen̄. qui annotauit id Liuium in epistolis ad filium scripsisse: vt Raphael secutus ait. Aldus tamen Plinius impressit. Videtur aũt textui aliqd deesse quale sit. ita maxime placebit. Sed noluit locũ notũ ex integro repetere. Tutius circa priores imitatio est vel erratur. Sic Vallen̄. Aldinus. & cæteri codices habent. Solius Raphaelis: nõ habet illud imitatio est: qd quia nõ dicit eradẽdũ: dubitẽ an eradendum sit: nam mihi quidem superfluum videtur: vt exponatur vel per etiam. apposui tamen: sed consiliũ quęro nũ recte. Nã meo iudicio auctor dixisset: Tutior circa priores imitatio est vel error.

## De diuisione & parenchiresi. Cap. VII.



Fuit etiam in hoc diuersum præcipientium propositum: q eorum quidam materias quas discipulis ad discendum dabant: non contenti diuisione dirigere latius dicendo prosequebantur. nec solum probationibus implebant: sed etiam affectibus. Alii cum primas modo lineas duxissent: post declamationes quid omisisset quisq; tractabant. Quosdam vero locos nõ minore cura: q̃ cum ad dicendum ipsi surgerent: excolebant. Vtile vtrũq; : & ideo neutrum ad alterum separo. Sed si facere tantum alterum necesse sit: plus proderit demonstrasse rectam protinus viam: q̃ reuocare ab errore iam lapsos. primum quia emendationem auribus modo accipiunt: diuisionem vero ad cogitationem etiam & stylum perferũt. Deinde q libentius præcipientem audiunt q̃ reprehendentem. Si qui vero paulo sunt viuaciores in his præsertim moribus etiam irascuntur admonitioni: & taciti repugnant. Nec ideo tamen minus vitia aperte coarguẽda sunt. Habenda enim ratio cæterorum: qui recta esse: quæ præceptor non emendauerit: credent. Vtraq; autem ratio miscenda est: & ita tractanda: vt res ipsæ postulabunt. Nanq; incipientibus dãda erit velut præformata materia secundum cuiusq; vires. At cum satis composuisse se ad exemplum videbũtur: breuia quędam demonstranda vestigia: quæ persecuti iam suis viribus sine adminiculo progredi possint. Nonnunq̃ credi sibi eos oportebit: ne mala consuetudine semper alienum laborem sequendi nihil per se conari: & quærere sciant. Quãsi satis prudenter dicendi viderint iam prope consummata fuerit præcipientis opera. Si quid errauerint: adhuc erunt ad ducem reducendi. Cui rei simile quiddam facientes aues cernimus: quæ teneris infirmisq; foetibus cibos ore suo collatos partiuntur. Ad cũ visi sunt adulti, paulum egredi nidis: & circunuolare sedem illam præcedentes ipsę docent: tũ expertas vires libero cęlo: suęq; ipsorum fiduciæ permittunt.

RAPH.

Fuit etiã in hoc diuersum. Diuisio: de q̃ hoc loco Fabius facit παρεγχείρεσιο quoq; vocat a grecis nõ solũ Διαιρεσιο qd nomẽ qd significaret ipiti q dã ignorãtes de indice huic capiti ascripto deleuerũt: sic. n. in vetustioribus legit exẽplaribus. De diuisiõe siue parenchiresi. Diuisiõe vbo prisci rhetores discipulis ppositã materiã dirigẽtes ac velut manibus detractãdã explicãtes tãq̃ prias lineas docebãt. Est ãt diuisio minor declamatiõe vtpote: q̃ capita rerũ solũ sine pbatiõibus affectib9 & figuris ptineat Nã declamatio pfecta ẽ orõ. vñ Seneca in declamatiõibus de Albutio loquẽs scribit. Raro ptrouersiã implebat: nõ posses dicere diuisionẽ ẽẽ: nõ posses declamatiõez. Tãq̃ declamatiõi deerat: tãq̃ diuisiõi mltũ superat. De hac aũt diuisiõe & Seneca diligẽter pcipit i libris: quos diuisionũ iscripsit: & Quitilian9 i septio. ¶ Post declamationes qd omisissent pri9 tractabat. Nisi qd loco illi9 qd legat: sensus difficili9 pcipiet. Est aũt trãslatio a pictorib9 sũpta q aliqd picturi pmũ lineis qbusdã imaginẽ toti9 opis designãt: deide varios supinducẽtes colores eã pficiũt. ¶ Nõnũq̃ credi sibi eos oportebit. Hoc ẽ suis ipsorũ virib9 pmitti discẽtes oportebit: vt sine doctore aliqd cõari & cuderẽ audãt.

ASCENSIVS.

Fuit etiã in hoc &c. Quia Titulus antiquus huius capitis est. de diuisione & parenchiresi (licet Raphael pro eodem accipiens siue parenchiresi dicat) sciemus Quintilianum hoc loco non docere diuidere: sed qualiter tractanda sit pueris diuisio quæ est exercitatio minor declamatione. Itẽ qualiter discipuli sint a præceptoribus exhortãdi: vnde quia παρεγχειρεω dicitur adhortor & contendo: exponam & parenchiresi. i. exhortatiõe. Scribitur aũt græcis γ ante γ κ & χ vbi nobis n. vt ἄγγελοσ angel9 ἀγκωμ ancon. ἀγχισησ Anchises. Qd omisisset: sic Raphael

necmalis est lectio: vt sit quod pueri omisissent. Vallēn. tñ habet quid omisisset quisq; tractabant. Tractabant inquā preceptores. .i. repetendo indicabant: quid quisq; discipulorū omisisset: id aūt ideo sequor: quia libētius amplector antiquę scripturę q̄ acri ingenio arridentia: eo q̄ illa verius auctoris esse videt̄ q̄ hoc. Admonitioni nascitur: honestius q̄ admonenti. Sane ex hoc patet duas esse huius tituli quas modo dixi ptes. Admonitio aūt grece παραίνεσις parænesis dicitur. Credi sibi: suis ipsorum viribus & eruditioni.

De edifcendo. Cap. VIII.



Illud ex consuetudine mutādum prorsus existimo in his: de quibus nunc disserimus ætatibus: ne omnia: quæ scripserint ediscant: & certa (vt moris est) die dicant. Quod quidē maxime patres exigunt: atq; ita demum studere liberos suos: si q̄ frequentissime declamauerint, credunt. cum profectus præcipue diligentia constet. Nam vt scribere pueros plurimūq; esse in hoc opere plane velim: sic ediscere electos ex orationibus: vel historiis: alioue quo genere dignorū ea cura voluminum locos multo magis suadeam. Nam etiam exercebitur acrius memoria aliena complectendo q̄ sua. Et qui erunt in difficiliore huius generis labore versati sine molestia quę ipsi composuerunt iam familiarius animo suo affigent, & assuescēt optimis: semperq; habebunt intra se: quod imitentur. Etiam non sentientes formam orationis illam: quā mente penitus acceperint: exprimentur. Abūdabunt autem copia verborum optimorum: & compositione: ac figuris iam non quæsitis: sed sponte & ex reposito velut thesauro se offerentibus. Accedit his & iucunda in sermone bene a quoq; dictorum relatio: & in causis vtilis. Nam & plus auctoritatis afferunt ea quæ non præsentis gratia litis sunt comparata: & laudem sæpe maiorem: q̄ si nostra sint, conciliant. Aliquando tamen permittendum quæ ipsi scripserint dicere: vt laboris sui fructum etiā ex illa: quæ maxime petitur: laude plurimum capiant. Verum id quoq; tum fieri oportebit: cū aliquid cōmodius elimauerint: vt eo velut pręmio studii sui donentur: ac se meruisse: vt dicerent gaudeant.

An secundū sui q̄sq; ingenii docēdus sit naturā. Ca. IX.



Virtus præceptoris haberi solet nec immerito: diligenter in iis: quos erudiendos susceperit: notare discrimina ingeniorum: & quo quęq; natura maxime ferat. Nam est in hoc incredibilis quædam varietas, nec pauciores animorum pene: q̄ corporum formæ. Quod intelligi etiam ex ipsis oratoribus potest: qui tantū inter se distant genere dicendi: vt nemo sit alteri similis: q̄uis plurimi se ad eorum: quos probabant imitationem composuerint. Vtile deinde plerisq; visum est: ita quęq; instituere: vt propria naturæ bona, doctrina fouerent: & in id potissimum ingenia: quo tenderent: adiuuarentur. Vt si quis palęstræ peritus: cum in aliquod plenum pueris gymnasium venerit: expertus

RAPH.

Illud ex consuetudine mutandum. Electos potius ex auctoribus locos q̄ sua scripta pueris ediscendos esse præcipit: q̄taq; insit in prestantium auctorum dictis ediscendis vtilitas perspicue adeo ostendit Quinti. vt nihil expositione sit opus. ¶ Ita demum. Solū. Demum namq; cum is ea id pronomine atq; ita aduerbio iunctum significat solum. Demum.

ASCENSIVS.

Illud &c. Titulus est de ediscendo Ediscere autem est quasi extra librum discere hoc est sic discere vt memoria teneas & sine libro pronunciare possis. dicit autē non omnia ediscenda: sed pręcipuos duntaxat locos Accedit & his & iucunda in sermōe bene idonea quoq; &c. sic Aldus & Raphael & cæteri fere legunt. Vallēn. autem codex habet vt reposui eum secutus bene a quoq; dictorum: vt sit ordo: accedit his relatio bene dictorum a quoq; &. .i. simul: iucunda in sermone. .i. dum fit: &. .i. simul, vtilis in causis. Nā & plꝰ &c. Edisco.

RAPH.

Virtus præceptoris. Vnū quęq; secundum ingenij sui naturam docendum esse: idq; præceptorem maxime curare debere asserit: vt differentias ingenioruȝ in primis noscat. ¶ Nec potiores. Pauciores proculdubio legēdum est. Tot autem sunt corporum differentiæ: vt vix duo in omnibus similia reperiātur. Ex quo colligitur naturaȝ maxime varietate gaudere. ¶ Qui tantum inter se distant. Quantum genere dicendi oratores prisci differant: & Cicero cum alibi tum in oratore ostendit: & Fabius in vltimo apte describit. Alij nāq; expressi & limati: alij copiosi & gra- Q̄ varij ... di gñe pri... oratores f...


eorum omni modo corpus:animumq; discernat:cui quisq; certamini præparandus sit:Ita præceptorem eloquentiæ cum sagaciter fuerit intuitus:cuius ingenium presso limatoq; genere dicendi:cuius acri:graui:dulci:aspero:nitido:vrbano maxime gaudeat:ita se commodaturum singulis:vt in eo quo quisq; eminet prouehatur:q; & adiuta cura natura magis eualescat: & si in diuersa ducatur:nec in iis:quibus minus aptus est:satis possit efficere:& ea in quæ natus videtur:deserendo faciat infirmiora. Quod mihi (libera enim vel contra receptas persuasiones rationem sequenti sententia est) in parte verum videtur. Nam proprietates ingeniorum dispicere prorsus necessarium est. In his quoq; certum studiorum facere delectum nemo dissuaserit. Nanq; erit alius historiæ magis idoneus, alius compositus ad carmen, alius vtilis studio iuris: vt nonnulli rus fortasse mittendi Sic discernet hæc dicendi magister: quomodo palæstricus ille cursorem faciet:aut pugilem:aut luctatorẽ aliudue quid ex iis:quæ sunt sacrorum certaminum. Verum ei: qui foro destinabitur:non in vnã partem aliquã:sed in omnia quæ sunt eius operis etiam siqua difficiliora discenti videbuntur: elaborandum est. Nam & omnino superuacua erat doctrina: si natura sufficeret. An siquis ingenio corruptus:ac tumidus (vt plerịq; sunt) inciderit:in hoc eum ire patiemur? Aridum:atq; ieiunum non alemus: & quasi vestiemus? Nam si quædam detrahere necessarium est:cur non sit adiicere concessum? Neq; ego contra naturam pugno. Non enim deserendum id bonum si quod ingenium est existimo:sed augendum:addendũq; quod cessat. An non clarissimus ille præceptor Isocrates: quem non magis libri bene dixisse:q̃ discipuli bene docuisse testantur: cũ de Ephoro atq; Theopompo sic iudicaret:vt alteri frenis:alteri calcaribus opus esse diceret:aut in illo lentiore tarditatem: aut in illo pene præcipiti cõcitationem adiuuandam docendo existimauit:cum alterum alterius natura miscendum arbitraretur? Imbecillis tamen ingeniis sane sic obsequendum sit:vt tantum in id quo vocat natura ducatur. Ita enim quod solum possunt melius efficient. Si vero liberalior natura contigerit: & in qua merito ad spem oratoris simus aggressi:nulla dicendi virtus omittenda est. Nã licet sit aliquam in partem pronior vt necesse est:cæteris tamen non repugnabit: atq; ea cura paria faciet iis:in quibus † eminebit. Sicut ille (ne ab eodem exemplo rece Eminebat.
damus) exercendi corpora peritus, non si docendum pancratiasten susceperit, pugno ferire vel calce tantum:aut nexus modo:atq; in his certos aliquos docebit:sed omnia quæ sunt eius certaminis. Erit qui ex iis aliqua non possit? In id maxime:quod poterit:incumbet. Nam sunt hæc duo vitanda prorsus:vnum ne tentes:quod effici non possit. Alterum ne ab eo quod quis optime facit:in aliud:cui minus est idoneus:trãsferas. At si fuerit:qui docebitur ille:quem adolescentes senem vidimus, Nicostratus:oĩbus in eo docendi partibus similiter vtetur:efficietq;

ues:alij aliud gen⁹ amãt. ❡ Vtile deinde plerisq; visum est ita quẽq; instituere vt propria naturæ bona, doctrina fouerent. Ex illis est etiam Cicero qui cũ alibi tũ in Bruto & in primo de officijs idem sentit. Inqt enim. Quæ cõtemplantes expendere oportebit: quid quisq; habeat sui, eaq; moderari: nec velle experiri q̃ aliena se deceant. Id eñi maxime quẽq; decet qđ est maxime cuiusq;. ❡ Et de ea in quæ natus videtur deserendo faciat infirmiora. Dep̃positio vt superuacua est eradenda. ❡ Nam proprietates ingeniorũ despicere: dispicere legendum est vt sit diligenter inspicere atq; intueri: despicere nãq; est deorsum aspicere atq; cõtẽnere. ❡ An vero clarissimus ille p̃ceptor Isocrates. Pro illa particula vero non ad uerbiũ reponẽdũ videtur. Nisi eñi sit negatiua ea interrogatio: videbitur Fabius negare id: quod affirmare intẽdit. Affirmatiua nãq; interrogatio ita soluitur in negationem: vt negatiua in affirmationem. Hoc autem idẽ exemplũ & Cicero in Bruto refert. Quare hoc inqt doctoris intelligẽtis est videre: quo ferat natura sua quẽq; & ea vtẽtem sic instituere: vt Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi: & lenissimo Ephori dixisse traditũ est. Alteri se calcaria adhibere: alteri frenos. ❡ Imbecillis tñ ingenijs: sane sic obsequẽdũ sit: vt tñ in id: quo vocat natura ducãtur. Tñ particula iterũ ascripta in tñ est cõuertẽda vt legat: vt tñ in id: quo vocat natura ducãtur. ❡ Si vero liberalior materia contigerit Pro materia mihi natura legendũ videt. Natura eñi frequenter pro ingenio ponitur. De copioso vero & fecundo ingenio Fabi. verba facit. ❡ Nã licet si aliquã in ptẽ p̃nior. Sit loco si legendũ esse cõstat. ❡ Si docendũ pãcratiasten susceperit. Pancratium genus est

illum: qualis hic fuit: luctando: pugnandoq;: quorum vtroq; certamine iisdem diebus coronabatur, inuictum. Et q̄to id magis oratoris futuri magistro peruidendum erit? Non enim satis est dicere presse tantum: aut subtiliter: aut aspere: non magis q̄ phonasco: acutis tantum: aut mediis: aut grauibus sonis: aut horum etiam particulis excellere. Nam sicut cithara ita oratio perfecta non est: nisi ab imo ad summū omnibus intenta neruis consentiat.

¶ Nec pauciores animorum &c. sic Vallensis habet. Quos probant. emendatum est in Laurentiano codice, quos probabant. Ita præceptorem sup. vtile est: ita se commodaturum singulis &c. Et ea in quæ natus. Sic quoq; Laurentianus & Aldinus codices habent. Dispicere quoq; non despicere habet Vallen̄. & proprietates non proprietas: vt credam ex eo vel eius simili accepisse Raphaelem fere quæ reposuit. An vero. Vallen̄. habet an non. Notauitq;. In contrarium sensum. afferre hunc locum Ciceronem: sed pene contra se: & pro sententia Quintiliani cum ait in Bruto Quare hoc doctioris &c. vide Raphaelem. Vt tantum in id &c. sic quoq; Vallen̄. habet. Si vero liberalior materia: sic quoq; Vallensis habet: sed Aldus forte ab Raphaele admonitus: natura impressit: bene ergo Raphael monet. Vterq; autem & Vallensis & Aldinus habet ad spem: Raphaelis codici deest particula ad, quæ licet in aggressi participio sit: signantius tamen repetitur. Præsertim hoc loco. Nam licet sit: non si vterq; quem citaui habent. In quibus eminebit. Vallen̄. habet in quibus eminebat. Hæc duo: legendum videtur: hic. i. in hac re.

De officio discipulorum. Cap. X.



Plura de officiis docentium locutus, discipulos id vnum interim moneo: vt præceptores suos nō minus q̄ ipsa studia amēt. & parentes esse: non quidem corporum: sed mentium credant. Multum hæc pietas confert studio. Nam ita & libenter audient: & dictis credent: & esse similes concupiscent. In ipsos deniq; cœtus scholarum læti: & alacres conuenient: emendati non irascentur: laudati gaudebunt: vt sint charissimi studio merebuntur. Nam vt illorum officium est docere: sic horum præbere se dociles. Alioqui neutrum sine altero sufficit. Et sicut hominis ortus ex vtroq; gignentium confertur: & frustra sparseris semina: nisi illa præmollitus fouerit sulcus: ita eloquentia coalescere nequit: nisi sociata tradentis accipientisq; concordia.

ASCENSIVS.

¶ Parentes mentium credant. Mens sæpe accipitur pro virtute qua meminimus & disquirimus res: interdum pro forma humana seu anima rationali: priori modo præceptor mentis quodammodo pater est: quia facit vt maior meliorq; sit: posteriori solus deus qui animas nostras creādo infundit in corpora & infundendo creat. Faciunt itaq; præceptores boni vt mentes sint discipulis bonæ: non vt omnino sint: itaq; scientiarum potius parentes dicendi. Hæc pietas confert studio. Pietas proprie est maiorū vt dei & parentū obseruantia & cultus. Quē qui facit pius dicit̄. vnde non satis proprie vocamus deum pium cum nobiscum misericorditer agit: misericors enim & clemēs aut facilis & exorabilis sic potius dicatur. Et esse similes subaudit eorū. Sane Laurentianus codex habet non scholarium sed scholarū vt Raphael legendum recte censet (nam & Aldus sic impressit) Ratio forte analogiæ defendit nomē scholaris qd̄ sic a schola deducitur: vt a scalis scalaris. a puella puellaris: verū sic mere adiectiuū sit: & quia in idoneorū vsu nō est & schola grecū est: nolim vsurpare. Neutrū sine altero sufficit. Apte dictū: in tali enim sensu nequaq̄ dicere liceret: neutrum sine vtroq; sufficit. Ex vtroq; gignentium: vterq; enim parētū gignit: qd̄ etiā plebeius attestatur versiculus.

certaminis: de quo Propertius Pulueruletaq; ad extremas dat fœmina metas. Et patitur duro vulnera Pancratio. Hinc Pancratiastes qui certaminis illius est peritus appellatur. ¶ Nicostratus vt hinc colligimus: & luctator: & pugil fuit clarissimus. Nicostratus autem victoria exercitus intepretatur. νίκη enim victoria Στρατὸς exercitus dicitur. ¶ Qualis fuit luctando: pugnandoq;. Luctari proprie dicuntur qui se inuicem complectentes alter alterum in terram deiicere nituntur. Pugnare vero qui pugnis contendunt. ¶ Vtroq; certamine. Et luctæ & pugilum. ¶ Non magis q̄ phonasco acutis tantū aut mediis aut grauibus sonis. Phonascus ἀπὸ τοῦ φωνὴν ἀσκεῖν hoc est ab exercenda voce dicit̄. Phonasci enī sunt magistri curādæ atq; exercēdæ vocis.

¶ Plura de officiis docentium locutus. Discipulos admonet Fab. vt & doctores ament & se illis dociles præbeant: aliter in studiis ipsos nihil proficere posse. ¶ In ipsos deniq; cœtus scholarium læti: & alacres conuenient. Scholarum i vocali erasa legatur: ne turbæ barbare loquētium assipulari videatur Quintil. Neq; enim scholaris inuenitur apud quēq̄ latine loquētem q̄uis imperite nūc omnes: qui studiis vacāt: vulgo scholares appellentur. Sed latine eleganterq; loquentes eos scholasticos iuuenes adolescentesue appellant. frequentiam ergo scholarum accipiamus eā adolescentum multitudinem: quæ in scholas conuenire solet.

Nicost[ratus] quid in[terpre]tatur.

Phonasc[us]

Scholaris latine.

## De vtilitate & ratione declamandi. Cap. XI.



IN his primis operibus: quæ non ipsa parua sunt: sed maiorũ quasi membra atq; partes, bene instituto ac satis exercitato, iam fere tẽpus †appetet aggrediendi suasorias: iudiciales q; materias: quarum anteq̃ viam ĩgrediar pauca mihi de ipsa declamandi ratione dicẽda sunt: quę quidẽ vt ex omnibus nouissime inuenta: ita & multo est vtilissima. Nam & cũcta illa: dę quibus diximus in se fere continet: & veritati proximã imaginẽ reddit. Ideoq; ita est celebrata: vt plerisq; videretur ad formandã eloquentiã vel sola sufficere. Neq; enim virtus vlla perpetuæ dũtaxat orationis reperiri potest: quæ nõ sit cũ hac dicendi meditatione cõmunis. Eo quidẽ res ista culpa docentiũ recidit: vt inter pcipuas: quæ corrumperent eloquentiã causas: licentia: atq; inscitia declamãtiũ fuerit. Sed eo qđ natura bonũ est: bene vti licet. Sint ergo & ipsę materiæ: quæ fingentur q̃ simillimę veritati. Et declamatio in quantũ maxime potest: imitetur eas actiones: in quarũ exercitationẽ reperta est. Nã magos & pestilentiã: & respõsa: & sęuiores tragicis nouercas: aliaq; magis adhuc fabulosa frustra inter spõsiones: & interdicta q̃remus. Quid ergo? Nunq̃ hæc supra fidẽ: & poetica (vt vere dixerim) themata iuuenibus pertractare pmittem⁹: vt exspatietur: & gaudeat materia: & quasi in corpus eant? erit optimũ. Sed certe sint grandia: & tumida: non stulta etiam & acrioribus oculis intuenti ridicula: vt si iam cedẽdum est: impleat se declamator aliquãdo: dum sciat: vt quadrupedes cũ viridi pabulo distẽtę sunt: sanguinis detractione curãtur: & sic ad cibos viribus conseruãdis idoneos redeunt: ita sibi quoq; tenuandos adipes: & quicquid humoris corrupti contraxerit: emittendum: si esse sanus: ac robustus volet. Alioqui tumor ille inanis primo cuiuscũq; veri operis conatu dephendetur. Totũ autẽ declamãdi opus: qui diuersum omnino a forensibus causis existimãt: ii pfecto: ne rationẽ quidẽ: qua ista exercitatio inuẽta sit: peruidẽt. Nã si foro nõ pparat: aut scęnicæ ostentationi: aut furiosę vociferationi simillimũ est. Quid enĩ attinet iudicẽ pparare: qui nullus est? Narrare qđ omnes sciant falsum? Probationes adhibere causæ: de qua nemo sit prõnũciaturus? Et hęc quidem ociosa tantũ. Affici vero, & ira: vel luctu permouere: cuius est ludibrii nisi quibusdã pugnę simulacris ad verũ discrimen: aciẽq; iustã cõsuescimus? Nihil ergo inter forense genus dicẽdi atq; hoc declamatoriũ intererit? Si profectus gratia dicimus, nihil? Vtinãq; adiici ad consuetudinẽ posset: vt nominibus vteremur: & perplexe magis: & longioris aliquãdo actus cõtrouersię fingerẽtur: & verba in vsu quotidiano posita minus timeremus: & iocos inserere moris esset: quę nos q̃libet p alia in scholis exercitati simus: tyrones in foro inueniũt. Si vero in ostentationẽ cõparetur declamatio, sane paululum aliqd inclamare ad

apparet

RAPH.

In his primis opib⁹ quę nõ ipsa parua sunt: sed maiorum quasi membra atq; partes bene instituto ac satis exercitato iam fere tempus appetet aggrediẽdi suasorias iudicialesq; materias. Apparet non appetet legendum esse: facile ex sensu ipso percipi potest. Hic autem primũ colligit Fabius q̃ sit vtilis ratio declamãdi: atq; exercitatio. Deinde quædam tradit præcepta ad declamandum ptinentia: quæ cum sint perceptu facilima: nulla indigere videntur expositione: nisi siquid erroris icident. Verum sublatis erroribus clara: perspicuaq; sunt omnia. Illud non est ignorandum: quas nunc declamationes vocamus ante Ciceronẽ: vt Seneca inqt: Thesis fuisse vocatas: mox declamationes: ac controuersias iudiciales: vel suasorias cœpisse vocari. Nam magos: & pestilentiam & responsa: & sæuiores tragicis nouercas, Materiæ sunt declamatoriæ: quas idcirco damnat Fabius: quia nimiũ a veris causis sunt alienę. Magi nãq; interdum finguntur adhiberi ad excantandos manes filiorum qui matribus apparere soleant: propter qđ matres malæ tractationis viros accusant. Et ad sedãdam pestilentiam fingitur Apollo respondisse: vt tres virgines pluresue immolentur. Nouercę quoq; quę fere crudeles finguntur: sæpenumero declamãtibus materiã præbent: vt apud Quintilianum paries palmatus. Quidam enim cui erat filius cæcus quem hæredem instituerat: induxit illi nouercam: iuuenẽq; in secreta domus parte seposuit. Is noctu: dum in cubiculo cum vxore iaceret: occisus est. Accusant se inuicem cæcus & nouerca.

Eo quidem res ista in culpam docentium recidit: vt inter præcipuas quę corrumperẽt eloquen-

voluptatem audientiū debemus. Nam & in iis actionibus: quæ in aliqua sine dubio veritate versantur: sed sunt ad popularem aptatę delectationem: quales legimus Panegyricos: totūq; hoc demostrationum genus: permittitur adhibere plus cultus: omnéq; artem: quæ latere plerūq; in iudiciis debet: non confiteri modo: sed ostentare etiam hominibus in hoc aduocatis. Quare declamatio: quoniam est iudiciorum: consiliorūq; imago: similis esse debet veritati. Quoniam autem aliquid in se habet ἐπιδικτικὸν: nō nihil sibi nitoris assumere: qđ faciūt actores comici qui nec ita prorsus: vt nos vulgo loquimur, pronūciāt: qđ esset sine arte: nec tamen procul a natura recedunt: quo vitio periret imitatio: sed morem cōmunis huius sermonis: decóre quodam scænico exornant. Sic quoq; aliqua nos incommoda ex iis: quas finxerimus materiis: consequentur: in eo præcipue q multa in his relinquūtur incerta: quę sumimus: vt videtur: ætates: facultates: liberi: parentes: vrbium ipsarū vires: iura: mores: alia his similia. Quin aliquādo etiā argumenta ex ipsis positionū vitiis ducimus. Sed hæc suo quęq; loco. ¶ Quis enim omne propositū operis, a nobis destinati eo spectet: vt orator instituatur: tamen: ne quid studiosi requirant: etiam siquid erit: qđ ad scholas pertineat proprie, in transitu non omittemus.

ASCENSIVS.

1 Appetere. ¶ Iam fere tempus appetet. i. appropinquabit, imminebit, instabit: Appetere enim in Liuio & eius imitatore Sabellico sæpe pro aduentare accipitur. vt appetente vere &c. Quocirca licet Raphael apparet censet legendum: legam cum Valla, Aldo cæterisq; appetet: quomodo Raphael quoq; legisset si in mentem eius venisset: quid hoc loco appetet significet. Non enim Fabius fere apparere dixisset tempus: cum potius assereret non apparere modo sed necesse esse. Eo quidem res ista, culpa doctium recidit &c. sic Vallen. codex habet & recte meo iudicio: vt sit ista res recidit culpa. i. per culpam docentium: eo. i. ad id vt &c. neq; vero dicam in culpam vt fere textus deprauati habēt. Affici vero, & ira vel luctu permouere: quia sic omnes legunt & non permoueri: videntur ad diuersa referēda: vt affici dicatur orans eo habitu quo vult permouere alios: Cuius est ludibrij: quasi dicat stolidi: nisi quibusdam &c. i. nisi ad veras causas aliquādo agendas referamus. Vt nominibus vteremur. Adnotatum est in codice Vallen. sic. Quintilian⁹ in vna declamatione hoc facit: in qua Marium imperatorem eūdēq; causæ iudicem: nominatim appellat: cum nec tribunū nec militem suo nomine vocet: quorum alter Lusius alter Pomponius vocabatur. Hæc (vt opinor) Valla: qui declamationes Quintiliani censet etiam alibi: cum ab aliis alteri adscribantur. Inclamare vt vult Raphael habet Vallen. inclinare Aldinus. vterq; aūt habet in aliqua sine dubio veritate &c. Aetates, liberi, Vallen. habet liberos: sed nihil mutem.

tiam causas: licentia: atq; inscitia declamātiū fuerit, Pro eo nisi adeo legat: sensus integritas non seruabitur. Videtur autē Fabius ad ea alludere: quæ Petronius Arbiter in principio operis sui prosa: versuq; scripti in declamatores sic ait. Cuȝ alio genere furiarum inquietantur declamatores: qui clamant hæc vulnera pro libertate excepi: hunc oculū pro vobis impēdi. Date mihi ducē: qui me ducat ad liberos meos Nam succisi poplites mēbra non sustinēt. Hæc ipsa tolerabilia essent: si ad eloquentiam ituris viam facerent: nunc & rerū tumore: & sententiarum vanissimo strepitu hoc tantū proficiūt: vt cum in forum venerint: putent se in alium orbem terrarum delatos: & ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fieri: q nihil ex iis: quæ in vsu habemus: aut audiunt: aut vident. Sed piratas cum catenis in littore stantes: & tyrānos edicta scribentes: quibus imperēt filiis: vt patrum suorum capita præcidant. Sed responsa in pestilentia data: vt virgines tres aut plures immolentur. Sed mellitos verborum globulos: & oia dicta: factaq; quasi papauere & succaro sparsa: qui inter hæc nutriuntur: non magis sapere possunt: q̄ bene olere: qui in culina habitant. Pace vestra dixisse liceat primi omniū eloquentiam perdidistis. Leuibus enim: atq; inanibus sonis ludibria quædā excitando effecistis: vt corpus orationis eneruaretur: atq; caderet: ac reliqua: quæ sequuntur. No. pu Petron cta.

¶ Quid ergo? nunq̄ hæc supra fidem: & poetica: vt vere dixerim: themata: iuuenibus petractare permittemus? hypophora est: q̄ ab iis fieri posset: qui opus declamandi diuersum a forensibus causis putant: quam ita Fabius soluit: vt dicat esse permittendum eatenus: quatenus alatur eloquentia non corrumpatur. ¶ Et quasi in corpus eant? hoc est: quasi pinguescant? Nam in corpus ire illi dicūtur: quorum corpus efficitur pingue: est autem sumpta similitudo a pecudibus: quæ lætiori pabulo pastæ in corpus ire-ac pinguescere solent. ¶ Sanguinis detractatione. ta syllaba erasa detractione legatur. ¶ Nihil ergo inter forense genus dicendi atq; hoc declamatorum intererit. Vt declamatorium legatur loco declamatorum i litera est ascribenda. Est autem altera obiectio quæ fieri posset: quam ita Fabius soluit. vt asserat nihil interesse si profectus gratia declamatur. Sin ad ostentationem: non nihil differre concedit. ¶ Vtinamq; adiici ad consuetudinē posset: vt nominib⁹ vteremur. Posset alicui videri Fabius id optare: sine quo ne declamare quidem aliquis potest. Quo nāq; modo declamatio sine nominibus fiat? An propriis qđ̄ noībus quæ apud priscos sola nomina dicebantur. declamatores non vtūtur: sed dūtaxat appellatiuis? qualia sunt. Rusticus. Orator. Magus. Poeta. Medicus. Pater. Filius. nouerca. & similia.

In corpu gd signifi

Declamat res qbus n minibus v tur.

¶ Sane paululū aliquad inclamare ad voluptatē audientiū debemus. Inclinare quidā legendū putant. Sed inclamare sensui aptius mihi q̄ inclinare videtur. Is enī ad voluptatem auditorū inclamare dicitur: qui & poetica themata eligit: & in eloquēdo maxime lasciuit: & in pronūciando ita vocem tollit vt vere inclamare videatur. ¶ Nā & iis actionibus: quæ sine dubio in aliqua necessitate versantur. Pro necessitate in vetusto exemplari emendate legitur veritate hoc modo. Nam & in iis actionibus quæ in aliqua sine dubio veritate versantur. Panegyrici autē dicūtur orationes in conuentu populi habitæ. Nam πανηγυρὶς hoc est panegyris transfertur conuentus ἀπὸ τοῦ παντας ἀγυρειν: hoc est ab omnibus cōgregandis. de laudibus vero Atheneatū orationes in cōuentu populi Atheniensis habebantur qui panathenaici panegyrici dicūtur. ¶ Quoniā vero non nihil in se habet epidicticon: nō nihil sibi nitoris assumere. Epidicticon ostentatiuū ac demonstratiuū interpretatur. Nā ἐπιδείκνυμι vnde venit: significat ostento ac demōstro. ¶ Si quoq; in aliqua nos incōmoda ex iis: quas finxerimus materiis cōsequūtur. Sic ascripta c litera est legendū atq; in prepositioi vt superflua videtur eradenda. ¶ Sed hęc suo q; loco q̄q;. Quæ q; legēdū esse nemo nō videt. ¶ In transitu nō omittemus. In transcursu id quod alii obiter dicūt. Nam Fabius: qd meminerim: nunq̄ obiter vtitur.

gyrici.

icticon
nterpre

## ¶ An artis necessaria cognitio sit. Cap. XII.



Iam hinc ergo nobis inchoanda est ea pars artis: ex qua capere initium solent: qui priora omiserunt. q̄q̄ video quosdam in ipso statim limine obstaturos mihi: qui nihil egere eiusmodi præceptis eloquentiā putent: sed natura sua: & vulgari modo: & scholarum exercitatione contenti: rideant etiam diligētiā nostram, exēplo quoq; magni nominis professorum: quorum aliquis (vt opinor) interrogatus quid esset schema & noema: nescire se quidem: sed si ad rem pertineret esse in sua declamatione respondit. Alius percōtanti Theodoreus an Apollodoreus esset: ego inquit parmularius sum: nec sane potuit vrbanius ex confessione inscitiæ suæ elabi. Porro ii qa & beneficio ingenii pstātes sunt habiti: & multa etiā memoria digna exclamauerūt: plurimos habent similes negligētię suæ: paucissimos naturæ. Igitur & impetu dicere se: & viribus vti gloriant. Nec enī opus esse pbatione: aut dispositione in rebus fictis: sed cuius rei gratia plenū sit auditoriū sententiis grādibus: quarū optima q̄q; a periculo petat. Quinetiā in cogitādo: nulla ratōe adhibita: aut tectū intuētes: magnū aliqd qd vltro se offerat pluribus sępe diebus expectāt: aut murmure incerto: velut classico instincti: cōcitatissimū corporis motū nō enūciādis: sed q̄rendis verbis accōmodāt. Nōnulli certa sibi initia priusq̄ sensum inuenerint destināt, q̄bus aliqd diserti subiūgēdū sit: eaq; diu secū ipsi clareq; meditati: desperata cōnectēdi facultate deserūt: & ad alia deinceps: atq; inde alia nō minus cōmunia: atq; nota diuertūt. Qui plurimū vident habere ratiōis: nō in causas tātū laborē suū: sed in locos intēdūt: atq; iis nō corpori prospiciūt: sed abrupta quędā vt forte ad manū venere: iaculantur. Vnde fit: vt dissoluta: & ex diuersis cōgesta oratio cohęrere nō possit: similisq; sit cōmētariis puerorū in quos ea quę aliis declamātibus laudata sunt referūt. Magnas tamē sententias & res bonas. (ita enī gloriari solent) elidūt: nā & barbari: & serui: et si hoc sat est: nulla est ratio dicendi. redigunt

¶ Iam hic ergo nobis. Necessariā esse artē ad eloquētiā assequēdā aperte demōstrat Quintilian⁹. ¶ Quorū aliqs interrogatus quid eēt schema & noema nescire se quidē. Schema figura: Noema oīnis, dici potest sententia. Cęterū Fabius ipse in octauo quaten⁹ accipiatur noema: aperte exponit Est inqt & qd appellatur a nouis noema q̄ voce ois intellectus accipi potest. Sed hoc nomine donarūt ea: q̄ nō dicūt: verū intelligi volūt: vt in eū quē sępius a ludo redemerat soror agentē cū ea talionis. qd ei pollicē dormiē ti recidisset. Eras dignus vt haberes itegrā manū. Sic enī audit: vt depugnares. ¶ Alius percōtāti Theodoreus an Apollodoreus eēt: ego inqt parmularius sum. Theodorus Gadareus q Rhodius maluit appellari: & Apollodorus Byzātius clarissimi rhetores fuere quorū sectatores ad morē sectę philosophorū Theodorei atq; Apollodorei sunt vocati. Parmularius aūt dicit parmarū: hoc est scutorū faber. ¶ Sētētiis grandibus. Sētētias hoc loco Fabi⁹ vocat lumina q̄dā orōnis pcipueq; in clausulis posita: vt nihil ē tam populare q̄ bonitas. ¶ Velut classico instinctu. instinctis hoc est cōcitati legendū esse patet. Classicū autē dicitur sonitus tubarum. Metaphora vero est a militib⁹ sumpta: qui tubarū sonitu ad pugnam incitātur. ¶ Nā: vt barbari: & serui. loco illius vt particulę: & copula scribatur. sic enim exigit sensus.

na & noe
id.

odorus &
llodorus

nularius
icatur.

ticū quid.

ASCENSIVS.

¶ Quorū aliquis, quisquis ille fuerit: quiuis vnus: vnde quia de certo nō loquit nō dicit, quorū quidā. Et noema: sic cum Raphaele legā: tamē Vallen. habet &

Aldus impressit noema. Est aūt νόημα intellectus, cogitatio, cōsiliū. Sed si ad rē ptineret &c. quasi decretet: de noīe nihil sollicitus sum: dūmodo rē ipsam non omittā. Ego inqt parmularius sum. Qđ respōsum quāobrem vrbanū sit nō declarat cōmētarius: ego sane vrbanū putē φ pter euasionē defensionis qua se in verba alicuius sectę iurati astringūt: etiā defensionis potentē cōtra oia obiecta respōderit. Nā scutorū est defendere: Parmularij aūt scutorū habēt quātā vim volūt. Perinde est ergo ac si dixisset: neq; Theodoreus neq; Apollodoreus sum: sed contra vtrūq; parmā habeo. Exclamauerūt. affectate dixit pro declamauerūt: quia cōfidētes isti non declamāt proprie: sed exclamāt. Talis autē Pogius Florentinus nuper fuit: qui plus naturæ q̄ eruditionis bonæ habuit. Sed sup. opus esse sentētijs grandibus, quarū optima quęq; a periculo petitur. Vallen. habet petat̄ quē sequar quia pposuit sit: sane a periculo mihi videtur petēda sentētia: qa ea fere est auditori iucūdissima & gratissima quæ periculi euadendi aut euasi modū continet. Aut tectū intuentes: cur & qui id faciant nihil explicat cōmentarius. Ego sane contra rationem id facere eos opinor: φ reminiscentes obuersa in terram fronte quasi e cellula memoriæ aliquid depromptun sumus: excogitantes vt inueniamus: erecta eadē in cęlū cogitamus. Cum igitur declamātes reminisci quæ prius inuenerint deberēt: contra officiū faciūt tectū intuentes: aut quia tectum intueri dicūtur: qui nulla auditorij ratione habita: quæcūq; in buccam veniūt dicunt: vt tamen hæc sequētibus congruant dicamus tectū intueri: qui non ex libris authorū quos imitentur: sed ex proprio ingenio dicenda meditantur: vnde addit expectant pluribus diebus aliqd magnū quod offerat se vltro: tectum intuentes libros non inspiciunt. Sed quęrendis. i. vt habeant spatium quærendi verba quæ se tardius dicentibus offerunt. Priusq̄ sensum inuenerint. i. totū filū orationis: quo quid sentiant eloquātur. Capti eñ dulcedine exordij inuenti & nō præuidētes quomodo id persequātur statim deficiūt: tam stulti & improuidi vt ædificator: qui partē domus construat non pmeditata symmetria vniuersę. Non corpori prospiciūt. i. integritati orationis & substātiæ vt sic dicā: sed abrupta quædā. i. fragmenta nihil ad integritatē orationis pertinentia. Regerūt sic Raphael. Aldus habet congerūt: Vallen. redignut: sed non magni refert qđ eorū ponatur: sensus autē est speciosas clausulas & laudatas a pceptore impertinēter ad orationē assui: qđ etiam in epistolis componēdis sæpe faciūt pueri & puerorū similes imperiti: qđ tangit Flaccus in arte dicens. Purpureus late q̄ splendeat: vnus & alter Assuitur pannus. Quod vitiū in Senecę declamationibus adnotauit Valla. Nam & barbari & serui. obscura videtur mihi ratio: sed necesse est vt subaudiatur sunt: vt sit: nam & barbari sunt in dicendo: & serui in cōpilando aliena dicta: serui eñ pro furibus haberi solebāt: vsqueadeo vt pro seruis dictū sit in buco. Quid domini faciēt audent dū talia fures? aut vt ordo sit elidūt magnas & bonas sententias: nam & barbari. s. auctoris: & serui. vt Plauti aut Epicteti: q̄ tñ nō minus speciosę sunt q̄ liberi alicuius. Et si hoc satis est. s. elisisse bonas sentētias ob humilitatē auctoris: nulla est ratio dicendi. quia vbi ratio dicendi haberetur: non dicentis auctoritas quęq̄ moueret: sed quid diceretur animaduerteret.

## ¶ Quare inerudití ingeniosiores vulgo habeantur. Cap. XIII.



NE hoc quidē negauerim sequi plerunq; hanc opinionē: vt fortius dicere videātur indocti. primū vitio male iudicantiū: q maiorē habere vim credūt ea, quæ nō habēt artē: vt effringere q̄ aperire: rumpere q̄ soluere: trahere q̄ ducere putāt robustius. Nā & gladiator: qui armorū inscius in rixā ruit: & luctator: qui totius corporis nixu in id qđ semel inuasit: incumbit, fortior ab iis vocatur: cū interim & hic frequēter suis viribus ipse prosternitur: & illū vęhementis impetus excipit aduersarii mollis articulus. Sed sunt in hac parte: q̄ imperitos etiā naturaliter fallant. nā & diuisio: cū plurimū valeat ī causis: speciē viriū minuit: & rudia politis maiora: & sparsa compositis numerosiora creduntur. Est præterea quædā virtutum vitiorūq; vicinia: qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur. Maledicit autē ineruditus apertius: & sæpius: vel cum periculo suscepti litigatoris: frequenter etiam suo. Affert & ista res opinionem: quia libētissime homines audiūt ea: quę ipsi dicere † noluissent. Illud quoq; alterum qđ est in elocutione ipsa periculum minus vitat: conaturq; perdire. Inde euenit nonnūq̄ vt aliquid grande inueniat: qui semper quęrit qđ nimiū est: verū & raro euenit: & † cætera vitia non pensat. propter hoc quoq; interdū videntur

voluissent.

certa

RAPH.

¶ Ne hoc quidem negauerim. Clare adeo causas exponit: quibus artis imperiti fortius peritis dicere videtur: vt facile citra omnē expositionem percipi possint: cum presertim fere absint errores. ¶ Quia libentissime homines audiūt ea quæ ipsi dicere voluissent o vocali in a conuersa fortasse legēdum est: vt potuissent intelligamus. ¶ Et certa vitia non pensat. Cætera non certa mihi legendum videtur. Qui enim q̄rit qđ nimiū est: nihil alia vitia curat. ¶ Itaq; illud q̄stionum & argumētorum apud corrupta iudicia frigus cantant. Cur argumentorum frigus vocat Quintilian⁹? An quia apud corrupta iudicia qui ea tractāt rideri atq; refrigerari solēt? Nam vt in quinto Fabius ipse scribit: quidam argumenta velut horrida & cōfragosa vitantes amœnioribus locis desident: neq; aliter q̄ ij qui traduntur a poetis gustu cuiusdā apud

Corrupt[...] cia quare vocentur

indocti copiā habere maiorem: ꝙ dicūt omnia, doctis est & ele- ctio: & modus. His accedit: ꝙ a cura docendi qđ intenderint: re cedūt. Itaq; illud quęstionū: & argumentorū apud corrupta iu dicia frigus euitāt: nihilq; aliud q̄ quo vel prauis voluptatibus aures assistentium permulceant: quærūt. Sententiæ quoq; ipsę quas solas petunt: magis eminent: cum omnia circa illas sordi- da & abiecta sint: vt lumina non inter vmbras (quemadmodū Cicero dicit) sed plane in tenebris clariora sint. Itaq; ingeniosi vocentur: vt libet: dum tamen constet contumeliose sic laudari disertum. Nihilominus confitendum est etiam detrahere do- ctrinam aliquid, vt limam rudibus: & cotes hebetibus: & vino vetustatem: sed vitia detrahit: atq; eo solo minus est: qđ literæ perpolierunt: quo melius. Verum hi pronunciatione quoq; fa- mam dicendi fortius quærunt. Nam & clamant vbiq;: & om- nia leuata vt ipsi vocāt: manu emugiunt: multo discursu: anhe litu: iactatione: gestu: motu capitis furentes. Iam collidere ma- nus: terræ pedem incutere: fęmur, pectus, frontem cędere: mire ad pullatum circulum facit: cum ille eruditus: vt in oratione multa summittere: variare: disponere: ita etiam in pronuncian do suum cuiq; eorum: quæ dicet: colori accommodare actum sciat: et si quid sit perpetua obseruatione dignum, modestus & esse: & videri malit. At illi hanc vim appellant: quæ est potius violētia. Cum interim non actores modo aliquos inuenias: sed (qđ est turpius) præceptores etiam qui breuem dicendi exer- citationem consecuti: omissa ratione: vt tulit impetus: passim tumultuentur: eosq; qui plus honoris literis tribuerūt: ineptos & ieiunos: & tepidos: & infirmos. vt quodq; verbum contume- liosissimū occurrit: appellent. Verum illis quidem gratulemur sine labore: sine ratione: sine disciplina disertis. Nos quando & præcipiēdi munus iampridē deprecati sumus: & in foro quoq; dicendi: quia honestissimū: finem putabamus desinere, dū desi- deraremur: inquirendo scribēdoq; talia cōsolemur ociū nostrū: quæ futura vsui bonæ mentis iuuenibus arbitramur, nobis cer te sunt voluptati.

Lotophagos graminis & Sirenum cantu deliniti voluptatē saluti ꝓtulisse dux laudis falsam imaginē per sequūtur ipsa (propter quā dicitur) victoria cedunt. ¶ Mire ad pullatum circulum facit. hoc est valde pullatorum coronæ cōuenit. Sed quē vocat Fabius circulū pullatū? An plebeiorum pullis vestibus indutorū multitudinē oratori causam agēti circūfusam? Qui enim semper clamat: manus collidit: pedem terræ incutit: & reliqua inter agēdum quæ a Fabio enūciantur: temere facit: is plebeis inerudutisq; fortissime vęhemētissimeq; dicere videtur: vt nunc inter disputandū: qui magis clamāt: a vulgo maximi philosophi reputantur. ¶ At illi hanc vim appellant: quæ est potius violentia. Vis dicendi est facultas dicendi: quæ gręce Δυναμιϛ dicitur. Violentia vero ratione caret: ac semper in malā accipitur partem. Ineptos & ieiunos & trepidos & infirmos. Tepidos erasa r litera sensus integritas: vt legatᷣ exposcit. ¶ Nos quādo & ꝓcipiendi munus & iāpridē deꝓcati sumus. Et copula iterato ascripta videtur eradenda. Significat autē Fabius se & docēdi finem fecisse: & causas in foro agendi. Præcipere nāq; docere est. Vnde & præceptores ij vocantur qui & doctores.

ASCENSIVS.

¶ Effringere est vi frangere: aperire est sine fractura reserare & recludere. Effringūt autē fores qui claue carēt & intrare volūt. Rumpūt nodos qui soluere nequeūt: vt Alexander magnus nodū fatalē Gordij. Trahūt (inqt Seneca) fata nolentē: volentē ducūt. Et hic. s. luctator: & illum. s. gladiatorē: vehementis impetus. i. cui est vehemens impetus: dubitem tamē an ne legendū sit & illius vehemētis impetus &c. Pro libero. i. libere loquēte litigatoris suscepti. s. ab inerudito ad patrociniū illi ꝓstādum. Maledicit videri possint duæ particulæ: vt sit contra artem & vtilitatē orat: sed verbū compositū sentio: vult eñ hominem ineruditum esse maledicum: id enim vsu fere venit: vt qui iustis rationibus contēdere nequeat: ad conuicia cōuertatur. Et ista res. s. ꝙ maledicit: affert opinionē. s. diserti & integri oratoris: quia homines libentissime audiūt ea quæ ipsi dicere noluissent. s. conuicia & contumelias in alterutrum litigantiū in quem tamen ipsi ea dicere nollent. Sic autem solus Vallēñ. codex habet. Nam cæteri voluissent habent: quæ si vera est lectio: exponetur: quia homines audiunt libentissime ea quę ipsi dicere voluissent: aut conuicia ad quæ dicenda mortales proni sunt: aut eadem verba: quia q̄ q̄s. ꝓ dixisset si sibi dicendū fuisset: ea optima censet: cum igitᷣ auditorꝫ plurimi sint imperiti & imperiti melius concipiūt ea quæ a nulla arte profecta sunt q̄ artificiosa: bene opinantur de inerudito. Itaq; aut cum Valla noluissent, aut cum cęteris voluissent legam, potius q̄ cū Raphaele valuissent: q̄uis id malū nō sit: sed ab exemplaribꝰ alienius. Illud alterum periculū. s. ne nimis grandia dicat. Frigus euitant. Frigus interdum pro negligentia & torpore accipitur: quia cōtra qđ attente & diligenter fit feruere dicitur: vt ęnei. i. feruet opus. In Terentio autē de ijs qui nihil qđ agerent habebant dicitur: nimirū hi homines frigent. Interdum contēptū

ob imperitiã.quia enim tardis frigent præcordia(Vnde in geor. Frigidus obstiterit circũ præcordia sanguis. Et in satyra. Scilicet arguitur ꝙ læua in parte mamillæ Nil salit arcadico iuueni) ideo frigere minus periti & tardiores dicitur: vt apud. A. Gelliũ latinus ille comicus a Menandro. Hoc autẽ loco frigus quæstionũ.i.inquisitionũ & iudiciorũ ab eis lepide exactorum cõtemptus dicitur:cõtemptũ eñ euitant:quia iudicia corrupta sunt:hoc est iudices corrupti vtpote quorũ aures vel prauis voluptatibus vt assistentiũ capiũtur. Lumina lucernarum si vmbris apponantur hebescierent:si tenebris intenderẽtur. quia cõtraria in se q̃ media in extrema fortius agũt. Contumeliose:quia dicitur de tali:ingeniosus quidẽ est:sed parũ doctus. Vt limã rudibus .i.asperis & impolitis:quia detrahit extantia. & cotes hebetibus.s.rebus quę dũ eas acuũt auferẽdo obtusitatem non nihil deterunt. & vino vetustatẽ:quia vina tempore contractiora fiũt sed meliora: diminuũtur ergo per limã rudia: per cotẽ hebetia & per vetustatẽ vina:sed nõ fiũt deteriora sed meliora. Sed vitia detrahit.s.doctrina. Eo solo quo melius:legi potest si recte intelligatur ꝙ melius. Pullatũ circulũ:quia in ima cauea sedẽtes siue in scholis siue in theatris pullati dicũtur: ꝙ in vmbra omnia videãtur subnigra: illi autẽ magis ex gestu q̃ ex verbis rem capiũt:cum longius absint: vnde immodicus ille gestus ad pullatum circulũ plurimũ facit. Cuiq; eorũ quæ dicet colori,non colorem legendũ est. Deprecati sumus.i.precati sumus ne amplius fungeremur:& quiete aliquãdo donaremur: vt in principio operis:post impetratã studijs meis quietẽ,quæ per viginti annos erudiendis iuuenibus impenderã &c. & deprecati sumus in foro quoq; munus dicẽdi.s.causas.i.orãdi in veris causis:ideo autẽ deprecati:quia desinere dũ desideraremur: putabamus esse finẽ honestissimũ:turpe itaq; est nescire officio finẽ imponere: dũmodo non sit necessariũ. Nã honeste vni finẽ imponũt: qui altero honestius:non tamen nullo funguntur:nã qui nullo:defuncti. i.mortui censentur.

## ¶Quis modus in arte. Cap.XIIII.



Emo autem a me exigat id præceptorum genus: q̃d est a plerisq; scriptoribus artium traditum,vt quasi quasdã leges immutabili necessitate conscriptas studiosis dicendi feram. Vtiq; procemiũ: & id quale ꝓxima huic narratio:quæ lex deinde narrãdi:propositio post hãc:vel vt quibusdam placuit:excursio: tum certus ordo quæstionũ: cæteraq; quæ velut si aliter facere fas non sit:quidã tãq iussi sequũtur. Erat enim rhetorice res prorsus facilis:ac parua si vno breui præscripto contineretur. Sed mutãtur pleraq; causis:temporibus:necessitate: occasione. Atq; ideo res in oratoris præcipue consilio est:quia varie:& ad rerum momenta conuertitur. Quid enim si præcipias imperatori quoties aciẽ instruet: dirigat frontem,cornua vtrinq; promoueat:equites pro cornibus locet? Erit hæc quidem rectissima fortasse ratio quoties licebit. Sed mutabitur natura loci,si mons occurret:si flumen obstabit,collibus:siluis:aliave asperitate aliqua prohibebitur. Mutabit hostium genus: mutabit præsentis conditio discriminis: nunc acie directa: nunc cuneis:nũc auxilijs: nũc legione pugnabitur. nonnunq̃ terga etiam dedisse simulata fuga proderit. Ita procemium necessarium: an superuacuum: breue an longius: ad iudicem omni sermone directo: an aliquando auerso per aliquam figuram dicendum sit:constricta: an latius diffusa narratio:continua an diuisa, recta an ordine permutato causæ docebunt. Itemq; de quæstionũ ordine: cum in eadem controuersia aliud alii parti prius quæri frequẽter expediat. Neq; enim rogationibus plebisue scitis sancta sunt ista ꝑcepta, sed hoc quicqd est vtilitas excogitauit. Nõ negabo autem sic vtile esse plerũq;: alioqui nec scriberem: verum:si eadem illa nobis aliud suadebit vtilitas:hanc relictis magistrorũ auctoritatibus sequemur. Eq;
enci.iij. dem id maxime pręcipiam:ac repetens iterũq; iterũq; monebo:

RAPH.

¶Nemo autẽ a me exigat id ꝑceptorũ genus. Quem modũ in tradendis præceptis seruaturus sit Fabius perspicue ostẽdit. Quę nãq; traditurus est præcepta nulli vult esse obnoxia necessitati:sed ex vtilitate causæ mutari posse. ¶Propositio post hanc velut qbusdam placuit excursio: vel vt particulæ hypodiastoles nota sunt distinguẽdæ: ne similitudinis aduerbiũ esse videatur. De his autẽ omnibus orationis partibus plene in.iij. ac.iiij. volumine. Fabius tractabit. ¶Quid eñ si ꝑcipias imperatori.quoties aciem instruet dirigat frontẽ. Acies exercitusq; sic fere instruit ad pugnã: vt duo cornua habere videat dextrũ & sinistrũ quę frontẽ directam ab vtraq; parte muniant: vt scribit Vegeti⁹ de re militari. ¶ Cũ in eadẽ cõtrouersia aliud alij parti pri⁹ quæri frequenter expediat. Fabius in septimo hoc declarat:Aeschynis atq; Demosthenis exẽplo. Nam Ctesiphõtis accusator Aeschynes a iure:quo videbat potẽtior cœpit. Demosthenes eiusdem patronus oia vel pene oĩa ante ius posuit. ¶Nõ eñ rogatiõib⁹ plebisue scitis sancta sunt ista ꝑcepta. Rogationes leges dicũt:ꝙ patricio rogãte magistratu: veluti cõsule eas populus cõstituerat.

Leges or[...] seruanda[...] sunt imm[...]biles.

Rogatio[...] dicantur.

Res duas in omni actu spectet orator: quid deceat, quid expediat. Expedit autem sępe mutare ex illo constituto traditoq; ordine aliqua: & interim decet, vt in statuis atq; picturis videmus variari habitus: vultus: status. Nam recti quidem corporis vel minima gratia est. † Neq; enim aduersa sit facies: & demissa brachia: & iuncti pedes. & a summis ad ima rigens opus. flexus ille: & vt sic dixerim: motus dat actum quendam & factum. Ideo nec ad vnū modum formatæ manus: & in vultu mille species. Cursum habent quædam & impetum: sedent alia vel incumbunt: nuda hæc, illa velata sunt: quædā mixta ex vtroq;. Quid tam distortum & elaboratum q̄ est ille discobolus Myronis? Si quis tamen vt parum rectum improbet opus: nonne ab intellectu artis absuerit: in qua vel præcipue laudabilis est illa ipsa nouitas: ac difficultas? Quam quidem gratiam & delectationem afferunt figuræ quæq; in sensibus quæq; in verbis sunt. Mutant etiam aliquid a recto: atq; hanc præ se virtutem ferūt: q̄ a consuetudine vulgari recesserunt. Habet in pictura speciem tota facies. Apelles tamen imaginem Antigoni látere tantum altero ostendit: vt amissi oculi deformitas lateret. Quid? non in oratione operienda sunt quædam? siue ostendi non debent: siue exprimi pro dignitate non possunt? vt fecit Timantes (vt opinor) Cithnius in ea tabula: qua Coloten teium vicit. Nam cū in Ephigeniæ immolatione pinxisset tristem Calcantem: tristiorem † Vlyssem addidisset: Menelao: quē summū poterat ars efficere mœrorem: consumptis affectibus: non reperiens quo digne modo patris vultum possit exprimere: velauit eius caput: & suo cuiusq; animo dedit æstimandum. Nonne huic est illud simile Sallustianum? Nam de Carthagine tacere satius puto: q̄ parum dicere. Propter quæ mihi semper moris fuit: q̄ † minime alligate me ad præcepta: quæ καθολικὰ vocant: id est (vt dicam⁹ quomodo possumus) vniuersalia: vel perpetualia. Raro enī reperitur hoc genus: vt nō labefactari parte aliqua: & subrui possit. Sed de his plenius suo quicque loco tractabimus. Interim volo se iuuenes satis instructos: si quē ex iis: qui breues plerūq; circūferuntur artis libellum edidicerint: & velut decretis technicorum: tutos putēt. Multa labore: assiduo studio: varia exercitatione: pluribus experimētis: altissima prudentia: præsentissimo consilio cōstat ars dicēdi. Sed adiuuatur his quoq;: si tamē rectam viā non vnam orbitā mōstrent: a qua declinare qui crediderit nefas: patiatur necesse est illam per funes ingredientium tarditatem. Itaq; & stratum militari labore iter sæpe deserimus compendio ducti: et si rectum limitem rupti torrentibus pontes inciderint: circuire cogemur: et si ianua tenebitur incendio: per parietem exibimus. Late fusum opus est: & multiplex: & prope quotidie nouum: & de quo nunq̄ dicta erunt omnia. Quæ sint tamen tradita: quid ex iis optimum: et si qua mutari: adiici: detrahi melius videbitur: dicere experiar.

Nempe

Figuræ.

Agamemnonem

In Iugurtha

minimū

Plebiscitū aūt est qd̄ plebs Plebeio magistratu interrogāte veluti tribuno sciscebat. hoc ē statuebat. Plebs aūt a populo differt. populi nāq; appellatiōe vniuersi ciues significātur plebis vero appellatione p̄ter patricios & senatores cęteri ciues intelligūtur. ℭ Sancta munita ac cōfirmata. Sancire nāq; est approbare atq; confirmare. Vnde & res sanctæ dicūtur: quarū violatores pœna capitis puniūtur. & legū eas partes: quibus pœna statuitur aduersus eos: qui contra legē fecerint sanctiones vocant iurisconsulti. ℭ Neq; enī aduersa sit facies: & demissa brachia: & iūcti pedes: & a summis ad ima rigēs op⁹. Hic sensus difficulter percipitur: q̄a mendis carere nō videtur. Quæ facile tollerētur si qd̄ exēplar integrū inueniretur. Sed loco illi⁹ neq; forsitan est legēdū æque. Videtur nāq; exponere Fabi⁹ quo modo recti corporis: vel minima gratia sit. Si enī æq; aduersa sit facies & æq; demissa brachia statuæ alicuius: omni gr̄a carebit. ℭ Quid tā distortū: & elaboratū q̄ ille Discobolos Myronis. Discobolos ad verbū transfertur discū iaciens ἀπὸ τοῦ βάλλειν τὸν δίσκον nāq; dicitur: hoc est a iaciendo disco. Discus autē est genus vasis lationis: & lapis plan⁹ ac rotūdus: cuius iactu in aerē prisci ludētes exercebātur. De hoc vero Myronis Discobolo meminit Plin. libro. xxxiiij. naturalis historiæ. ℭ Vt fecit Timantes: vt opinor Cythnius in ea tabula: qua Colotenū vicit. Castigate in antiquo exemplari scriptū animaduerti Coloten teium. Colotes nāq; pictor fuit Teius. Est autē τέως vrbs Ioniæ. vnde Teius Anacreon quoq; Iamborū scriptor dicit. Timantes vere Cythnius fuit. Cythnos enī vna est ex cycladib⁹ a Cythno primo habitatore sic dicta. Appellat aūt etiā ophiusa

Vt quasi quasdā leges. Hunc locum citat in elegantiolis suis Aug. dathus statim ad principium. Rhetorice. i. ars rhetorica. Atq; ideo res in oratione. Valla habet in oratore: sed mihi legendū videtur in oratoris præcipue consilio est. Dirigat: venuste subauditur particula vt. Neq; em̄ aduersa sit facies: Vallen. & Aldinus codices habent Nempe em̄: sed mihi nequaq̄ post nempe: ponendū videtur em̄: neq; si neq; em̄ legatur dubitanda sententia. Probat em̄ ꝙ recti corporis minima sit gratia: Nā qui statuam rectam & vt statua vera & non ad viuū efficta videatur formare vellet faceret eam aduersa facie: vtroq; oculo in aspicientes directo: & brachiis æqualiter demissis: & iunctis pedibus: & opus rigēs i. nulla ex parte flexū aut inclinatū a summis ad ima: sed quia talis statua nullam haberet gratiam: non rectam & nihil agentem sed quasi operi incumbentem præsistent formare: vnde dicit. Neq; em̄ (.s. in statua gratiam habitura) facies sit aduersa &c. dat actum. i. facit vt agere videatur. Cursum habēt quendā: lege cū Vallen. quędam. Sedent aliæ: lege cum eodem alia. Timāthes opinor cythinus Vallen. habet cytius sed non plene effigiatum. Qua Coloten teium: sic Vallen. habet. Vnde illi plurima debent accepta ferri. ¶ minime: sic quoq; Vallen. codex habet. putēq; non inepte coniungi q̄ & minime: licet minime neget: nā in summo gradu negat: neq; minus superlatiuum mihi quidē videt̄ q̄ minimū: Vnde recte dicimus minime omnium. Vtrūq; em̄ superlatiuum aduerbium vnum habet in voce comparatiuum sed non in significatione: vtpote min⁹: qd̄ ꝓ magis parū aut magis parue facit minimū, ꝓ nō facit minime: sed positiuū. nō hꝫ. Præstātissimo cōsilio: lego cū Vallen. ꝓ̄sentissimo. Per funes ingredientium: aut funambulos dicit: aut potius vt fit in supplicationibus publicis dum reliquiæ in pompa ducuntur extensis vtrinq; funibus nequi exorbitent aut alios præuertant.

ac dryopis. Vnde Cythnius possessiuum vt Caseus Cythni⁹ & pictor Cythnius. De Timante autem sic scribit Plinius libro trigesimoquinto naturalis historiæ. Nam Timanti vel plurimum affuit ingenij. Eius em̄ est iphigenia oratoris laudibus celebrata: qua stante ad aras perituracū mœstos pinxisset oēs præcipue patruum: cū tristitiæ omnem imaginem consumpsisset: patris ipsi⁹ vultum velauit quem digne non poterat ostendere. Coloten vero a Timante ea tabula fuisse superatum minime ait Plini⁹. Sed graphiden alioqui clarissimū pictorē Sami magnis suffragijs ob ipsius insolentiam in Aiace armorumq; iudicio a Timāte fuisse victum scribit. ¶ Propter q̄ mihi semper moris fuit q̄ minime alligare me ad præcepta: quæ καθολικὰ vocant. Minime cum sit negandi aduerbium: minus recte enim illa particula q̄ videtur copulari. Fere enim cū suplatiuo connecti eleganter solet. Quam minimum igitur mihi legendum videtur: eoq; magis ꝙ & si raro: nonnunq̄ tamen Fabius se vniuersalibus astringit præceptis καθολικὰ aūt vniuersalia proprie transferūtur. ¶ Et velut decretis Technicorum tutos putent. Technici ἀπὸ τῆς τέχνης: hoc est: ab arte dicuntur latine artifices: qui breuiter ac compendiose artium præcepta tradunt. ¶ Itaq; & stratum militari labore iter sæpe deserimus. Militares viæ sunt dictæ: ꝙ a militibus sternerentur: quales fuerunt Flaminia: æmylia: appia.

Minime elegāter letur.

Techni

Diuisio totius operis. Cap. XV.

Rhetoricen in latinum transferentes: tum oratoriam: tum oratricem nominauerunt: quos quidem non fraudauerim debita laude: ꝙ copiam Romani sermonis augere tentauerūt. Sed non omnia nos ducentes ex græco sequuntur: sicut ne illos quidem: quoties suis vtiq; verbis signare nostra voluerunt. & hæc interpretatio non minus dura est q̄ illa Plauti essentia atq; entia: sed ne propria quidem. Nam oratoria sic effertur, vt elocutoria. oratrix, vt elocutrix. Illa autem de qua loquimur, rhetorice talis est: qualis eloquētia. Nec dubie apud græcos quoq; duplicem intellectum habet. Nāq; vno modo fit appositum ars rhetorica: vt nauis pyratica: altero nomen rei: qualis est philosophia: amicitia. Nos ipsam nunc volumus significare substantiam: vt grammatice literatura est non literatrix, quemadmodum oratrix: nec literatoria quemadmodum oratoria. Verum in rhetorice nō fit. Non pugnemus igitur: cum præsertim plurimis alioqui græcis sit vtendum. Nam certe si physicos musicos & geometras dicam: nec vim afferam iis nominibus, indecora in latinum sermonem mutatio erit. Deniq; cum. M. Tullius etiam ipsis librorum: quos de hac re primum scripserat: titulis

Rhetoricen in latinū transferentes. Rhetoricen apte in latinum transferri non posse: idcirco q; nobis græco nomine esse vtendū concludit: ac rhetorices ipsius diuisionē subiungit. ¶ Sꝫ non omnia non ducentes ex græco sequuntur. Iterū ascripta negatio eradenda est: ac nos pronomen eius loco ascribendū: vt sit nos ducentes. ¶ Nam certe si physicos & geometras dicam: nec vim afferam his nominibus indecora in latinum sermonē mutationem. Hic sensus confusus mihi videtur: nec quid sibi velit ꝑcipitur: q̄uis incorruptus plerisq; videatur: qui hunc contextum mendis carere putantes nunq̄ corrigere aggressi sunt. Sed nisi ea particula si expungatur: ac loco illi⁹ & copula reponatur: nūq̄ integer sensus elicietur. Vt omittā ꝙ & musicos in vetusto legim⁹ exemplari hoc modo. Nam certe & physicos

græco nomine vtatur:profecto non est verendum ne temere videamur oratori maximo de nomine artis suæ credidisse. Igitur rhetorice (iam enim sine metu cauillatiōis vtemur hac appellatiōe) sic (vt opinor) optime diuidetur:vt de arte:de artifice:de opere dicamus. Ars erit quæ disciplina percipi debet:ea est bene dicendi scientia. Artifex est qui percipit hāc artem:id est orator:cuius est summa bene dicere. Opus quod efficitur ab artifice id est bona oratio. Hæc omnia rursus diducuntur in species. Sed illa sequentia suo loco. Nunc quæ de prima parte tractanda sunt ordiar.

Nam pugnemus:manifeste scribendum est Non. Cū præsertim multis: Vallēn. habet plurimus:Nam certe si:non esse radenda particula si:sed vbi misero errore mutationē & mutatione legitur:legēdū est mutatio erit. Sic em̄ Vallēn. habet Nā certe si physicos, musicos & geometras dicā:nec vim afferam nosb⁹ his:indecora in latinum sermonē mutatio erit. De rhetorica ad Herenniū sensi semper non esse Ciceronis vt in eū probaui non solum ex phrasi:sed q̄ si Ciceroniana sit iuueni illi exciderit:cū in ea exemplum adducatur de Cicerone filio Terentiç matri litē mouente q̄ nimirū post patris mortē acciderit:si modo accidit:Sed non potuerit Cicero pater iuuenis:diuinare se filiū habiturū qui id facere possit. Verum hoc loco Fabius quē in approbationē adducit videri potest aliter sentire:cū dicat:quos de hac re primū scripserat. vt primū dixerit:qa posterius alios scripsit:Sed non ideo primum dixit q̄ postea alios scripserit:Verum vel q̄ primus vel q̄ nullos antea scripserat. At si verum est nusq̄ meminisse rhetoricæ ad Herennium. credam etiam post ipsum Quintilianum scriptos cuiuscunq; sint:libros. Opus: venustius subauditur est q̄ ascribatur:quia præposuit artifex est.

## Quid sit rhetorice: & quis eius finis. Cap. XVI.

Ante omnia quid sit rhetorice. quç finitur quidem varie:sed quæstionem habet duplicem aut enim de qualitate ipsius rei, aut de compræhensione verborum dissensio est. Prima: ac præcipua opinionum circa hæc differentia:q̄ alii malos quoq; viros posse oratores dici putant:alii (quorum nos sententiæ accedimus) nomen hoc artemq; de qua loquimur:bonis demum tribui volunt. Eorum autem:qui dicendi facultatem a maiore: ac magis expetenda vitæ laude secernunt: quidam rhetoricen vim tantum:quidam scientiam:sed nō virtutem:quidā vsum: quidam artem quidem, sed a scientia, & virtute disiunctam: quidam etiam prauitatem quandam artis id est κακοτεχνίαν nominauerunt. Hi fere aut in persuadendo:aut in dicendo apte ad persuadendum positum orandi munus sunt arbitrati:id enim fieri potest ab eo quoq; qui vir bonus non sit. Est igitur frequentissimus finis rhetoricen esse vim persuadendi. Quod ego vim appello: pleriq; potestatem: nonnulli facultatem vocant:quæ res nequid afferat ambuiguitatis:vim dico τὴν δύναμιν. Hæc opinio originem ab Isocrate (si tamen re vera ars:quæ circunfertur eius est) duxit. Qui cum longe sit a voluntate infamantium oratoris officia finem artis temere compræhendit dices esse rhetoricē p̄suadēdi opificē idest πειθοῦς δημιουργόν.

& musicos & geometras: dicam. Hoc autē Fabij dictum diligēter notent: qui nominibus græcis vti reformidant. ac naturales q̄ physicos dicere malunt. ¶ Deniq; cum. M. Tulli⁹ etiam ipsis librorum quos de hac re primum scripserat Titulis græco nomine vtatur. Duo solum extant Ciceronis libri de arte rhetorica scripti:in quibus diffuse de inuentione tractat. De his vero hoc loco Quintilianus intelligit. Nam rhetoricam ad Herenniuz Ciceroni falso ascribi patet cū alijs argumentis quç superius in transcursu attigimus:tum q̄ Fabius nunq̄ de illa mētionem facit:minime taciturus:si Ciceronis id opus fuisse existimasset. ¶ Ars erit. quæ disciplina præcipi debet. Percipi scribenduz est:Nam artes discendo percipimus:atq; consequimur. ¶ Opus qd efficitur. est verbum videtur ascribendum. vt legatur opus est quod efficitur ab artifice.

Ante omnia quid sit rhetorice:quæ finitur quidez varie. Finire: ac definire idez interdum significant vt finis & definito. q̄q̄ finis summum:ac vltimum etiam significat: quod græce τέλος dicitur. Nam quando pro definitione ponit ὅρος vocatur. ¶ Aut enī de qualitate ipsius rei. aut de cōpræhensione verborū dissensio est. Alij bonam. alij malam artem oratoriam esse dicūt:sicq; circa rei qualitatem dissentiūt. Alij pluribus. alij paucioribus eaz verbis definiūt:itaq; in cōpræhensione verborū sunt discordes. vt clare paulo post patebit. ¶ Hi fere aut in persuadendo. aut in docendo aperte ad persuadendum. Videtur quidem plerisq; sic esse integer sensus. Sed non sine mēdis est. Nā neq; docendo legendum est:sed dicendo. neq; aperte:sed apte. siue apposite. Nā nōnulli dixerūt finem rhetorices esse dicere appo

…torices ad …niū libri q̄ …on sint.

…re ac defi… …dem.

Neq; .n.mihi pmiseri eadē vti declinatiōe:qua Enni⁹.M.Cethegū suadai medullā vocat. Apud Platonē quoq; Gorgias in lib.q nōīe eius inscript⁹ est:idē fere dicit: sed hāc Plato illi⁹ opinionē vult accipi non suam. Cicero pluribus locis scripsit oratoris officium esse dicere apposite ad persuadendum. In rhetoricis etiam:quos sine dubio ipse non probat:finem facit persuadere. Verum & pecunia persuadet: & gratia: & auctoritas dicentis: & dignitas:postremo aspectus etiam ipse sine voce:quo vel recordatio meritorum cuiusq;:vel facies aliqua miserabilis: vel formæ pulchritudo sententiam dictat. Nam & M. Aquilium defendens Antonius:cum scissa veste cicatrices: quas is pro patria pectore aduerso suscepisset,ostendit:non orationis habuit fiduciam:sed oculis Populi Romani attulit vim:quem illo ipso aspectu maxime motum in hoc:vt absolueret reum,creditū est. Seruium quidem Galbam miseratione sola qua non suos modo liberos paruulos in cōcionē produxerat:sed Galli etiam Sulpitii filium suis ipse manibus circumtulerat: elapsum esse: cum aliorum monumentis,tū Catonis oratione testatū est. Et Phrynen non hyperidis actione q̄q̄ admirabili: sed conspectu corporis:quod illa speciosissimum alioqui diducta nudauerat tunica:putant periculo liberatam. Quæ si omnia persuadent:non est hic:de quo locuti sumus:idoneus finis. Ideoq; diligentiores sunt visi sibi: qui cum de rhetorice idem sentirent: existimarunt eam, vim dicendo persuadendi. Quem finem Gorgias in eodem:de quo supra diximus libro velut coactus a Socrate facit. A quo nō dissentit Theodectes:siue ipsius id op⁹ est:quod de rhetorice nomine ei⁹ inscribitur:siue, vt creditum est, Aristotelis:in quo est, finem esse rhetorices:ducere homines dicendo in id:quod actor velit. Sed ne hic quidem satis comprahensum. Persuadent enim dicendo:vel ducunt in id: quod volunt alii quoq;:vt meretrices:adulatores:corruptores. At cōtra non persuadet semper orator:vt interim nō sit proprius hic finis eius:interim sit communis iis qui ab oratore pcul absunt.

Bonis demum.j.solis aut duntaxat. Vbi demū neq; pronomini is ea id:neq; aduerbio ita iūctū:solū significat. κακοτεχνία dicitur mala ars.aut in dicendo apte:sic Vallen.codex habet. Frequentissimus finis.j.diffinitio. Eadem declinatione.sic Vallen. & reliqui fere. Nā Aldus declaratiōe impressit.sed sequar Vallen.vt sit eadem declinatione.j.deductione. Carmina quoq; enniana Laurētius adscripsit:sed pollis tollis & prosuada suadai scripsit. quorum posteri⁹ recte scriptum videtur.legam autem sic. Additur orator Cornelius suauiloquēti Ore Cethegus Marcus:& paulopost. Is dictus cūctis ollis popularibus olim Quitum viuebant homines atq; æuum agitabant Flos delibatus populi suadai medulla. In rhetoricis.s.de inuentione quos veteres vocāt:eosq; cum dicat sibi iuueni elapsos Cicero certum est q̄ non probet: multoq; minus ad herennium probasset si ab eo editi fuissent. In primo autem & secundo de oratore & alibi non probat rhetoricos suos vt adnotauit Valla. Existimarunt eā.s.rhetoricen sup.esse vim persuadendi dicendo:vt dicendo p̄ticula faciat differentiā.

Demum.

site ad persuadendum: vt inferi⁹ patebit. ¶ Si tamē re vera ars quæ circunfertur eius est. Cicero in libro de oratore testatur: se nūq̄ Isocratis artē vidisse. Quare Fabius quoq; merito de ea dubitat. πειθοῦς δημιουργόν. πειθω dea fingitur esse persuadēdi: de qua in Bruto sic Cicero ait. Pitho quā greci vocāt. cuius effector est orator. Hanc Suadā appellauit Ennius Ei⁹ aūt Cethegū medullā fuisse vult. vt quā deā in Periclis labris scripsit eupolis sitā esse:huius hic medullam nostrū oratorē fuisse dixerit. ¶ Qua Enni⁹. M. Cethegū suadā medullā vocat Ennij vers⁹ a. M. Tullio in Bruto repetiti hi sūt. Additur orator Cornelius suaui loquenti ore Cethegus Marcus: Is dict⁹ ollis popularibus olim. Qui tū viuebāt homines atq; ęuū agebāt. Flos delibatus populi Suada medulla. ¶ Verū & pecunia persuadet & gratia. Definitio oīs ita demum est propria definitæ rei si cum ea conuertat: ac nulli alij rei cōuenire possit. vt definito hoīs nulli alij q̄ homini ɔuenire pōt. Qđ si ita est: hmōi difinitiōes nō erūt bn̄ assignatę cū alia quoq; præter oratorem persuadeant: qđ multis exēplis Fabius ipse cōprobat. ¶ Nā & Marcum Aquiliū defendēs Antoni⁹ De.M. Aquilio hæc refert. T.Liuius.M.Aquilius cōsul in Sicilia bellum seruile concitatum confecit. Is cū de pecunijs repetūdis causam diceret:ipse rogare iudices noluit. M. Antoni⁹: qui pro eo orabat tunicā a pectore eius discidit: vt honestas cicatrices ostenderet:quibus cōspectis indubitāter absolutus est. Cicero eius rei solus auctor. In secundo quidem de oratore libro hoc narrat Cicero. Se i apertius adhuc septima in verrem actione sic dicens. Venit enim mihi in mentem in iudicio. M. Aquilij quantum auctoritatis:quantum momenti oratio. M. Antonij habuisse existimata sit:qui vt erat in dicendo non solum sapiens sed etiam fortis, causa prope perorata ipse arripuit. M. Aquilium. constituitq; in conspectu omnium:tunicamq; eius a pectore abscidit: vt cicatrices populus Romanus: iudicesq; aspicerēt aduerso pectore exceptas.

Pitho.

Definit[io] propria

M. Aq[uilii de]fensio.

M. A[...]

Simul & de illo vulnere: quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat: multa dixit eoq; adduxit eos: qui erant iudicaturi: væhementer vt vererentur: ne quem virum fortuna ex hoſtium telis eripuiſſet: cum ſibi ipſe non pepercisset: hic non ad populi Romani laudē ſed ad iudicum crudelitatem videretur eſſe ſeruatus. ℂ Sergius quidem Galbā. Cū L. Scribonius tribunuſplebis rogationē promulgaſſet: vt Luſitani qui in fœdere Populi Romani dediti a Sergio Galba in Galliā veniſſent: in libertatem reſtituerentur. M. Cato eam acerrime ſuaſit. Extat oratio in annalibus eius incluſa. qua Fuluius Nobilior: etiā ab eo in ſenatu laceratus. Reſpondit ipſe Galba: qui cum ſe damnari videret. complexus duos filios prętextos & filiū Galli Sulpitij: cuius tutor erat ita miſerabiliter pro ſe locutus eſt: vt ea rogatio antiquaret. ℂ Et Phrynen nō Hyperidis actione. Phryne meretrix fuit Athenis: quę impietatis accuſata ab Hyperide clariſſimo illius ętatis oratore fuit defenſa. ℂ A quo non diſſentit Theodectes: ſiue ipſius eſt id opus: qđ de rhetorice nomine eius inſcribitur: ſiue vt creditum eſt: Ariſtotelis. Merito dubitat Fabius. Nam opus illud dono ſibi vt caro diſcipulo ab Ariſtotele datum: ſub nomine quidem ſuo edidit Theodectes: Sed Ariſtoteles cupiditate gloriæ ductus: non potuit ſibi id non vendicare: cum diceret ſibi de rhetoricis præceptis in Theodectis libris diligentiſſime ſcriptum eſſe. ℂ Perſuadēt enī ducendo: vel ducunt in id: quod volunt: alij quoq; dicendo non ducendo eſt legendum. Eadem autem ratione hæc definitio confutatur: qua & ſuperior φ videlicet alijs etiam q̄ rhetorice conueniat. ℂ At contra non perſuadet ſemper orator. Definitio ita affixa eſt rei definitæ: vt ab ea nunq̄ ſeparari poſſit. vt Definitio hominis nunq̄ ab homine ſeparatur. Homo enim eſt ſemper animal rationale mortale. Definitio vero finiſq; rhetorices ſi perſuadere eſſe dicatur, interdum ab ea ſeparetur. Interdum enim dicendo non perſuadet. Relinquitur ergo perſuadere non eſſe rhetorices idoneum finem.

ℂ Et ſententiam ſuam retinere in id qđ velit. Emendate in alijs exemplarib⁹ legitur. Et ſententiam eius ducere in id quod velit. Illud enim eſt pſuadere. Hermagoræ qui finē eius eſſe ait: perſuabiliter dicere & alij ſūt. Alijs vt legatur ac ſunt verbum eradatur ſenſus expoſcit. ℂ Non iiſdē tñ verbis explicant. Quibuſdā quidē tamē particula ſenſui conuenire videt. Sed mihi certum eſt tantum eſſe legendum: vt ſit. Non iiſdem tantū verbis. ℂ Popularem autem comprehendendo perſuasionē. Tantum quod ſenſui deeſſe videt. eſt aſcribēdū vt legat. Popularē aūt tantū. ℂ Cautius Theodor⁹ Gadareus. A Gadaris vrbe iudeæ Gadareus fuit appellatus. Cū autem diutius Rhodi eſſet profeſſus Rhodi⁹ vocari maluit. Eū cū in illā iſulā receſſiſſet: ſtudioſe audiſſe dicit Tiberi⁹ Cęſar. ℂ Nā hoc τριβὴ ſignificat τριβὴ pprie dicitur vſus: mora: exercitatio: Vñ pædotriba quo nōnulli ex nr̄is vtūtur: q pueros exercet. ℂ Plerią; aūt dū pauca ex gorgia Platonis. Gorgias Leōtin⁹ Empedoclis Agrigentini diſcipulus fuit: Iſocratiſq; illi⁹ pſtātiſſimi rhetoris pceptor. Is Athenas profect⁹ cū profiteret ſe de oībus quæcūq; rogaret reſpōſurū: cū Socrate cōgreſſus de arte oratoria diſpu-

i⁹ galba q

yne quæ.

arę⁹ The
.s vnde.

otriba qd
gias qui.

Atqui non multum ab hoc fine abeſt Apollodorus: dicens iudicialis orationis primum & ſuper omnia eſſe perſuadere iudici: & ſententiam eius ducere in id quod velit. Nam & ipſe oratorem fortunæ ſubiicit: vt ſi non perſuaſerit: nomen ſuum retinere non poſſit. Quidam receſſerunt ab euentu: ſicut Ariſtoteles: qui dicit: rhetorice eſt vis inueniendi omnia in oratione perſuaſibilia. Qui finis & illud vitium: de quo ſupra diximus: habet: & inſuper: q nihil niſi inuentionem complectitur quę ſine elocutione non eſt oratio. Hermagoræ qui finem eius eſſe ait perſuaſibiliter dicere: & aliis: qui eandem ſententiam non iiſdem tamen verbis explicant: ac finem eſſe demonſtrant: dicere quæ oporteat omnia ad perſuadendum: ſatis reſponſum eſt: cum perſuadere non tantum oratoris eſſe conuicimus. Addita ſunt his alia varie: Quidam enim circa res omnes: quidam circa ciuiles modo verſari rhetoricen putauerunt: quorum verius vtrum ſit in eo loco: qui huius quæſtionis proprius eſt dicam. Omnia ſubiecisse oratori videtur Ariſtoteles: cum dixit vim eſſe dicendi: quid in quaq; re poſſit eſſe perſuaſibile. Et Patrocles: qui non quidem adiicit in quaq; re: ſed nihil excipiendo idem oſtendit: vim enim vocat inueniendi: quod ſit in oratione perſuaſibile: qui fines & ipſi ſolam complectūtur inuentionem. Quod vitium fugiens †Eudorus vim putat inueniendi: & eloquendi cum ornatu credibilia in omni oratione. ſed cum eodē modo credibilia: quo perſuaſibilia etiam non orator inueniat: adiiciendo in omni oratione magiſq; ſuperiores concedit: ſcelera quoq; ſuadentibus pulcherrimæ rei nomen. Gorgias apud Platonem ſuadendi ſe artificem in iudiciis: & aliis cœtibus eſſe ait: de iuſtis quoq;: & iniuſtis tractare: cui Socrates perſuadendi: non docendi concedit facultatem. Qui vero non omnia ſubiiciebant oratori ſolicitius ac verboſius: vt neceſſe erat: adhibuerunt diſcrimina: quorum fuit Ariſton Critolai peripatetici diſcipulus: cuius hic finis eſt. ſcientia videndi: & agendi in quæſtionibus ciuilibus per orationem popularis perſuaſionis

Theodorus

hic ſcientiam:quia peripateticus eſt:non vt ſtoici virtutis loco ponit.popularem autem compræhendendo tantum perſuaſionem etiam contumelioſus eſt aduerſus artem orandi:quam nihil putat doctis perſuaſuram.Illud de omnibus:qui circa ciuiles demum quæſtiones oratorem iudicant verſari, dictum ſit: excludi ab iis plurima oratoris officia:illam certe laudatiuam totam:quæ eſt rhetorices pars tertia.Cautius Theodórus Gadaræus vt iam ad eos veniamus qui artem quidem eſſe eã, ſed non virtutem putauerunt,Ita enim dicit(vt ipſis eorum verbis vtar:qui hoc ex græco tranſtulerunt)ars inuentrix:& iudicatrix & enunciatrix decente ornatu ſecundum menſionẽ eius quod in quoq; poteſt ſumi perſuaſibile in materia ciuili. Itemq; Cornelius Celſus:qui finem rhetorices ait dicere perſuaſibiliter in dubia vel ciuili materia.Quibus ſunt nõ diſſimiles : qui ab aliis traduntur : qualis : eſt ille. Vís dicendi : & eloquendi de rebus ciuilibus ſubiectis ſibi cum quadam perſuaſione: & quodam corporis habitu eorum : quæ dicet pronunciatione.Mille alia:ſed aut eadem:aut ex eiſdem compoſita : quibus item cum de materia rhetorices dicẽdum erit reſpondebimus. Quidam eam neq; vim:neq; ſciẽtiam:neq; artem putauerunt: Séd Critolaus vſum dicendi.Nam hoc τριβὴ ſignificat . Atheneus fallendi artem.Pleriq; autem dum pauca ex Gorgia Platonis,a prioribus imperite excerpta legere,contenti:nec hoc totum nec alia eius volumina euoluunt in maximum errorem inciderunt:creduntq; eum in hac eſſe opinione : vt rhetoricen non artem:ſed peritiam quandam gratiæ ac voluptatis exiſtimet: & alio loco ciuilitatis particulę ſimulachrum:& quartam partem adulationis:q; duas partes ciuilitatis corpori aſſignet medicinam & quam interpretantur exercitaricem: duas animo legalem,atq; iuſtitiam.adulationem autem medicinæ vocet:coquorum artificium:& exercitatricis mangonum:qui colorem fuco:& verum robur inani ſagina mentiantur:legalis cauillatricem:iuſtitię rhetoricen.

Et ſentẽtiam ſuam retinere.Inepta penitus locutio vnde cum Valleñ. legam⁹ vt Raphael:& ſententiam eius.ſ.iudicis ducere &c.Nã & ipſum.lego cũ Valleñ.nam & ipſe Ariſtoteles dicit in primo lib.rhetoricæ.Et alij ſunt.cum Valleñ.lego:& alijs qui &c. Non iiſdem tamen verbis :ſic cum Valleñ.non tantũ legam:quia vult eãdem ſententiam a diuerſis ſed alijs verbis expreſſam. Theodorus vim:in Valleñ.eſt Eudórus.Popularem autem compræhendendo tantum &c.ſic & Valleñ. Ciuiles demum.j ſolum. Laudatiuam.j. demõſtratiuã. Secundum mentionem:ſcribo cum Valleñ.menſionem a metiendo.j.menſuram.Quibus ſunt non diſſimiles:ſubaudi fines:qui.ſ.fines.j. diffinitiones ab alijs traduntur: vt ille. Vis &c.j. Rhetorice eſt vis &c. Mille alia. Abſolute dicit.de finibus tamen ſeu diffinitionibus loquens.Nanq; hoc τριβὴ ſignificat. Sic Aldus cum Raphaele.

tauit.Eã diſputationẽ Plato Socratis diſcipulus literis commendauit:Gorgiamq; dialogum ipſum appellauit.In quo quidẽ Plato non oẽs vituperat oratores:ſed eos dũtaxat : qui ſine vllo delectu quicquid libuerit:ſiue bonum ſit:ſiue malum:quacũq; ratione auditoribus perſuadere conantur:Gorgiæ autem leontini dialogi collocutores ſunt Callicles Gorgiæ ipſius diſcipulus. Socrates.Cherephon Polus alter Gorgiæ diſcipulus : & gorgias ipſe. ¶ Et alio loco ciuilitatis particulæ ſimulachrum: Particulæ legendum eſſe conſtat. Contra gorgiam vero rhetoreſ illa a ſocrate dicta fuere. Ciuilitas autem quæ græce πολίτεια dicitur: eſt ratio quædam ciuiliter: ac recte honeſteque viuendi: cui⁹ ſpecies quinq; a Platone eſſe dicuntur.Aliam enĩ Δημοκρατίαν hoc ẽ popularem vocat:quam in iis eſſe ciuitatibus ait: in quibus ad imperiũ multitudinis geritur res ciuiq; nutu magiſtratus eliguntur: & pro illius arbitrio leges feruntur.Aliam ἀριστοκρατίαν vbi neq; diuites:neq; pauperes : neq; nobilitate vel gloria illuſtres dominantur: verum ii ſoli. qui ſunt in ciuitate optimi rem administrãt. Aliam ὀλιγαρχίαν quãdo a cenſibus magiſtratus eliguntur. Diuites enim pauperibus ſunt pauciores.Aliam μοναρχίαν quæ in regnum tyrãnidemq; diuiſa eſt. Regnũ autem aliud ſecundum legem eſſe: vt Carthaginenſium: quippe quod annũ eſſet. Aliud ſecũdum gen⁹ vt Lacedæmoniorum : & Macedonum:habent enĩ regni ſtirpem aliquã. Tyrannidem vero dici cũ im pulſi:& vi adacti ciues iugum dominatiõis admittunt. Ciuilitatem autem ex quatuor partibus conſtare ait:medicina & gymnaſtica:hoc eſt exercitatrice : quæ corpori attribuuntur.Iuſtitia & legibus.quæ animo,Porro medicinæ quinq; ſpecies eſſe ſcribit. Aliam quippe dici ἰατρικήν :quæ morbos medicamenti exhibitione curet:aliam chirurgicam: quæ ſectione & vſtione ſanet:tertiam diæticen:quę ſola victus ratione. & ordine morbos arceat.Quartam νοσογνωμονικήν:id eſt morbos coniectantem:quæ ex celeri morborum diſcretione ægris ſuccurrat. Quintam βοηθητικήν hoc eſt ad

Regnũq
plex.

Medicin
quot.Iu
genera q

iustricem quæ strenuo auxilio doloribus continuo liberet. Iustitiæ autem tria genera esse ait: eorumq; primum circa deos: alterum circa homines. tertium circa defunctos versari. Legis præterea duplicem esse distributionem: alteram quippe scriptam: alteram non esse scriptam: priorem illam esse ciuilem. Quæ vero non est scripta: eam a natura & vsu proficisci: vt nudum in forum pergere: ac veste fœminea vti nulla scripta lege prohibetur. Sola id naturalis lex vetat. ℭ Adulationem autem medicinæ vocet: vt coquorum artificium: & exercitatricis mangonū. Vt particula. vtpote sensui molesta expungatur.

Quę omnia sunt quidem scripta in hoc libro dictaq; a Socrate: cuius persona videtur plato significare qd sentiat. Sed alii sunt eius sermones ad coarguendos qui contra disputant compositi: quos ἐλεγτικοὺσ vocant: alii ad pręcipiēdū qui Δογματικοὶ appellantur. Socrates autem: seu Plato: eam quidem: quæ tum exercebatur: rhetoricē talē putat: nā & dicit his verbis τοῦτομ τὸμ τρόπομ ὅμ ὑμεῖσ πολιτεύεσθε. Nō veram autem & honestam intelligit. Itaq; disputatio illa contra Gorgiam ita clauditur: ὀυκοῦμ ἀμάγκη τὸμ ῥητορικὸμ Δίκαιομ εἶμαι τὸμ Δὲ Δίκαιομ βούλεσθαι Δίκαια καὶ πράσσειμ ad quod ille quidem conticescit: sed sermonem suscipit Polus iuuenili calore inconsideratior: contra quem illa de simulacro: & adulatione dicuntur. Tum Callicles adhuc concitatior: qui tamen ad hanc perducitur clausulā τὸμ μέλλοντα ὀρθῶσ ῥητορικὸμ ἔσεσθαι Δίκαιομ ἄρα Δεῖ εἶμαι καὶ ἐπισήμομα τῶμ Δικαίωμ: vt appareat platoni nō rhetoricē videri malum: sed eam veram: nisi iusto: ac bono non contingere. Adhuc autem in phędro manifestius facit hanc artem consummari citra iustitiæ quoq; scientiam non posse: cui opinioni nos quoq; accedimus. An aliter defensionē Socratis: & eorum: qui pro patria ceciderant laudem scripsisset. quæ certe sunt oratoris opera sed in illud hominum genus: quod facultate dicendi male vtebatur inuectus est. Nam & Socrates inhonestam sibi credidit orationem: quam ei Lysias reo composuerat: & tum maxime scribere litigatoribus: quæ illi pro se ipsi dicerent: erat moris: atq; ita iuri: quo non licebat pro altero agere: fraus adhibebatur. Doctoresq; eius artis parum idonei Platoni videbantur: qui rhetoricen a iustitia separarent. & veris credibilia præferrent. Nam id quoq; dicit in phædro. Consensisse autem illis superioribus videri potest etiam Cornelius Celsus: cuius hæc verba sunt. Orator simile tantum veri petit. Deinde paulo post. Non enim bona conscientia: sed victoria litigantis est pmium. Quæ si vera essent, pessimorum hominum foret hæc tam perniciosa nocentissimis moribus dare instrumenta: & nequitiam præceptis adiuuare. Sed illi rationem opinionis suę viderint. Nos autem ingressi formare perfectum oratorem: quem in primis esse bonum virum volumus: ad eos: qui de hoc opere melius sentiunt reuertamur. Rhetoricen artem quidam eandē ciuilitatem esse iudicauerunt. Cicero scientiæ ciuilis partē vocat. ciuilis autem scientia idem quod sapientia est. Quidam etiam philosophiæ: quorum est Isocrates. ¶Huic substantię maxime conuenit finitio: rhetoricen esse bene dicendi sciētiam. Nā & orationis omnes virtutes semel complectitur: & protinus mores etiam oratoris: cum bene dicere non possit: nisi bonus. Huic eius.

ma.

¶ Quantalibet enim vis ingruat, aliquid fortasse pati necesse sit: nihil, facere. sic Valla legit, & recte: nec est quicq̄ in sentētia pulcherrima obscurum: sic enim colligitur: nullus est in deliberando ei quod necessarium sit locus: quantalibet enim vis. i. violentia & coactio ingruat: necesse sit, fortasse aliqd pati: nihil sup. necesse sit facere. i. nemo cogitur facere: autem. i. sed: deliberatur. i. deliberatio & consultatio fit: de faciendo: & non de patiendo. Verum quidem videtur q; nullus cogatur facere: quia qui cogit id facit non qui cogitur: vt si manui capti alligetur facula: & sic aedibus appellatur: non minus incendiū faceret appellens q̄ si ipse faculam teneret. loquitur enim de principali agente non de instrumento. Interdum tamen deliberatio fit de patiendo: sed vna cum ea de faciendo: vt Iudaei sabbato obsessi deliberabant an mori an pugnare praestaret. Praeterea si necessarium accipiatur pro eo quod fit per timorem qui etiam in virum constantem cadere potest: facile inuectu erit vis ad faciendum: vt ad deditionē faciendā: vbi nulla spes arcis seruandę aut vitae. vt de dedēdo capitolio consultare coacti fuissent Romani nisi se auro redemissent. Sed forte Fabius sic probet nullum cogi simpliciter ad faciendum. nam aut honestum est ad quod cogatur: aut inhonestum. si honestum nō sit obsistēdum: sin inhonestum non sit faciendum: quia potius esset moriendum: mori autem pati est. Sed vtcūq; sententiam suā tueatur author: quia ea est quam exposui, nō est inuertenda lectio: videndum enim est grammatico quid auctor dicat, non quid probare possit. Manifeste autem hoc loco declarat mentem suā Fabius de qua necessitate loquatur: subdens Q; si hanc vocēt necessitatē &c. Si ei q pater vult fieri. Non si verū sed legēdū cū Vallensi: & ita est: nō esse ne statim bis ponatur sine causa. Apud plerosq; qui talia tractant: vt apud Aristotelem in rhetorica ad Alexandrū: nec refert, apud plerosq; an a plerisq; legatur. Est quidem. sic Vallen. habet vt Raphael habendum censet. Habet etiam instituēdis ludis: sed si instruendis haberet nescio an mutarem: nam instruūtur ludi: dū apparātur. Habet & neminē. Sed si ibi nō sit: nec puto Fabium scripsisse si id nō fit: & propter sonū ineptū & propter sensum minus cohęrētē. Vult enī probare theatrū esse vtile: q a i eo est nō inutilis laborū remissio & deformis sit & icōmoda cōflictatio turbę si remissio laborū nō sit ibi. i. in theatro: posset enī et alibi: sed nō sine cōflictatione q̄ in theatro vbi sediū discre

tio nulla eſt. non ergo id ſed ibi legam: ſed ſiue ſit ſiue ſit non magni curem. Vbi vero ſcripſit Raph. Martia= nus. xl. de re militari: Valla adnotauit Marcus. Vtrum ſit melius: ſed quid ſit optimum. Hinc vt opinor Valla ſumpſit elegantiam comparatiui inter duo quorũ vtrum ſit queſitiuum: & ſuperlatiui inter plura duobus quorum quis quæ quid interrogatiuum. Quod vero multo ſudore ſe inueniſſe innuit Raph. Vallẽſi codex aperte habet & per quid: non propter quid.

ℭEſt vtilitatis: & in tempore queſtio. expedit: ſed non nunc. Et in loco: non hic. Et in perſona. non nobis: non contra hos. Et in genere agendi: non ſic. Et in modo: non in tantum. Sed perſo= nam ſæpius decoris cauſa intuemur: quæ & in nobis: & iis: qui deliberant: ſpectanda eſt. Itaq; quis exempla plurimum in con= ſiliis poſſint: quia facillime ad conſentiendum homines ducun= tur experimentis: refert tamen: quorum auctoritas: & quibus adhibeatur. Diuerſi ſunt enim deliberantium animi: duplex conditio. Nam conſultant: aut plures: aut ſinguli: ſed in vtriſ= q; differentia: quia & in pluribus multum intereſt: ſenatus ſit: an populus. Romani: an fidenates. græci: an barbari. & in ſin= gulis Catoni petendos honores ſuadeamus: an. C. Mario. De ra= tione belli Scipio prior: an Fabius deliberet. Proinde intuenda ſexus dignitas: ætas. Sed mores præcipue diſcrimen dabunt. Et honeſta quidem honeſtis ſuadere facillimũ eſt. Si vero apud turpes recta obtinere conabimur: ne videamur exprobrare di= uerſam vitæ ſectam cauendum eſt. & animus deliberantis: non ipſa honeſti natura: quam ille non reſpicit: permouendus: ſed laude, vulgi opinione: et ſi parum proficiet hæc vanitas: ſecu= turã ex his vtilitatem: aliquanto vero magis obiiciẽdo aliquos: ſi diuerſa fecerit metus. Nam præter id: q; his leuiſſimi cuiuſq; animus facillime terretur: neſcio an etiã naturaliter apud plu= rimos plus valeat malorum timor: q̃ ſpes bonorum: ſicut faci= lior eiſdem turpium q̃ honeſtorum intellectus eſt. Aliquando bonis quoq; ſuadentur parum decora: dantur parum bonis cõ= ſilia: in quibus ipſorum: qui conſulunt: ſpectatur vtilitas. Nec me fallit: quę ſtatim cogitatio ſubire poſſit legentem. Hoc ergo præcipis! & hoc fas putas! Poterat me liberare. M. Cicero qui ita ſcribit ad Brutum: propoſitis plurimis quæ honeſte ſuaderi Cæſari poſſent. Sim ne bonus vir: ſi hæc ſuadeam! minime: Sua ſoris enim eſt finis vtilitas eius cui quiſq; ſuadet. At recta ſunt! quis negat! ſed nõ eſt ſemper rectis in ſuadẽdo locus. Sed quia eſt altior queſtio: nec tm̃ ad ſuaſorias pertinet: deſtinatus eſt mi= hi hic locus duodecimo: qui ſummus futurꝰ eſt, libro. Nec ego quicq̃ fieri turpiter velim: verũ interim hæc: vel ad ſcholarum exercitationes pertinere credãtur: nã & iniquorũ ratio noſcẽda eſt: vt melius æqua tueamur. Interim ſi qs bono inhoneſta ſua= debit: meminerit non ſuadere tãq̃ inhoneſta: vt quidam decla= matores Sext. Pompeiũ ad pyraticã propter hoc ipſum: q; tur= pis ac crudelis ſit: impellunt. Sed dãdus illis deformibus color: idq; etiam apud malos nec enim eſt quiſq̃ tam malus: vt videri velit. Sic Catilina apud Salluſtium loquitur: vt rem ſceleratiſſi= mã non malitia: ſed indignatione videatur audere. Sic Atreus

RAPH.

ℭEt animus deliberantis non ipſa honeſta natura. Honeſti ꝓ honeſta: vt na= tura honeſtatis intelliga= tur: legendum eſt. ℭDe ra= tione belli Scipio prior an Fabius deliberent. Litera n expuncta deliberet legen= dum eſſe: ne dubitandum eſt quidem. Hoc vero de hi= ſtoria ſumptum. Nam vt narrat Ti. Liuius: contro= uerſia fuit inter Fabium & Scipionẽ: qua ratione bel= lum cum Carthaginenſi= bus foret adminiſtrandũ: hoc eſt. In Italia ne: an in Aphrica eſſet gerendum. ℭEt ſi parũ ꝓficiet hęc va= nitas ſecutura ex his vti= litatem. Vtilitate eraſa in litera legendum eſt. ℭAt recta ſunt. Obiectio hæc nulla eſt: niſi negatio aſcri= batur hoc modo. At recta non ſunt. Sed dandus eſt illis deformibꝰ color. Pro= babilem facti cauſam græ= ci Χρωμα: latini colorem vocant. Vnde apud Iuue= nalem adultera ſic rogat Quintilianum. Dic Quin= tiliane colorem. ℭQuibꝰ ſunt cura famæ: conſeruan= dus eſt hic vel ambitus. Aliqua ꝑfecte in quibuſdã exemplaribus legitur hoc modo. Quibus ſunt aliqua cura famæ. Qui enim ali= quam famæ curam habẽt: hoc ambitu laborant: vt boni ſaltem videantur: q̃= uis non ſint. Vel autem pro ſaltem eleganter poni= tur. ℭQuare & cum Cice= roni dabimus conſilium: vt Antonium roget. Hæc quoq; ſunt themata vul= gatarum apud priſcos de= clamationũ: quarum diui= ſiones: ſentẽtiæ: atq; colo= res a Seneca fuere collecti. Earum vero themata ſunt hæc. Deliberat Cicero: an M. Antoniũ depcet. Deli= berat Cice. an ſcripta ſua pburat: pmittẽte Antonio incolumitatẽ: ſi id feciſſet. Vel.

s inbo cõtra: malã li: mitur.

¶ Nam quæ in alijs libertas in alijs licẽtia vocatur. Hinc aperte colligitur li= bebertatẽ in bonam: licentiam vero in malam accipi partem: vnde etiã Terẽtius. Deteriores omnes sumus licentia. Aliquãdo tamen etiam in bonã accipi videtur: vt apud Sallustiũ in Iugurtino. Romam legatos ire iubet agẽdarum rerum: & quocunq; modo componendi licentiam illis permittit. Apud iurisconsultos quoq; huiusmodi inueniũtur locutiones. Data est mihi licentia eundi: & redeundi. ¶ Ideoq; lõge mihi videntur difficillimę prosopopeiæ: prosopopeiæ confictiones personarum interpretantur: qualibus non oratores modo & historici: sed poetæ quoq; frequentissime vtũtur: vt Vergilius Sinonis personam ita effingit: vt nihil ad proditoris mores adijci posse videatur. ¶ Vel q; duplicis est operis. Loco operis mihi operæ legendum videtur: hoc est laboris. Non solum enim dicẽda excogitare oratorẽ oportet: sed inuenta quoq; fictę personæ accommodare. ¶ An eodem modo cogitauit: an eandem personã inducit Cicero. Induit e litera expuncta legendũ mihi videtur.

opeia

apud Varum. Iam fero (inquit) infandissima: iam facere cogor. Quanto magis eis: quibus fuit † cura famæ: cõseruãdus est hic vel ambitus. Quare: & cũ Ciceroni dabimus consilium: vt Antoniũ roget: vel etiam: vt Philippicas (ita vitam pollicente eo) exurat: non cupiditatem lucis allegabimus. Hæc enim: si valet in animo eius: tacẽtibus quoq; nobis valet: Sed vt se reipublicæ seruet: hortabimur. Hac illi opus est occasione: ne eum talium precum pudeat: & C. Cæsari suadentes regnũ: affirmabimus stare iam rempu. nisi vno regente: non posse. Nam qui de re nefaria deliberat: id solum quærit: quomodo q̃ minimũ peccare videatur. Multum refert etiam quæ sit persona suadentis: quia anteacta vita: si illustris fuit: aut clarius genus: aut ætas: aut fortuna affert expectationem. Prouidendũ est: ne quæ dicitur ab eo qui dicit: dissentiant. At iis contraria summissiorem quẽdam modũ postulant. Nã quæ in aliis libertas est: in aliis licẽtia vocatur. Et quibusdã sufficit auctoritas: quosdã ratio ipsa ęgre tuetur. Ideoq; longe mihi videntur difficillimę prosopopeiæ: in quibus ad reliquũ suasoriæ laborem: accedit etiã personæ difficultas. Nãq; vnũ & idẽ aliter Cæsar: aliter Cicero: aliter Cato suadere debebit. Vtilissima vero hęc exercitatio: vel q; duplicis est † opis: vel q; poetis quoq;: aut historiarũ futuris scriptoribus plurimũ confert. Verũ & oratoribus necessaria. Nã sunt multę a græcis latinisq; cõpositæ orationes: quibus alii vterentur: ad quorũ conditionẽ vitãq; aptanda: quæ dicebãtur fuerũt. An eodem modo cogitauit: aut eãdẽ personã induit Cicero cũ scriberet. Cn. Pompeio: & cum. C. † Domitio cęterisve: ac non vnius cuiusq; eorũ fortunam: dignitatem: res gestas intuitus! omniũ etiam: quibus vocem dabat: imaginem expressit: vt melius quidem: sed tamen ipsi dicere viderentur!

aliqua — operis — Appio

ASCENSIVS.

¶ Non ipsa honesta natura. Vallen. quoq; honesti habet. Permouendus ad rem honestam quidem licet alio incitabulo: alioqui non fuerit oratoris officiũ illũ permouisse. Et si parum proficiet hæc vanitas secutura &c. Aldus vt Raphael monet impressit: Vallen. autem codex cui vni plurimũ accedo: habet secuturam vtilitatem: ad quam lectionem probandã inducor particula vero cum dicit aliquanto vero magis &c. nam ea ordinem esse innuit. Et si hæc vanitas quæ ex laude & opinione vulgi ad permouendos animos tyrannorum facere solet: parum proficiet: proficiet sup. obiiciendo vilitatem secuturam ex his quæ suademus: vero pro sed; proficiet aliquanto magis obijciendo aliquos metus si fecerit diuersa. s. ab iis quæ suademus. At recta sunt! Sic Vallen. totam autem sententiam peruertat illud non quod Raphael censet apponendum. Nam sensus est: dictum est q; Cicero si ea suadeat Cæsari minime sit vir bonus: at recta sunt! Respõdet quis negat recta esse! q. d. nullus: sed non est semper rectis in suadendo locus. Si enim prius dixisset At recta non sunt: quomodo subiungeret: sed non est &c. Vt videri velit. s. malus: hoc est autem qđ oratori obijci solet q; mala & turpia adhibito colore bona & honesta apparere faciat nec potest qui talia facit haberi vir bonus: nisi ad bonum finem (qui difficilis inuentu sępe est) id faciat. Quibus fuit cura famę. non admodũ videtur necessaria particula aliqua quam Raph. apponendam censet: Vallen. tamen non habet. Duplicis est operis: sic quoq; Vallen. habet: nec male si opus pro negocio & labore accipiatur: vt æneí. vj. hoc opus: hic labor est. Et cum C. Domitio. Vallen. habet Appio. Induit autem non inducit scriptum habet.

RAPH.

¶ Quæ ex historijs cõpositæ certius agentiũ nominibus continẽtur. Certis u litera expuncta nemo non videt esse legendũ. ¶ Neq; ignoro plerunq; exercitationis gratia poni & poe=

¶ Nec minus vitiosa est oratio: si ab homine: q̃ si a re: cui accommodari debuit: dissidet. Ideoq; Lysias optime videtur in iis quæ scribebat indoctis: seruasse veritatis fidem. Enimuero præcipue declamatoribus considerandum est: quid cuiq; personæ conueniat. qui paucissimas cõtrouersias ita dicunt vt aduo

cati.plerũq; filii:patres:diuites:senes:asperi:lenes:auari:deniq;
superstitiosi:timidi:derisores fiunt:vt vix comoediarum actori
bus plures habitus in pronũciando concipiendi sint:q̃ iis in di
cendo.quæ omnia videri possunt prosopopeiæ:quas ego suaso
riis subieci:quia nullo alio ab iis q̃ persona distant. ℭq̃ hoc ali
quando etiam in controuersias ducitur:quæ ex historiis com

Certis.

positæ † certius agentium nominibus continentur.Neq; igno
ro plerunq; exercitationis gratia poni & poeticas & historicas:
vt Priami verba apud Achillem:aut Syllæ dictaturam deponẽ
tis in concione.Sed hæc in partem cedent trium generum:in

Vendicare.

quæ causas diuisimus.Nam & rogare †: indicare:rationem red
dere:& alia de quibus supra dictum est:varie: atq; vt res vult:
in materia iudiciali:deliberatiua:demonstratiua solemus. Fre
quentissime tamen in his vtimur ficta personarũ:quas ipsi sub
stituimus:oratione: vt apud Ciceronem pro Cælio in Clodiã:
& Cęcus Appius:& Clodius frater:ille in castigationem:hic in

Rationem amotum.

† hortationem † morum compositus alloquitur.Solẽt in scholis
fingi materię ad deliberãdũ similiores cõtrouersiis:& ex vtroq;
genere commixtæ:vt cum apud.C.Cęsarem consultatio de pœ
na Theodoti ponitur.Constat enim accusatione:& defensione
causæ:quod est iudicialiũ proprium . Permixta autẽ est:& vti
litatis ratio.An pro Cæsare fuerit occidi Pompeium:an timen
dum a rege bellum:si Theodotus sit occisus:an id minime op
portunum hoc temporę:& periculosum:& certe longum sit fu
turum.Quęritur:& de honesto:deceat ne Cæsarem vltio Pom
peii:an sit verendum ne peiorem faciat suarum partium cau
sam:si Pompeium indignum morte fateatur.Quod genus ac
cidere etiam veritati potest.Nõ simplex autem circa suasorias
error in plerisq; declamatoribus fuit:qui dicẽdi genus in his di
uersum atq; in totum illi iudiciali contrarium esse existimaue
rũt.Nam & principia abrupta:& concitatam semper orationẽ

Iudicialis.

& in verbis effusiorem(vt ipsi vocant)cultum affectauerunt:
& earum breuiores vtiq; commentarios q̃ † legalis materiæ

Furioso.

facere elaborarunt.Ego porro vt procemio video nõ vtiq; op⁹
esse suasoriis:ppter quas dixi supra causas:ita cur initio † furio
se sit exclamandum non intelligo:cum proposita consultatione
rogatus sententiam:si modo est sanus:non quiritet:sed q̃ maxi
me potest ciuili & humano ingressu mereri assensum deliberã
tis velit.Cur igitur torrens:& vtiq; æqualiter concitata sit in
ea dicentis oratio:cum vel præcipue moderationem: rationẽq;
consilia desiderent?Neq; ego negauerim sępius subsidere in cõ
trouersiis impetũ dicẽdi procemio:narratione:argumẽtis : quẽ
si detrahas:id fere superit:quo suasoriæ constant. Verũ id quo
q; æqualius erit:non tumultuosius:atq; turbidius. Verborum
autem magnificentia non validius est affectanda suasorias de

Magis.

clamantibus:sed cõtigit † magnis.Nam & personæ fere magnæ
fingentibus placent regum,principum:populi:senatus : & res
ampliores,ita cum verba rebus aptentur:ipso materiæ nitore

ticas historias. Enim par
ticula mihi hunc sensui de
esse videtur. Superioris nã
q; dicti rationẽ reddit Fa
bi⁹. Et similiter copula est
ascribenda : ac historicas c
litera ascripta legendũ hoc
modo. Neq; enim ignoro
plerunq; exercitatiõis gra
tia poni & poeticas: & hi
storicas. Sic autem legen
dum esse facile quæ sequun
tur exẽpla declarant. ℭ Vt
priami verba apud Achil
lẽ: Priami verba ad Achil
lem quibus Hectoris cada
uer rogat: qui plene videre
cupit: legat vigesimumter
tium iliados librum. Qui
bus autẽ verbis Sylla fue
rit vsus in deponẽda in cõ
ciõe dictatura in ipsius vi
ta scribit Plutarch⁹. ℭ Vt
apud Ciceronem pro Cæ
lio in Clodiã & Cæcus Ap
pius: & Clodius frater ille
in castigationẽ: hic in ora
tionem morum composi
tus alloquitur. Qui oratio
nem Ciceronis pro Cælio
legent: facile diiudicabit &
rationem o prima litera ex
puncta: & amorum a lite
ra ascripta esse legendum.
ℭ Vt cum apud Cæsarem
consultatio de pœna Theo
doti ponitur. Hæc quoq;
materia de historia est sum
pta de qua in commenta
riis Cæsaris plura. Theo
dotus autem rhetor fuit
Chius: qui persuasit Ptole
mæo: vt Pompeium cura
ret interficiẽdum: ea vsus
sententia. Hominem mor
tuum nõ mordere. ℭ Nõ
simplex autem suasorias
error. Circa præpositio est
ascribenda: vt legatur: cir
ca suasorias. ℭ Et earũ bre
uiores vtiq; commentari
os q̃ legalis materiæ facere
elaborarũt. Legalis quidẽ
legitur: sed cum de toto iu
diciali genere verba faciat
forsitan iudicialis rectius
legeretur. Huic autem cor
rectioni Fabius ipse paulo
post accedere videtur. Sic
enim scribit: inueniet enĩ
nec in consiliis abrupta ini
tia: & concitatius sępe in iu
diciis dictum: & verba a
ptata rebus in vtroq; gene

Theod fuerit.

clarescit. Alia veris cōsiliis ratio est. Ideoq; Theophrastus q̄ maxime remotum ab omni † affectione in deliberatiuo genere voluit esse sermonem: secutus in hoc auctoritatem præceptoris sui: q̄q̄ dissentire ab eo non timide solet. Namq; Aristoteles idoneam maxime ad scribēdum demonstratiuam: proximamq; ab eo iudicialem putauit, videlicet quoniam prior illa tota esset ostentationis: hæc secunda egeret artis vel ad fallendum: si ita poposcisset vtilitas: consilia fide: prudentiaq; constarent. Quibus in demonstratiua consentio. Nam & omnes alii scriptores idem tradiderunt. In iudiciis autem consiliisq; secundum conditionem ipsius quæ tractabitur rei accommodandam dicendi credo rationem. Nam & philippicas Demosthenis iisdem quibus habitas in iudiciis orationes video eminere virtutibus. Et Ciceronis sententiæ & conciones, non minus clarum q̄ est in accusationibus ac defensionibus eloquentiæ lumen ostendunt. Dicit tamē de suasoria idem hoc modo. Tota autem oratio simplex: & grauis: & sententiis debet ornatior esse q̄ verbis. Vsum exemplorum nulli materiæ magis conuenire merito fere omnes consentiunt: cum plerūq; videantur respondere futura pręteritis: habeaturq; experimentum velut quoddam rationis testimonium. Breuitas quoq; aut copia non genere materiæ: sed modo constat. Nam vt in consiliis plerunq; simplicior quæstio est: ita sæpe in causis minor. Quæ omnia vera esse sciet: siquis non orationes modo: sed historias etiam (Namq; in his conciones, atq; sententiæ plerumq; suadendi ac dissuadendi funguntur officio) legere maluerit q̄ in commentariis rhetorum consenescere. Inueniet enim nec in consiliis abrupta initia: & concitatius sæpe in iudiciis dictum: & verba aptata rebus in vtroq; genere: & breuiores aliquando causarum orationes q̄ sententiarum. Ne illa quidem in iis vitia deprehendet: quibus quidā declamatores laborant: q & contrasentientibus inhumane cōuiciantur: & ita plerunq; dicunt: tanq̄ ab iis qui deliberant vtiq; dissentiant. Itaq; obiurgantibus similiores sunt q̄ suadentibus. Hæc adolescentes sibi scripta sciant ne aliter q̄ dicturi sint exerceri velint: & in desuescendis morentur. Cęterum cum ad uocari cœperint in consilia amicorum, dicere sententiam in senatu: suadere: siquid consulet princeps: quod pręceptis fortasse non crediderunt: vsu docebuntur.

Affectatione.

re: & breuiores aliquando causarum orationes q̄ sententiarum. ℂ Ita cur initiū furioso sit exclamandū nō intelligo. Ne hic quidem locus errore caret q̄uis sic fere legatur mihi autē pro furioso videtur: esse legēdū furiose. ℂ Cum proposita consultatione rogatus sententiam: si modo est sanus non queruret. Quiritet prima cum i litera scripta legēdum est non queritet: vt in exemplaribus scriptum deprehenditur. Est autē quiritare Quiritum fauorem summo clamore implorare. ℂ Ideoq; Theophrast⁹ q̄ maxime remotū ab omni affectione in deliberatiuo genere voluit esse sermonem. Pro affectione mihi videtur legendum esse affectatiōe. Aperte enim significat Fabius ex sententia Theophrasti: atq; Aristotelis verborum effusiorem cultum in consultationib⁹ ac deliberationibus non esse affectandum. ℂ Accommodandam dicendi credo orationem. Rationem legendum esse statis constat. ℂ Et Ciceronis sententiæ: & conciones. Ciceronis sententias Fabius vocat orationes: quas Cicero in senatu habuit: cōciōes vero quas ad populū: qualis sunt pro lege Manilia. ℂ Tota autē oratio simplex & grauis. Hæc in partitionibus oratorijs legūtur. ℂ Vsū exēplorum nonnulli materiæ magis cōuenire merito fere omnes consentiunt. Aut non particula est expūgēda: aut vlli legendum: vt sit aut nulli materiæ: aut non vlli: quod in idem recidit. ℂ Et in dissuadendis morentur. Pro dissuadendis mihi desuescendis legēdum videtur: perinde: ac si si disceret dediscendis.

are qd

cōcione differat

Certius agentium noībus. Sic Vallēn. & Aldinus & cæteri fere codices habent: quare sic legam licet Raphael aliter sentiat: vt sit quæ continentur nominibus agentiū certius sup. cęteris. Neq; ignoro plerūq; exercitationis gratia poni & poeticas & historicas: sic Vallēn. quē licet solus ita habeat: sequar. Nam sensus est. Neq; ignoro cōtrouersias poni plerūq; exercitatiōis gratia & poeticas. i. fabulosas: vt priami verba apud Achillem iliados xxiii. & historicas vt Syllæ dictaturā deponentis in concione. Non eñ historiæ: sed fabulæ & argumenta adducuntur poeticæ. bene ergo monet Raphael legendū & poeticas & historicas. Verum illud enim: quod addi vult vt sit. Neq; eñ ignoro: non addidero: cū quia Vallēn. non habet: tum q; non præcedentis causam affert: sed obiectionem tacitam purgat: quod declarat illud quod sequitur. Sed hæc in partem cadent &c. Nam & rogare: indicare &c. Vallēn. habet vendicare: sed ita videtur repositum. Hic in rationem morum: Vallēn. habet hortationem: quæ est contraria castigationi. vnde eam lectionē teneam. Nec amorū sed

morũ legam. Apud. C. Cæsarẽ consultatio vt Valla adnotauit, in commẽtarijs Cæsaris li.xij. Habet Vallẽ. Non simplex autem circa suasorias. Nam & si principia. delenda est particula si: quã nõ Vallẽ. sed Raphaelis codex habuit. Habet autem legalis materiæ. Vbi Raphaeli iudicialis placet scribi. Ego porro vti &c. Vallẽ. habet vt: sed idem volunt: nisi q vti forte verbum esse quis putet. Sane prooemio ablatiui est casus: suasorijs datiui. Ita cur initio furioso sit exclamandum. sic Vallẽ. quidem habet: sed Raphael vult legendum: Ita cur initium furiose sit exclamandum. Ego vtroq; modo & fere pro eodem legi putem. Nã cui exclamandũ est initio furioso illi initium est furiosum. & is initiũ exclamat furiose: malim tamen legere initio furiose. vt exclamandum sit gerundiuus modus. Bene autem sentit Raphael quiritet legendum: licet Vallẽ. codex queritet habeat. Quæ si detrahas. lego cum Vallẽ. quem. s. impetum. Sed contingit magnis: sic Vallẽ. alij magis legũt. Ab omni affectione: sic quoq; Vallẽ. Licet affectatione Rap. placeat. Nanq; Aristoteles &c lib. iij. rhetoricorum, vt adnotauit Valla. Cuius codex habet dicendi rationem non orationẽ. Dicit tamen. s. in libr. de partitionibus vt adnotauit Valla cuius codex habet: nulli materiæ &c. desuescẽdis idẽ codex habet.

## De partibus causarum iudicialium. Cap. XI.



NVnc de iudiciali genere: quod est præcipue multiplex: sed officiis constat duobus: intentionis: ac depulsionis. cuius partes: vt plurimis auctoribus placuit: quinq; sunt: prooemium: narratio: probatio refutatio: peroratio. His adiecerũt quidam partitionem: propositionem: excessum: quarum priores duæ probationi succedunt. Nam proponere quidem: quæ sis probaturus: necesse est: sed & concludere. Cur igitur: si illa pars causæ est: non & hæc sit? Partitio vero dispositionis est species: ipsa dispositio pars rhetorices: & per omnes materias: totumq; earum corpus ęqualiter fusa: sicut inuentio: elocutio. Ideoq; eam non orationis totius partem vnam esse credendum est: sed quęstionũ etiam singularũ. Quę nãq; est quæstio: in qua non †promittere possit orator: quid primo: quid secundo: quid tertio sit loco dicturus? quod est proprium partitionis. Quã ergo ridiculum est: quæstionem quidem speciem esse probationis: partitionẽ autem: quæ sit species quæstionis partem totius orationis vocari? Egressio vero: vel (quod vsitatius esse coepit) excessus siue est extra causam: non potest esse pars causæ: siue est in causa: adiutorium: vel ornamentum partium earum est: ex quibus egreditur. Nam si quicquid in causa est: pars causę vocabitur: cur non argumentum: similitudo: locus communis: affectus: exempla partes vocentur? Tamen nec iis assentior: qui detrahunt refutationem tanq̃ probationi subiectam: vt Aristoteles Hæc enim est, quæ constituat: illa, quæ destruat. Hoc quoq; idẽ aliquatenus nouat: q prooemio non narrationem subiũgit: sed propositionem. Verum id facit: quia propositio gen⁹: narratio species videtur: & hac non semper: illa semper & vbiq; credit opus esse. Verum ex his: quas constitui partibus: non vt quicq; primum dicendum, ita primum cogitandum est. Sed ante omnia intueri oportet quod sit genus causæ: quid in ea quæratur: quid prosit: quid noceat: deinde quid confirmandum sit: atq; refellendum: tum quomodo narrandum. Expositio enim probationum est præparatio: nec esse vtilis potest: nisi prius constiterit: quid debeat de probatione promittere. Postremo intuendũ quemadmodum iudex sit conciliandus. Nec enim nisi totis cau

prętmittere

RAPH.

¶ Nũc de iudiciali genere. Iudicialium causarum diuisionem ita subijcit vt varias priscorum rhetorum de earum partibus opiniones exponat: quibusq; non assentitur: pspicue refellit. ¶ Sed officijs constat duobus intentionis: ac depulsionis. Intentio est oratio crimen debitumve alicui obijciens. Depulsio est oratio qua crimen debitumve obiectũ repellim⁹. ¶ Quę est quæstio in qua non promittere possit orator. Cum dicti superioris assignet rationem: nãq; particula; mihi ascribẽda videtur vt legatur. Quæ nanq; est quæstio. ¶ Sed ante omnia intueri oportet: quid sit causæ genus. Quod non quid legendum esse facile est videre. Nõ enim quid sit causæ genus cõsiderat orator: cum sibi agenda causa proponitur sed quod sit causæ ipsius ppositæ genus: hoc est demonstratiuum: an deliberatiuum: an iudiciale. ¶ Quid in ea quęratur hoc est: quæ sit in ea quæstio: & status. ¶ Nam vt conferri materiam omnez: & quid quoq; sit opus constare debet. Oportet verbum mihi videtur ascribendũ nec non loco ablatiuus adijciẽdus hoc modo. Naz vt cõferri materiã omnem oportet: & qd quoq; loco sit op⁹ constare. Hoc autem idem & Cicero in primo rhetoricorum præcipit. In rhetoricis autez ad Herenniũ peruerse de exordijs prius q̃ de statibus præcepta tradunt. Ex quo vel solo facile colligitur opusculuz illud non esse Ciceronis. ¶ Nec

Intentio

Depulsio

Argumẽ
rhetoric
herenni
ronis ne

sæ partibus diligenter inspectis: scire possimus: qualem nobis facere animum cognoscentis expediat: seuerum, an mitem: concitatum, an remissum, aduersum gratiæ, an obnoxiū. Nec ideo tamen eos probauerim, qui scribendum quoq; procemium nouissime putant. Nam vt conferri materiā omnem & quid cuiq; sit opus costare debet: anteq̄ dicere aut scribere ordiamur: ita accipiendum ab iis: quæ prima sunt. Nam nec pingere quisq; aut fingere cœpit a pedibus. Nec deniq; ars illa consummatur ibi: vnde oriendum est. Quid fiet alioquin si spatium componē di orationem stylo non fuerit? nonne nos hæc inuersa consuetudo deceperit? Inspicienda igitur materia est: quo præcipimus ordine, scribenda: quo dicimus.

De generibus iudicialium causarum. Cap. XII.



Aeterum causa omnis: in qua pars altera agētis est: altera recusantis aut vnius rei controuersia constat: aut plurium. Hæc simplex dicitur, illa coniuncta. Vna controuersia est per se furti, per se adulterii. plures aut eiusdē generis: vt in pecuniis repetundis: aut diuersi: vt si quis sacrilegii: & homicidii simul accusetur: quod nunc in publicis iudiciis non accidit: quoniam prætor certa lege sortitur: principum autem: & senatus cognitionibus frequens est: & populi fuit. Priuata quoq; iudicia sæpe vnum iudicem habere multis & diuersis formulis solent: nec aliæ species erunt: etiam si vnus a duobus duntaxat eandem rem, atq; ex eadem causa petet: aut duo ab vno: aut plures a pluribus: quod accidere in hæreditariis litibus interi scimus: quia q̄uis in multis personis: causa tamen vna est, nisi conditio personarum quæstiones variauerit. Diuersum his tertium genus: quod dicitur comparatiuum cuius rei tractatus in parte causę frequens est: vt cum apud centumuiros post alia quæritur & hoc: vter dignior hæreditate sit. Rarum est autem vt in foro iudicia propter id solum constituantur: sicut diuinationes: quæ fiunt de accusatore constituendo & nonnunq̄ inter delatores: vter præmium meruerit. Adiecerunt quidam numero mutuam accusationem: quæ ἀντικατηγορία vocatur: aliis videlicet succedere hanc quoq; comparatiuo generi existimantibus: cui similis erit petitionum inuicem diuersarum: quod accidit vel frequentissime. Id si & ipsum vocari debet. ἀντικατηγορία, (nam proprio caret nomine) duo erūt genera eius: alterū, quo litigatores idem crimen inuicem intentant: alterum quo aliud atq; aliud, cui & petitionum conditio par est. Cum apparuerit genus causæ: tum intuebimur: negetur ne factum, quod intenditur: an defendatur: an alio nomine appelletur: an a genere actionis repellatur: vnde sunt status.

deniq; ars illa consummatur: ibi vnde ordiendum est. Vlla legendum esse nemo dubitat.

ASCENSIVS.

Quæ est quæstio. Siue nunq; ascribatur siue non susq; deq; ferā. Vallen. non ascripsit: dubitem autē an præmittere pro pmittere sit legēdū: sed & Vallen. pmittere h3. eo q; ptientes quodāmodo pmittūt. Qd sit causę gen⁹ Vallen. h3. Quę psint. Vallen. h3 qd psit: qd noceat. Idē h3 qd cuiq; sit op⁹ cōstare debet aut decet dubiū enī est: nec qcq̄ sit videt addēdū. h3 vlla nō illa.

RAPH.

Cæterū causa omnis. Causarum iudicialium diuisionem ita subiicit Fabius: vt multa iis adiiciat q̄ a Cicerone variis in locis de hac eadē re traduntur. ¶ Quoniam prætor certa lege sortitur. Hoc est prætor determinata lege de homicidio vel sacrilegio: similibusve iudicia constituit. ¶ Priuata quoq; iudicia sæpe vnū iudicem habere multis & diuersis formulis solēt. Formulæ dicuntur conceptiones quædam petitionum qui nūc libelli vulgo appellantur: Vnde & formularii sunt dicti. ¶ Sunt diuinatiōes. q̄ fiunt de accusatore constituendo. Diuinatio: vt inquit Pędianus: dicitur oratio: in qua non de facto quęritur coniectura: sed de futuro: quæ est diuinatio: qualis est pria in verrem: vter debeat accusare Cicero: An Cecilius. ¶ Alii ideo putant diuinationem dici: q; iniurati iudices in eiusmodi causa sedeant: & quod velint decernere de vtroq; possint: alii q; res agatur sine testibus & sine tabulis: & his remotis argumenta sola sequātur iudices: & quasi diuinent. ¶ Quæ ἀντικατηγορία vocatur, ἀντικατηγορία recriminatio transferri potest. Sed dicitur mutua accusatio: cuius duas esse species Fabius pspicue exponit. ¶ Duo ergo erunt ge

Nisi conditio personarum quæstiones variauerit: vt in petitione hęreditatis

a notho.abdicato:& hęredi inſtituto ſupra viſum eſt. Sane legendum eſt variant vt Vallen̄. Habet:non narrauerit.duo ergo erunt genera eius.Redundat ergo,nec eſt in exemplo Vallen̄. eſt. Par litera s eraſa legendum eſſe manifeſtius eſt:q̄ vt ſit admonendum. ℂ An a genere actionis. Vnde ſunt ſtatus. Repellatur aſcribendum eſt:vt ſit. An a genere actionis repellatur.

nera eius. Ergo particula: vt redundans mihi videtur expungenda ℂ Cu & petitionum conditio pars

## Quid,& quæ ſit quæſtio ratio:iudicatio continens:& quatenus neceſſaria. Cap.XIII.

Quæ.

Quæſtio.



His inuentis intuendum deinceps Hermagorę videt̃ †qd ſit q̄ſtio:ratio:iudicatio:cōtinēs: id eſt συνέχον vel vt alii vocant: firmamentū. Quæſtio latius intelligitur omnis:de qua in vtranq; partem:vel in plures dici credibile poteſt.In iudiciali autem materia dupliciter accipienda eſt,altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam,quo etiam minores omnes complectimur:altero,quo ſignificamus ſummam illam:in qua cauſa vertitur.de hac nunc loquor:ex qua naſcitur ſtatus: an factum ſit:quid factum ſit:an recte factum ſit. Has Hermagoras:& Apollodorus:& alii plurimi ſcriptores proprie quæſtiones vocant. Theodorus(vt dixi)capita generalia:ſicut illas minores:aut ex illis pendentes ſpecialia. Nam & quæſtionem ex quæſtione naſci:& ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit. Hanc igitur quæſtionem veluti principalem vocant ζήτημα. Ratio autem eſt:qua id quod factum eſſe cōſtat:defenditur.& cur nō

Ratio.

vtamur eodem:quo ſunt vſi fere omnes exemplo! Oreſtes matrem occidit.hoc conſtat:dicit ſe iuſte feciſſe:ſtatus erit qualitatis.quæſtio:an iuſte fecerit.Ratio q; Clytēneſtra maritum ſuum patrem Oreſtis occidit.hoc αἴτιον dicitur.κρινόμενον autem iudicatio.An oportuerit vel nocentem matrem a filio occidi.Quidam diuiſerunt αἴτιον & αἰτίαν:vt eſſet altera:propter quam iudicium cōſtitutum eſt:vt occiſa Clytemneſtra:altera qua factum defenditur:vt occiſus Agamemnon.Sed tanta eſt circa verba diſſenſio:vt alii αἰτίαν cauſam iudicii αἴτιον autem facti vocent:alii eadem in contrarium vertant.Latinorū quidam hæc initium:& rationem vocauerunt:quidam vtrūq; eodem nomine appellant.Cauſa quoq; ex cauſa:id eſt αἴτιόν ἐξ αἰτίου naſci videtur:quale eſt,occidit Agamemnonem Clytemneſtra:quia ille filiam communem immolauerat:& captiuā pellicem adducebat.Idem putant:& ſub vna quæſtione plures eſſe rationes:vt ſi Oreſtes:& alteram afferat cauſam matris necatæ:q; reſponſis ſit impulſus.Quot autem cauſas faciendi totidem iudicationes.Nam & hæc erit iudicatio:an reſponſis parere debuerit.Sed & vna cauſa plures habere quæſtiones:& iudicationes(vt ego arbitror)poteſt:vt in eo:qui cum adulteram depręhenſam occidiſſet:adulterum:qui tum effugerat:poſtea in foro occidit.Cauſa eſt vna:adulter fuit:queſtiones & iudicationes:an illo tempore:an illo loco licuerit occidere. Sed ſicut:

Iudicatio.

His inuentis. Hermagorę diligētis quidem rhetoris affectatam ſubtilitatē: ac in particulas nimium minutas conciſionem primū exponit Fabius: deinde repræhendit adeo aperte:vt nihil enarratione ſit opus. ℂ Quid ſit quæſtio. Quæ non quid mihi legendum videtur. Non enim definitionem quæſtionis rationiſq;:& quæ ſequuntur inueſtigādam oratori:vt Hermagoras:ſed eſſe intuendum quæ in cauſa propoſita ſit quæſtio, quæ ratio:& quæ ſequuntur. Vt autem hæc oratori ſunt cōſideranda:ſic rhetori definienda. ℂ Quæſtio latius intelligitur omnis. Quæſtio vt inquit Boetius:eſt in dubitationem ambiguitatēq; adducta propoſitio:vt ſi q̄ratur An terra ſit nec ne,rotunda. ℂ Et ſpeciem in ſpecies diuidi conuenit: Dialectici quidē in indiuidua ſpeciem diuidunt:in alias vero ſpecies diduci nō poſſe aiunt: niſi loco generis ponatur:vt animal corporis animati ſpecies in hominem:leonem:equum diuiditur:Homo vero in alias ſpecies diuidi non poteſt. Cæterum Fabius ſpeciem pro genere poſuiſſe videtur. ℂ Hanc igitur quæſtionem veluti principalē ζήτημα vocant: ζήτημα quæſtio dicitur ἀπὸ τοῦ ζητεῖν hoc eſt a quærendo. ℂ Hoc αἴτιον dicitur αἴτιον cauſa tranſfertur: vt αἰτία. Sunt enim euſdem rei noia diuerſa. q̄q̄ nōnulli aſſerāt ea differre. Sed Fabius eorum opinionē improbare videtur κρινόμενον ad verbum interpretatur iudicatū ἀπὸ τοῦ κρίνειν: hoc eſt a iudicando. ℂ Vt in eo:qui cum adulteram depræhenſam occidiſſet. Hoc videtur eſſe thema declamatoriū tametſi

Quæſti

cum sint plures quæstiones omnesq; suos status habeant: causæ tamen status vnus sit: ad quem referentur omnia: ita iudicatio maxime propria: de qua pronunciatur. σύμεχον autem quod vt dixi continens alii: firmamentum alii putant: Cicero firmissimam argumentationem defensoris: & appositissimam ad iudicationem. Quibusdam id videtur, post quod nihil quæritur: quibusdam id quod ad iudicationem firmissimũ affertur. Causa facti non in omnes controuersias cadit. Nam quæ fuerit causa faciendi: vbi factum negatur? At vbi causa tractatur negant eodem loco esse iudicationem: quo quæstionem: idq; & in rhetoricis Cicero: & in partitionibus dicit. Nam & in coniectura est quęstio ex illo: factum: non factum: an factum sit, vbi ergo iudicatio? vbi q̃stio: qa in eadem re prima quæstio: & extrema disceptatio. At in qualitate matrẽ Orestes occidit: recte. nõ recte: an recte occiderit: quæstio: nec statim iudicatio. quando ergo? Illa patrem meum occiderat: sed non ideo tu matrem debuisti occidere: an debuerit: hic iudicatio. Firmamentum autem verbis ipsius ponam: si velit Orestes dicere eiusmodi animum matris suæ in patrem suum: in seipsum, ac sorores: in regnum: in famam generis: ac familiæ: vt merito ab ea pœnas liberi sui potissimum petere debuerint. Vtũtur alii & talibus exemplis. Qui bona paterna consumpserit ne concionetur: in opera publica cõsumpsit: quæstio: an quisquis consumpserit: prohibendus sit. iudicatio an qui sic: velut in causa militis aurunci: qui Lusium tribunum vim sibi inferẽtem interfecit: quæstio an iure fecerit. ratio: q̃ is vim afferebat. iudicatio: an indemnatum: an tribunum a milite occidi oportuerit. Alterius etiam status quæstionem: alterius iudicationem putant. Quęstio qualitatis an recte Clodium Milo occiderit: iudicatio coniecturalis: an Clodius insidias fecerit. Ponunt & illud, sępe causam in aliquam rem dimitti: quę nõ sit propria quęstionis: & de ea iudicari: A quibus multum dissentio. Nam & illa quęstio: an omnes: qui paterna bona consumpserint: concione sint prohibendi: habeat oportet suam iudicationem: ergo non alia quęstio: alia iudicatio erit: sed plures quęstiones & plures iudicationes.

vera quoq; causa forsitan fuit. Lege enim cauetur: vt qui adulterum cum adultera depræhẽderit: dũ vtrũq; corp⁹ iterficiat sine fraude sit. Quidam adulterum cum adultera depræhensum domi interficere non potuit: adulteram autem e vestigio interfecit. Adulterum deinde in foro inuentũ occidit. ¶ σύμεχον autẽ quod: vt dixi. σύμεχον p̃prie continens interpretatur. Nam συνέχω cõtineo significat. varijs autem nominibus a latinis rhetoribus appellatur. ¶ Quibusdam id: quod ad iudicationem firmissimaz affertur. Firmissimum legenduz esse constat. ¶ Aut vbi causa tractatur. At legẽdum est: q̃uis exemplaria refragentur: ita sensu exposcente. ¶ Iudicatio: an qui si velut in causa militis Aurunci. Sic litera castigata legendũ esse facile sensus indicat: vt sit: An qui sic cõsumpserit. ¶ Velut in cã militis Auruci. Hoc thema declamatoriũ sumptum est de historia: de qua Cicero in oratione pro Milone. Extat autẽ & Fabij super hoc declamatio. Cuius hoc est thema. Bello cymbrico miles Marianus stuprum sibi inferre conantem tribunũ militum propinquũ Marij occidit. Reus est cædis apud imperatorem,

ASCENSIVS.

Quid sit quæstio. Sic Vallen. habet: & quia & quæstionem & rationem & cætera describit: quid sit poti⁹ q̃ quæ sit legam. Species autem quas specialissimas vocant in species diuidi nequeunt: sed subalternę. quæ respectu superiorum species sunt: respectu specierum inferiorum genera. Verum quia diuiduntur non vt species sed vt genera media: non negem speciem pro genere quodammodo cepisse fabium. Aitia ratio, causa, accusatio. confirmatio dicitur. Q2 responsis. i. oraculis sit impulsus. Apollo eñ respondit debere eum occidere matrẽ: vt est apud Euripidem in Orest. sic Valla. Quot autem causas sup. constituunt. Cicero sup. finit: aut dicit esse firmissimũ &c. id autem in rhetoricis vt Valla notauit facit. An qui sic velut in causa. Vallen. sic nõ si habet. Sane militem illum a Mario absolutum declarat Vale. maximus.

Quid? non in causa Milonis ipsa coniectura † refertur ad qualitatem. Nam si est insidiatus Clodius sequitur: vt recte sit occisus. Cum vero in aliquam rem missa causa: est recessum a quæstione: quæ erat constituta, hic quæstio: vbi iudicatio est. Paulũ in his secum etiam Cicero dissentit. Nam in rhetoricis (quemadmodum supra dixi) Hermagoram est secutus: in topicis ex Refertur.

¶ Quid? non in causa Milonis ipsa coniectura referatur ad qualitatem. Refertur a litera expuncta legendum videtur. ¶ In topicis ex statu effecta in contẽtionem κριμόμενον existimat Cicer. in topicis sic inquit. Sed quæ ex statu contẽtio

statu effectam contentionem κρινόμενον existimat:idq; Trebatio qui iuris erat consultus alludens: de qua re agitur appellat quibus id contineatur continentia: quasi firmamenta defensionis: quibus sublatis defensio nulla fit. At in partitionibus oratoriis firmamentum: quod opponitur defensioni quia continens quod primum fit: ab accusatore dicatur: ratio a reo: ex rationis & firmamenti quæstione disceptatio fit iudicationum: Verius igitur & breuius qui statū: & continens: & iudicationē idē esse voluerunt. Continens autem id esse: quo sublato: lis esse non possit: hoc mihi videtur vtrāq; causam complecti: & q̄ Orestes matrem: & q̄ Clytemnestra Agamemnonem occiderit. Idem iudicationem: & statum consentire semper existimant. Nec enim aliud eorum rationi conueniens fuisset. Verum hæc affectata subtilitas circa nomina rerum ambitiose laboret: a nobis in hęc assumpta solum: ne parum diligenter inquisisse de opere: quod aggressi sumus: videremur. Simplicius autem instituenti non est necesse per tam minutas rerum particulas rationem dicendi concidere. Quo vitio multi quidem laborauerūt: præcipue tamen Hermagoras: vir alioqui subtilis: & in plurimis admirandus: tantum diligentiæ nimium sollicitæ: vt ipsa eius reprę hensio laude aliqua non indigna sit. Hæc autem breuior: & vel ideo lucidior multo via: nec discentem per ambages fatigabit: nec corpus orationis in parua momenta diducendo consumet. Nam qui viderit quid sit quod in controuersiam veniat: quid in eo: & per quæ velit efficere pars diuersa quid nostra (quod in primis intuendum) nihil eorum ignorare: de quibus supra diximus poterit. Nec est fere quisq̄, modo non stultus: atq; ab oī prorsus vsu dicēdi remotus: quin sciat: & qd litē faciat: qd ab illis causa, vel continens dicitur: & quæ sit inter litigantes q̄stio: & de quo iudicari oporteat: q̄ oīa idē sūt. Nā & de eo q̄stio est: quod in cōtrouersiā venit: & de eo iudicat: de quo q̄stio est. Sed nō perpetuo intēdimus in hęc animū: & cupiditate laudis vtcunq; acqrendę: vel dicēdi voluptate euagamur: quādo vberior semp extra cām materia est: qa in cōtrouersia pauca sunt extra, oīa: & hic dicitur de iis: q accepimus: illic de quibus volumus. Nec tam hoc præcipiendum est: vt quæstionem, continens, iudicationem inueniamus (Nam id quidem facile est) q̄ vt intueamur semper: aut certe si digressi fuerim⁹ saltem respiciamus: ne plausum affectātibus arma excidāt. Theodori schola (vt dixi) oīa refert ad capita. Iis plura intelligūtur. Vno modo summa q̄stio. Itē vt status: altero cęterę: quę ad summā referanf: tertio propositio cū affirmatione: vt dicimus caput rei est apud Menādrū κεφάλαιον ἐστι. In vniuersum autem quicquid probandū est erit caput: sed id maius, aut minus. Et qm̄ quæ de his erant a scriptoribus artiū tradita verbosius etiam q̄ necesse erat exposuimus: præterea quæ partes essent iudicialium causarum dictum est: proximus liber principia id est exordia ꝯcipiet.

Continens.

Causa vel continens.

Caput.

Incipiet.

Diducere fit.

efficitur eā κρινόμενον grę ci vocant, mihi placet: quoniam quidem ad te scribo: qua de re agif vocari. Quibus aūt hæc: qua de re agitur: continetur: continētia vocentur: quasi firmamenta: quibus sublatis defensio nulla sit. ¶ Verius igitur & breuius: qui statum & continens: & iudicationem esse voluerunt. Idem pronomē forsitā est ascribēdū: vt legaf. Idē esse voluerūt. Innuit eīm Fabius statum: & continens: & iudicationē: q̄uis noīa sint diuersa: idem tñ significare. ¶ Nec corpus oratiōis in parua mometa deducēdo consumet Diducendo legēdum est: vt intelligatur diuidendo. ¶ Nec tamē hoc præcipiendum est. Tā vltimis duabus literis erasis legendum esse: q̄ particula quę sequitur: eiq; respōdet: facile declarat. ¶ Aut certa si digressi fuerimus: certe legendū esse clare patet. Admonet autem Fabius oīa quęcūq; ab oratore dicūtur ad iudicationē eē referēda.

ASCENSIVS.

Ipsa cōiectura refertur: Vallēn. habet referatur. Idem esse voluerunt. habet Laurentianus codex: nec si desit particula idem: integer sensus permanserit. Ambitiose laboret. i. volo aut p mitto vt laboret ambitiose circa nomina rerum. Tā tum diligentiæ nimium sollicitę: repete vir: vt sit vir tantū diligentiæ sollicitæ nimiū. i. tantū in hoc vituperandus q̄ nimis sollicite diligens. Diducēdo Vallēn. habet: h3 aūt nisi: vbi malim non legere. Nec est fere quisq̄ modo nisi stult⁹: vt sit modo. i. hoc tpe nisi stultus: cū potius dicā: modo. i. dūmodo sit nō stult⁹. Nec tā hoc, sic Vallēn. habet: nō tamen. Q̄ vt intuamur: sic Vallēn. sed alij intueamur scripserunt. vt Aldus i p̄ssit: vnde nō seruarur id quo i præcipit versiculus. Dic tuor inspicio: tueor defendere dico. Aut certe si digressi fuerim⁹: sic

quoq; Vallen. non certa continet. Proximus liber prima & exordia concipiet. Sic Raphaelis & vulgati aliorum codices hñt: verū Vallen. prima .i. exordia. quomodo & Aldus impressit: nisi q̄ nō concipiet sed incipiet posuit in quo ab aliis omnibus discrepat: forte non temere nisi q̄ mitior fiat hiatus. Sane mihi legendū videtur: non prima sed principia: nam statim post præfationem in principio primi capitis dicturus est auctor. Quod principium latine vel exordium dicitur &c.

Raphaelis Regii in deprauationes quarti libri oratoriæ Quintiliani institutiōis annotationes.

PErfecto. M. Victori. Attentum maxime reddit lectorem hoc ꝓlogo Fabius dicens & maiorē sibi sollicitudinē iniūctam q̄ quæ iudiciū hominum mereatur: & quæ sequuntur maiora: ac difficiliora iis esse: quæ in superioribus libris sunt tradita. Idcircoq; se merito hoc loco potissimum inuocare numen Domitiani Imperatoris: vt sibi dexter: ac propitius adesse velit. Primus autem huius præfatiōis sensus ita mihi cōfusus esse videtur: vt vix percipi possit nisi vnius verbi emēdatione illustretur: ac quę legatur nō quale. Si autē emereatur quoq; legeretur nihil ambiguitatis sensus haberet. Maiorē enim sollicitudinē sibi ait accessisse: q̄ quæ iudiciū humanū mereat. hoc est quæ nō ab hominibus: sed ab ipso Domitiano qui deus appellari volebat: sit iudicanda. ¶ Cum vero mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotū delegauerit curā. Falluntur hoc loco q̄dam: qui asserunt Fabium Quintilianū a Domitiano imperatore nepotibus sororis suæ curatorem datum: longāq; de tutore: atq; curatore narrationem a iurecōsultis sumunt. Hoc em̄ Fabius non ait: sed curā nepotum instituendorū sibi ab imperatore fuisse demādatam scribit. Hinc vero: vt alia omittam: aperte colligitur: expositiones eas: in quibus istiusmodi ineptiæ leguntur: minime ad Laurentiū Vallam acerrimo iudicio virū esse referendas. ¶ Q; si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse. Hac elegantia sæpenumero latini oratores

a pulchrā
æ linguæ
atiam.

M. Fabii Quintiliani de institutione oratoria Libri quarti: qui de exordio, narratione, egressione, propositione, partitione est. Prologus.



PErfecto Marcelle Victori operis tibi dedicati tertio libro: & iā quarta fere laboris parte transacta: nouę insuper mihi diligentiæ causa: & altior sollicitudo: † quale iudicium hominum emererer, accessit. Adhuc em̄ velut studia inter nos cōferebamus: & si parū nostra institutio probaretē a cæteris: contenti fore domestico vsu videbamur: vt tui, meiq; filii disciplinam formare satis putaremus. Cum vero mihi Domitianus Augustus sororis suæ nepotum delegauerit curam: non satis honorē iudiciorum cælestium intelligam: nisi ex hoc oneris quoq; magnitudinem metiar. Quis enim mihi aut mores excolendi sit modus: vt eos non immerito probauerit sanctissimus censor? aut studia: ne fefellisse in his videar principem: vt in omnibus: ita in eloquentia quoq; eminentissimum? Q; si nemo miratur poetas maximos sæpe fecisse: vt non solum initiis operum suorum musas inuocarent: sed prouecti quoq; longius: cum ad aliquem grauiorē venissent locum: repeterent vota: & velut noua precatione vterentur: mihi quoq; profecto poterit ignosci: si quod initio: quo primum hanc materiam inchoaui non feceram: nunc omnes in auxilium deos: ipsumq; in primis quo neq; præsentius aliud: neq; studiis magis † proprium numē est inuocem: vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aspiret: dexterq;, ac volens adsit: & me qualem esse credidit, faciat. Cuius mihi religionis non hæc sola ratio quæ maxima est alioqui: sed sic procedit ipsum opus: vt maiora preteritis: ac magis ardua sint quæ ingredior. Sequitur enim: vt iudicialiū causarum: quæ sunt maxime varię, ac multiplices: ordo explicetur: qd̄ prooemii officium: quę ratio narrandi: quę probationum sit fides, seu proposita confirmamus, seu contradicta dissoluimus: quanta vis in perorando: seu reficiēda breui repetitione rerum memoria est iudicis, siue affect⁹ (quod est longe potentissimū) commouendi. De quibus partibus singulis quidam separatim scribere maluerūt velut onus totius corporis veriti: & sic quoq; compluris de vna quaq; earum libros ediderunt: quas ego omnes ausus contexere prope infinitum mihi laborem prospi-

Q; quæ

Propitium

Hoc libro tractanda.

cio: & ipsa cogitatione suscepti muneris fatigor. Sed durãdum est: quia cœpimus: et si viribus deficiemur: animo tamen perseuerandum.

putabat:quale eſt cum.C. Varenus:qui a familia † anchariana Anchariana
occiſus eſt:hoc quaeſo iudices diligẽter attendite. Vtiq́ ſi mul
tiplex cauſa eſt:ſua quibuſq́ partibus danda praefatio eſt:vt]au
dite nunc reliqua:& tranſeo nunc illuc.Sed in ipſis probationi
bus multa funguntur procemii vice:vt facit Cicero pro Cluen
tio:dicturus contra cenſores:pro Murena cum Seruio ſe excu
ſat. Verum id frequentius eſt:q̃ vt exemplo confirmandum ſit.
Quoties autem procemio fuerimus vſi:tum ſiue ad expoſitio

nem tranſibimus:ſiue protinus ad probationem: id debebit in principio poſtremum eſſe:cui commodiſſime iungi initium ſequentium poterit. Illa vero frigida & puerilis eſt in ſcholis affectatio:vt ipſe trãſitus efficiat aliquam vtiq; ſententiam. Et huius velut præſtigiæ plauſum petat:vt Ouidius laſciuire in metamorphoſi ſolet:quem tamen excuſare neceſſitas poteſt,res diuerſiſſimas in ſpeciem vnius corporis colligentem. Oratori vero:quid eſt neceſſe ſurripere hanc tranſgreſſionem:& iudicem fallere?qui vt ordini rerum animum intendat: etiam commonendus eſt. Peribit enim prima pars expoſitionis ſi iudex nõdũ narrari ſciet. Quapropter:vt non abrupte cadere in narrationem:ita non obſcure tranſcendere eſt optimum. Si vero longior ſequetur ac perplexa magis expoſitio:ad eam ipſam præparandus iudex erit:vt Cicero ſæpius:ſed hoc pcipue loco fecit. Paulo longius exordium rei demonſtrandæ gratiæ repetam: quod quæſo iudices:ne moleſte patiamini. Principiis enim cognitis:multo facilius extrema intelligetis. Hæc mihi fere ſunt de exordio comperta.

Affectio.

Ouidius notatur.

ad perſonã alterius:q̃ eius ad quẽ loquimur. Aut quãta. Vallẽ. habet qua tãta. Habet etiã per hãc figuraʒ. Et Demoſthenes autẽ ad Aeſchinẽ &c. ſic oẽs hñt:eſt tñ rarus ſermo. Et aũt: qui cõſuetior ſit ſi legaẽ. Et Demoſthenes quidẽ:ſed nihil mutandũ duxi ſine auctore:nã ſi nõ eẽt particula & recte dictũ nemo dubitet: ea aũt ad ornatũ ſpectat geminata in principijs: Nã reſpicit ad illud. Et Marc⁹ Tullius &c. id addidi:ne temere q̃ non ſunt ad captuʒ noſtrũ mutem⁹. Cũ p alijs Sic Vallẽ. non tũ. Ad Tuberonẽ: repete orationem cõuertit. Hoc tñ idicaſſet: hoc.ſ.modo:indicaſſet tñ.ſ.ſi vſus fuiſſet eo. vnde nõ dixi indicauit q̃ a nõ eſt eo vſus:ſicut dixit: preſſit atq; inſtitit illo.ſ.quo vſus eſt. Si flexum illi mutaueris. Sic & Aldinus & Vallẽ. codex habet. vidi tñ alterũ impreſſum qui illũ habuit: Sed paruũ refert:nã ſi illi.ſ. Demoſtheni flexum mutaueris:mutabis & illum quẽ tenuit. Niſi cui illa diuina. ſic Raphael & quidã alij. Aldus tñ & Valla ſicui legunt: vt ſit. Sicui illa diuina ironia diſciplicet:diſciplebunt etiã multa alia. Nã alia exordiorũ vitia &c. Sane de illa ironia adnotauit Valla quæ Raphael allegat:ſed quia non plene repetã ea. Nõ ait Quintilianus ironiam eſſe in illo quod modo dicebat:habes igitur Tubero: Sed in illo aliquanto ſuperiore cũ inquit. Quid eñ agebat aliud illa ironia:hoc eſt nouũ crimen. C. Cæſar:& ante hunc diẽ inauditũ. Q; ſi negas hic eſſe ironiã:ne ratiõibus (quę tamẽ aptę ſunt) agam:lege Romanum aquilam de ſchematibus (qui neſcio an æqualis. an poſterior Quintiliano fuerit) afferentem ex hoc loco Ironiæ exemplũ. Hoc ideo non tacui q; in duobus ſuis operibus Quintilianũ de hac ipſa re trapezuntius repræhendit: profecto ſus mineruam. Q; q̃ de illo loco inter figuras Quintilianus ita ait. Nõ procul abeſt ab hac ſimulatione confeſſio nihil nocitura, qualis eſt: Habes Tubero &c. Vt ſi ſit præparatus: Vallẽ. habet. Quale eſt, cum. C. Varrenus qui a familia anchariana &c. ſic omnes quos quidem vidi pręter Laurentianum codicem qui tũ habet & anchiriana. Ego ſiquid mutare auſim, legendum putẽ. Quale eſt Ciceronis pro. C. Vareno &c. In ſcholis affectio, ſic Vallẽ. ſed melius legatur affectatio. Habet Valla vt opinor rectius ac alij quę Raphael non tetigit. Vtiq; ſi multiplex. Iungi initium ſequentium poterit. pro quibus alij habent vbi ſi multiplex. & iungi initium conſequentium poſſet. Adnotauit aũt Valla in trãſitu faciendo mirabilem gratiam Valerio maximo eſſe: qui exempla diuerſa iucunde pariter & grauiter connectit. Habet quoq; Vallẽ. codex. Oratori vero quid eſt neceſſe? q. d. nihil: vbi quidam quod in pſſerunt non ſatis accurate. Sed hoc præcipue loco.ſ. pro cluentio. Sic autem legendum puto: aut non ſępius. ſed hoc loco fecit. Veruʒ quia cõfirmat id faciendum: malim legere vt impreſſi.

De narratione. Cap. II.



MAxime naturale eſt:& fieri frequentiſſime debet:vt præparato, per hæc quæ ſupra dicta ſunt,iudice,res de qua pronunciaturus eſt: indicet. Ea eſt narratio. In qua ſciẽs trãſcurram ſubtiles nimium diuiſiones quorundã: plura eius genera facientium. Non enim ſolam volũt eſſe illam negocii (de quo apud iudices quæritur) expoſitionem:ſed perſonæ:vt Marcus Acilius Palicanus humili loco picẽs magis loquax:q̃ facundus. Loci: vt Oppidũ eſt in Helleſponto Lampſacum iudices. Temporis: vt Vere nouo gelidus canis cum mõtibus humor Liquitur. Cauſarum:quibus hiſtorici frequentiſſime vtuntur:cum exponũt:

Attilius.

RAPH.

¶ Maxĩe naturale ẽ. Quæ de narratione quoq; præcepta tradit Fabius ita ſunt aperta: vt ſi mendę abſint: nihil expoſitione opus eſſe videatur. Primuʒ aũt narrationem merito ſubijci ex ordio ait. Deinde narrationis infert diuiſionem. Tuʒ vtrum ſemper narranduʒ quęrit. Et an ſemper proœmio ſubijciẽda narratio ſit: docet. Eſt autem narratio rei: de qua pronunciaturus eſt iudex expoſitio. ¶ Vt. M. Atilius Pallicanus. De Ciceronis oratione pro Cluentio deſumptũ

Narra… ſit.

vnde bellum,seditio,pestilētia. Præter hæc alias perfectas:alias imperfectas vocant:quod quis ignorat? Adiiciunt expositionē: & præteritorum esse temporum:quæ est frequentissima:& pręsentium:qualis est Ciceronis de discursu amicorum: Chrysogonus postq̄ est nominatus:& futurorum:quæ solis dari vaticinātibus potest. Nam ὑποτύπωσιν non est habenda narratio:sed nos potioribus vacemus. Pleriq; semper narrandum putauerunt:quod falsum esse pluribus coarguitur. Sūt enim ante omnia quædam tam breues causæ:vt propositionem potius habeant q̄ narrationē. Id accidit aliquādo vtriq; parti:cum vel nulla expositio est:vel de re constat:de iure quæritur:vt apud Centumuiros:filius an frater debeat esse intestato hæres. Pubertas annis:an habitu corporis æstimetur. Aut cum est quidem † in re narratiōi locus:sed aut ante iudici nota sunt omnia:aut priore loco recte exposita. Accidit aliquando alteri:& sæpius † actori causæ,vel quia satis est proponere: vel quia sic magis expedit. Satis est dixisse:certam creditam pecuniam peto ex stipulatione,legatum peto ex testamento. diuersæ partis expositio est: cur ea non debeantur. & satis est actori:& magis expedit sic indicare:dico ab Horatio sororem suam interfectam. Nanq; † ex propositione iudex crimen omne cognoscit:& ordo:& causa facti pro aduersario magis est. Reus contra tunc rationem subtrahit: cū id quod obiicit:nec negari:nec excusari potest:sed in sola iuris quæstione consistit:vt in † eum qui cum pecuniā priuatam ex æde sacra surripuit: sacrilegii reus est: confessio verecundior est q̄ expositio. Non negamus pecuniam de templo esse sublatam:calumniatur tamen accusator actione sacrilegii: cum priuata fuerit:non sacra. Vos autem de hoc cognoscitis: an sacrilegium sit admissum. Sed vt has aliquando non narrandi causas puto:sic ab illis dissentio:qui non esse narrandum existiment:cum reus:quod obiicitur:tantum negat. In qua est opinione Cornelius Celsus:qui conditionis huius esse arbitratur: plerasq; cædis causas:& omnes ambitus:ac repetundarum. Nō enim putat esse narrationem:nisi quæ summā criminis:de quo iudicium est:continet. Deinde fatetur ipse pro Rabirio Posthumo narrasse Ciceronem: † atq; ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniā:qua de re erat quæstio constituta:& in hac narratione nihil de crimine exposuit.

Iure.

Ab actore.

Et cum.

Eo.

Atqui.

est hoc exemplum. ¶ Oppidum est in Hellesponto. De quarta Cicerōis in Verrem actione sumptum est hoc narrationis principiū. Chrysogonus postq̄ est nominatus. In oratione Ciceronis pro Roscio Amerino sensus quidez hic habetur: verba vero ipsa alia leguntur. Sic enim Cicero inquit Vsq; eo animaduerti iudices eum iocari:atq; alias res agere:anteq̄ Chrysogonum nominaui:quem simul atq; attigi:statim homo se erexit mirari visus ē. Intellexi quid eum pupigisset. Iterum ac tertio nominaui:postea homines cursare vltro:& citro non destiterunt. Credo qui Chrysogono nūciarent esse aliquē in ciuitate:qui contra voluntatem eius dicere auderet:aliter causam agi:atq; ille existimauit: aperiri bonorum emptionem:vexari pessime societatem: grātiam potentiamq; eius negligi:iudices diligenter attendere:populo rem indignam videri. ¶ Nam ὑποτύπωσιν non est habenda narratio ὑποτύπωσις: designatio siue informatio dicitur:quando quid ita describitur: vt oculis cerni videatur. ¶ Quod falsum esse coarguit. Pluribus ablatiuus in quibusdam exemplaribus recte mihi ascriptus videtur hoc modo. Quod falsum esse pluribus coarguitur. Complures nāq; subiiciuntur rationes. ¶ Pubertas annis:an habitu æstimetur. Ad pubertatem æstimandam olim puerorum pudenda inspiciebantur:quam obseruationem Iustinian⁹ se sustulisse lib. quinto Codicis titu. Quando tutores vel curatores esse desinunt: his verbis testatur. Indecoram obseruationem in examinanda marium pubertate resecantes iubemus:quemadmodum fœminæ post impletos duodeciz annos omnes pubescere videntur ita mares post excessuz quatuordecim annorum pube

Vt Marcus attilius palicanus humili loco picens. Vallen. habet Acilius & humillimo loco. Vere nouo &c. Vergilianum. est exemplum e Georg. primo. De discursu amicorū. s. Chrysogoni. postq̄ eñ Cicero nominauerat Chrysogonū dicebat e vestigio amicos eius discurrere. Vt Raphael bene declarat. De Hypotyposi adnotatū est i Vallen. codice sic. Opinor Hypotyposis est illud quod in rhetoricis ait Cicero esse narrationem quæ versatur in personis. Nā inquit est huiusmodi: vt in ea simul cum rebus ipsis personarum sermones & animi perspici possint: hoc modo, Venit ad me sæpe clamitans: quid agis Mitio? cur perdis adolescentem nobis? Cur amat? Cur potat? Cur in his rebus sumptū suggeris? Vestitu nimio indulges. Nimium ineptus es. Nimium ipse est durus ꝑter æquū & bonū. Pluribus coarguitur. sic Vallen. habet. In re, sic nūc vallen. at prius iure habuit. Aldinus neq; iure neq; in re: & reuera non est magnopere

Hypotyposis.

alterutrum desiderādū. Accidit aliquando alteri & sæpius actori. Sic Aldinus habet: at Vallēn. ab actore: vt Raphael censet reponendum: sed habuit nescio quid quod est deletum post alteri. Sit tamen aldina integra est lectio ordo est: proponere. i. facere propositionem causæ sine prolixa narratione: accidit aliquādo alteri. s. partium: & sæpius actori causæ: vel quia satis est vel quia expedit sic magis. Vt satis est dixisse. peto certam pecuniā creditam. peto inquā ex stipulatione Vbi Valla. Paulus in sententiis lib. v. Obligationū firmandarū gratia stipulatiões inductæ sunt: & reliqua a Raphaele posita Cur ea nō debeant, sic Vallēn. quidam debeatur legūt, minus vere: nam ea non solam pecuniam refert: sed etiam legatum. Dico ab horatio. historiam declarat Liuius lib. ii. decadis primę. Nanque ex propositione, sic Vallēn. Aldinus & reliqui. Nanque & cum propositione. Vtraque autem lectio bona est sed aldina addit elegantiam coniunctionis & a capite bis positæ semel eum dicitur: & cum propositione: iterum cum subdit. & ordo &c. Nec si legatur cum: denotet instrumentum sed comitē: quasi dicat vna dum propositionem cognoscit: crimen quoque cognoscit. Et causa facti sic Vallēn. & reliqui fere. Vt in eum &c. Sic Vallēn. non minus grammaticę peritus quam Raphael legit. Aldus tamen in eo legit. Et vtrunque legi potest in eum i. contra eum: in eo. id est in eius causa & vt dicunt processu confessio est verecundior &c. Atque ille & negauit. Sic Vallēn. Aldinus & reliqui habent: nullus atqui: quod tamē legi posse non inficias eam: sed videtur illud atque habere nescio quid singularis elegantiæ: qualem habet &: cum dicitur & videtis annos: vt sit & tamen videtis: sic atque. i. & tamen ille & negauit &c. & in hac &c. vbi etiā eleganter præponitur &.

res existimentur: indagatione corporis inhonesta cessante. Hoc idem legitur etiam in institutiõibus titulo. Quibus modis tutela finitur. ¶ Aut cum est quidem iure narrationi locus. Sic quidem legitur: sed iure mihi ociosum: ac superfluum esse videtur. Idcirco pro iure in re esse legēdū facile contenderim. Nam interdum in re nulla est narratio. vt exposuit Fabius. Interdum est quidem in re narrationi locus: sed quia iudici res ipsa est nota: narratione supersedetur. ¶ Accidit aliquando alteri: & sæpius ad actorē causæ. Hic quoque locus tametsi ita legatur: mihi tamen corruptus esse videtur. Non enī ad actorem causæ legendū est: sed ab actore causæ: hoc est pro actore causæ. Id quod aperte exempla apposita declarant. ¶ Ex stipulatione: hic distinguendū est. Vt autem inquit Paulus in sententiis libro. v. obligationum firmandarum gratia stipulationes inductæ sunt. quæ quadam verborum solennitate concipiuntur. ita appellatæ: quod per eas firmitas obligationum obstringatur. Stipulum enim veteres firmum appellabant. ¶ Et ordo: & cuius causa facti pro aduersario magis est. Cum præpositio: vt superflua est eradenda. Causa nanque facti si exponatur pro Horatio est. Idcirco enim sororem interemit: quod eam in tanta Po. Ro. Victoria flere pro hostium cęde vidit. ¶ Et cū id: quod obiicitur. Et copula vt redundans: & superuacua est eradenda: vt legatur cū id: quod obiicitur. ¶ Vt in eum: qui cū pecuniam. In eo vt legatur grammaticæ ratio exposcit. ¶ Calumniatur tamen accusator actione sacrilegii. Nos teneri subaudiatur: si nō est ascribendum. ¶ Atque ille & negauit peruenisse ad Rabirium pecuniam. Atqui legendum videtur non atque. Opinionem enim Celsi reprobat Fabius. Confutationibus autē atqui particula maxime conuenit: Accusatus autem fuit Rabirius Posthumus quod pecuniā a rege Ptolemæo accepisset: qua senatum corrumperet.

Stipulati[...]

Sipulū ap[...] antiquos

Ego autem magnos alioqui secutus auctores: duas esse in iudiciis narrationum species existimo: alteram ipsius causæ: alterā rerum ad causam pertinentium expositionem. Non occidi hominem, nulla narratio est: conuenit. Sed erit aliqua: & interim: etiam longa circa argumenta eius criminis de anteacta vita: de causis: propter quas innocēs in periculum deducatur: aliis, quibus incredibile id quod obiicitur: fiat. Nec enim accusator hoc tantum dicit occidisti: sed quibus id probet: narrat: vt in tragoediis: cum Teucer Vlyssem reum facit Aiacis occisi: dicens inuentum eum in solitudine iuxta exanime corpus inimici cū gladio cruento: non id modo Vlysses respondet: non esse a se id facinus admissum: sed sibi nullas cum Aiace inimicitias fuisse: de laude inter ipsos certatum. Deinde subiungit. quomodo in eam solitudinem venerit: iacentem exanimem sic conspicatus gladiū e vulnere extraxerit: his subtexitur argumentatio. Sed ne illud quidem sine narratione est, dicente accusatore: fuisti in eo loco: in quo tuus inimicus occisus est: non fui: dicēdum enī vbi fuerit. Quare ambitus quoque causæ & repetundarum hoc etiam plures eiusmodi narrationes habere poterunt: † quo plura crimina. In quibus ipsa quidem neganda sunt: sed argumentis expositione contraria resistendum: & interdum singulis: in-

Narrationū species duæ.

¶ Aliis quibus incredibile id quod obiicit: fiat. Quæ copula ascribēda videt vt legatur. Aliisque: quibus. ¶ Quo plura crimina. Quæ mihi videtur esse legendū causam enim assignat: cur plures futurę sint narrationes in causis ambitus: & repetundarum. ¶ Et quibus de causis per prouinciam vniuersam: vel accusatorem: aut testem offenderit. Licet recte legi videatur plerisque: ego tamen contenderim per præpositionem eradendam: ac loco eius: vel: coniunctionem reponendam. Facile enim accidere potest: vt præses pro consule acrius tributa exigendo aliudve faciendo totam offendat prouinciam. ¶ Quem ipsi inueniri obtulerat. Muneri enim date in aliis legitur exemplaribus. Hoc autem Cice. narrat septima in verrem

terdum vniuersis. An reus ambitus male narrabit: quos parentes habuerit: quemadmodum ipse vixerit: quibus meritis fretus ad petitionem descenderit? Aut qui repetundarum insimulabitur: nonne anteactam vitam: & quibus de causis vel prouinciam vniuersam: vel accusatorem: aut testem offenderit: nō inutiliter exponet? quæ si narratio non est: ne illa quidem Ciceronis pro Cluentio prima: cuius est initium. A. Cluentius habitus: nihil enim hic de veneficio: sed de causis: quibus ei mater inimica sit: dicit. Illę quoq; sunt pertinētes ad causam: sed nō ipsius causæ narrationes: vel exempli gratia: vt in Verrem de. L. Domitio: qui pastorem: q; is aprum: quem ipsi muneri obtulerat: exceptum esse a se venabulo confessus esset: in crucem sustulit. Vel excutiendi alicui⁹ extrinsecus criminis: vt pro Rabirio posthumo. Nam vt ventum Alexandriam est iudices: hæc vna ratio a rege proposita posthumo est seruandæ pecuniæ: si curationem: & quasi dispensationem regiam suscepisset. Vel augendi: vt describitur iter Verris. Ficta interim narratio introduci solet: vel ad concitandos iudices: vt pro Roscio contra Chrysogonum: cuius pauloante habui mētionem: vel adsoluendos: aliqua vrbanitate: vt pro Cluentio contra fratres Cepasios. Interdum per digressionem decōris gratia: qualis rursus in Verrem de proserpina. In his quondam locis mater filiam quæsisse dicit. Quæ omnia eo pertinent: vt appareat: non vtiq; non narrare eum qui negat: sed illud ipsum narrare q̄d negat. Ne hoc quidem simpliciter accipiendum: quod est a me positum: super vacuam esse narrationem rei: quam iudex nouerit. Quod sic intelligi volo: si non modo factum quid sit, sciet: sed ita factum etiam: vt nobis expedit: opinabitur. Neq; enim narratio in hoc reperta est: vt tantum cognoscat iudex: sed aliquanto magis: vt consentiat. Quare etiam si non erit docendus: sed aliquo modo afficiendus: narrabimus cum præparatione quadam: Scire quidem eum in summa quid actum sit: tamē rationem quoq; facti cuiusq; cognoscere ne grauetur. Interim propter aliquē in consilium adhibitum nos repetere illa simulemus. Interim vt rei quæ ex aduerso proponatur: iniquitatem omnes etiam circunstantes intelligāt. In quo genere plurimis figuris erit variāda expositio ad effugiendum tedium audientis: Sicut me misti: & fortasse superuacuum fuerit hic commorari. Sed q̄d ego diuitius: cum tu optime noris? illud quale sit: tu scias. & his similia. Alioqui si apud iudicem: cui nota causa est: narratio semper videtur superuacua: potest videri non semper esse etiam ipsa actio necessaria.

actiōe. Vetus est inquit q̄d dicam: & propter seueritatem exempli nemini fortasse vestrum inauditum. L. Domitium prætorem in Sicilia cū aper ingens ad eum allatus esset: admiratum requisisse: quis eū percussisset: cum audisset pastorem cuiusdam fuisse: eū ad se vocari iussit: illum cupide ad prætorem quasi ad laudem: & ad præmium accurrisse. Quæsisse Domitium. Qui tantam bestiā percussisset Illum se respōdisse venabulo. Statim deinde iussu prætoris in crucem esse sublatum. ❡ Vel augendi: vt describitur iter verris. Tertia in Verrē actione sic describere iter Verris. M. Tullius ingreditur. Nam vt iste profectus est: quacunq; iter fecit eiusmodi fuit: non vt legatus po. ro. sed vt quædam calamitas p̄uadere videretur: & quæ sequuntur prolixiora q̄ vt hic sint describenda. ❡ Sed aliquādo magis: vt consentiat. Aliquanto. d. expuncta ac. t. ascripta legendum est.

ASCENSIVS.

De anteacta vita: de causis &c: alijs sup. causis. quib⁹ &c. Aldus apposuit causis: sic: alijs causis quibus: Raphael censetq; apponendam vt sit alijsq; quibus. ego vt vtrāq; particulā subaudiri non negem: ita neutrā ab auctore appositam putem: quippe qui parcissimus sit in repetendis vocabulis intellectu facilib⁹. præsertim cum Laurentianus codex neutram habeat. Sed quibus id probet. j. probare possit. Caue legas probat Quo plura crimina. sic oēs habēt: vt sit hoc. j. tanto: quo. j. quanto. In quibus. s. causis ambitus & repetūdarum: ipsa. s. crimina neganda sunt: sed resistendum argumentis. j. approbationibus criminum expositione contraria. Per prouinciam sic Valla legit. Aldus autem erasa per præpositione: prouinciam impressit: ego aut Aldum aut Raphaelem potius sequar: nam non est verosimile accusatorem aut testem per totam prouinciam offensum: quod si quando contingat: raro tamē: exempla aūt danda de iis quæ frequentius. Vel igitur prouinciam vniuersam: si mandata senatus executus fuerit, vel luxum nimium repressent: &c. Quem ipsi muneri: sic Vallēn. Contra fratres Cepasios. Vallēn. habet circa. Ad solucndos. j. recreandos: Vallēn. quoq; soluendos habet: sed Aldus resoluendos impressit: ego Vallēn. sequar.

Sed aliquanto magis vt consentiat. Sic Aldinus: & meo quidē iudicio recte vt monet Raphael: licet Vallensis aliquando habeat: quasi aliquando & non semper praestet iudicem consentire q̄ cognoscere. In quo genere plurimis figuris erat variandi expositio ad effugiendum tędium cum sint nota audienti. Sic quidē oēs: sed Vallēn. codex expunxit ea verba cum sint nota: & scripsit audientis: & id meo quidez iudicio argute. Nam si cum dicitur in quo genere: quaeras in quo gnē? Respondendū erit quo nota sunt audiēti: vnī frustra id additur.

RAPH.

- An procemio subiiciatur narratio.
- Praeiudicatione.
- Existimaret
- Vareno.
- Crimen.
- Cognitio.
- Optimus.
- Veneficii.

Alterum est de quo frequentius quaeritur: an sit vtiq; narratio procemio subiicienda. Quod qui opinantur: non possunt videri nulla ratione ducti. Nam cum procemiū icciro comparatū sit: vt iudex ad rem accipiendam fiat conciliatior: docilior: & intentior: & probatio: nisi causa prius cognita non possit adhiberi: protinus iudex notitia rerum instruendus videtur. Sed hoc quoq; interdum mutat conditio causarum, nisi forte M. Tullius in oratione pulcherrima: quam pro Milone scriptam reliquit: male distulisse narrationē videtur tribus praepositis quaestionibus: aut profuisset exponere quomodo insidias Miloni fecisset Clodius: si reum qui a se hominem occisum fatetur defendi omnino fas non fuisset: aut si iam † praeiudicio senatus damnatus esset Milo: aut si Cn. Pompeius qui propter aliquam gratiam iudicium militibus armatis cluserat: tanq̄ aduersus † ei timeretur. Ergo hae quoq; quaestiones vim procemii optinebūt cum omnes iudicem praeparauerint. Sed aliter pro † L. Muraena quoq; postea narrauit: cum obiecta diluit: quod fiet vtiliter quoties crimen non repellendum tantum: sed etiam transferēdum erit, vt prius iis defensis velut initium sit alium culpandi narratio: vt in armorum ratione antiquior cauendi q̄ ictum inferendi cura est. Erunt quędam causae, nec id raro: † crimini, quidem: de quo † cognitum est: faciles ad diluendum: sed multis anteactae vitę flagitiis: & grauibus criminibus oneratę: quę prius amouenda sunt: vt propitius iudex defensionem ipsius negocii cuius propria quęstio est: audiat: vt si defendendus est M. Caelius: nonne † optime patronus occurrat prius conuitiis: luxuriae: petulantiae: impudentiae: q̄ † veneficiis: in quibus solis omnis Ciceronis versatur oratio. Deinde cum narret de bonis paulatim: totamq; deinde explicet causam: quae est ipsius actione defensa. Sed nos ducit scholarum consuetudo: in quibus certa quaedam ponuntur: quae themata dicimus: praeter quae nihil est diluendum. Ideoq; narratio procemio semper subiungitur. Inde libertas declamatoribus: vt etiam secundo partis suae loco narrare videantur. Nam cum pro petitore dicunt & expositione, tanq̄ priores, agant: vti solent & contradictione tanq̄ respondeant: id q; fit recte. Nam cum sit declamatio forensium actionum meditatio: cur non vtrunq; protinus locum exerceat? Cuius rationis ignari ex more: cui assueuerūt: nihil in foro putant esse mutandum: Sed in scolasticis quoq; nonnunq̄ euenit: vt pro narratione sit propositio. Nam quid exponet: quae zelotypum malae tractationis accusat? aut qui cynicum apud censores: reum de moribus facit: cum totum crimen vno verbo: in qualibet actionis parte proposito satis indicetur? Sed haec hactenus. Nunc quae sit ratio narrandi subiungam.

¶ Quod qui opinentur non possunt videri: nulla narratione ducti. Pro narratione legendum esse ratiosie neminem dubitare puto. ¶ Sed aliter pro. L. Murena quoq;: postea narrauit: cum obiecta diluit. Cic. Murenā ambitus reū defendens anteq̄ narret: obiecta sibi a. M. Catone ac Seruio sulpitio ita refutat: vt ostendat se merito eam defensionem suscepisse: id quod Cato Sulpitiusq; vitio dabāt. ¶ Quod fiet vtiliter quotiens non crimen non repellēdum tantum. Non particula priore loco posita: vt cessans omnino est eradenda. ¶ Erunt quędam causae: ne cid raro: crimini quidem de quo cognitum est. faciles ad diluēdum. Emendatione indiget hic locus. Non enim crimini: sed crimen: non cognitum: sed cognitio. vt legatur sensus exposcit: hoc modo. Et erūt quędam causae: nec id raro: crimen quidem: de quo cognitio est: faciles ad diluendū. ¶ Quae prius amouenda sunt. Sic quidem recte legi videtur: sed forsitan amolienda: hoc est diluenda rectius legeretur. ¶ Q̄ veneficijs. Veneficij litera s erasa legendum esse ex oratione quoq; Ci. pro caelio apte colligi potest. ¶ Deinde cū narret de bōis paulatī. Aut cum particula videtur expungenda aut tum loco eius ascribenda. ¶ Nam cum pro petitore & expositione tanq̄ priores agant vti solent. Dicunt librariorum negligētia praetermissum est ascribendum vt legamus. Nam cum pro petitore dicunt. ¶ Idq; fit nō recte. Negatiuam particulam: vt quę sensum peruertit: expungendam esse: ex ea ratione: quae subijcitur: facile perspicitur. Cum

enim inqt declamatio nos præparet ad forenses causas agēdas: merito in vtrūq; locū & accusandi: & defendendi exercemur.

ASCENSCIVS.

Non possunt videri nulla ratiōe ducti. Sic Vallēn. habet. Sed prius opinātur non opinētur scripsit. Item aut si iam præiudicio senatus dānatus esset: quomodo & Aldus impressit: cum Raphaelis codex præiudicatione habeat. Habet autem Vallēn. armatis ꝯcluserat tanq̄ aduersus existimaretur. Quomodo etiam Raphaelis codex legitur. at Aldinus clauserat quod parui refert: nam & cludo & claudo pro eodem dicitur. & quod solitę illius diligentiæ significationem habet pro existimaretur impressit ei temeretur. Quod ideo libentius amplector: q; non sit verosimile non existimari aduersus qui iudicium armatis concluserat: sic tñ egit Cicero tanq̄ non timeretur Pompeius aduersus miloni. Vbi vero cæteri omnes hñt. Sed aliter pro. L. Murena quoq; postea narrauit: solus Valla legit. Sed ꝑ Vareno quoq; aliter postea narrauit. Quam litem orationes ipsę dirimere facile possunt. Quoties crimen non repellendum tantum &c. sic Aldinus: Vallēn autem multa desunt: nā sic habet: quoties non repetendū vt ijs defensis. Alium culpandi: sic quoq; Aldus: Valla autem aliud scripsit. Vt in armorum ratione. i. in dimicatione: antiquior. i. canor & gratior. Erunt quædam causæ (nec id raro) crimine, de quo cognitum est: faciles ad diluendum. sic Vallēn. nunc quidem: q̄uis videatur prius habuisse vt Aldinus & cæteri crimini: Raphael aūt crimen & cognitio re ponit vt sit ordo. Erunt quædam causæ faciles ad diluendum crimen de quo cognitio est. Aldo aūt ordo sit. erunt faciles crimini ad diluendum. i. vt diluatur. Vallēn. Erunt faciles ad deluēdum. i. vt diluantur crimine de quo cognitum est. i. cognitio facta. quæ lectio mihi placeret nisi valla in elegātijs præciperet gerundia passiue posita nullū casum regere: vt faceret diluendū: si dicatur ad diluēdū crimine. Verissimā itaq; lectionē puto quæ crimini habet. Nam ne Raphaelem sequar duo obstant: alterum q; non diceret Fabius crimen quidem de quo cognitio est faciles ad diluendum: sed faciles quidem ad crimen de quo cognitio est diluendum: alterum q; cum particula oneratę quæ sequitur melius quadrat si causas intelligamus diluendas vt oneratas: q̄ si crimen diluendum: cum proprie non crimen diluatur sed causa aut homo crimine. Quæ prius amouenda: sic quia omnes habent non mutem: & si mutare velim: potius abolenda q̄ amoliencla legā. Nonne optime patronus: Aldus habet optimus: Valla neutrū. Ego aldū sequar: quia sequitur prius non primū. Quæ veneficij: siquidem Vallēn. & Aldinus habēt: & Raphael cōmēdat. & tamen dubitē an veneficijs legendum sit: vt particula q̄ copulet non nomina sed verba: vt sit nonne prius occurrat conuicijs luxuriæ. petulantiæ. impudicitiæ: aut (vt alij habent) impudentiæ q̄ sup. occurrat veneficijs in quibus solis omnis Ciceronis versat oro. In qbus inquā veneficijs. Si tñ verius legat bñficij copulent datiui sic: prius occurrat cōuicijs. luxuriæ &c. q̄ conuicijs, veneficij: in quibus cōuicijs veneficij &c. Verū in veneficijs potius q̄ in cōuicijs veneficij videtur versari Ciceronis oratio. Vallēn. habet deinde cum narret: sed Aldus tum: & melius. habet autem vterq; dicunt quod Raphael omissum dicit. Habent præterea & illi & cæteri omnes negationem. Idq; fit nō recte. quam Raphael expungendam non ab re monet. Exerceant. s. declamatores: Vallēn. tamen exerceat habet: vt sit verbum nominis declamatio. Cui assuerunt alij assueuerunt sine syncope scribunt.

RAPH.

¶ Quo diligentius distinguenda sunt singula: vt qd quoq; loco prosit ostendam inscitia quorundam deprauatus est hic locus: qui dū emendare volūt omnia peruertunt: quæ nanq; particula erasa pristinæ restitui tur integritati: vt legatur vt quid quo loco prosit. Fere autem in simili locutiōis genere vbiq; exēplaria sunt deprauata. ¶ Non fecerūt illud intentionis silentium Ferunt sine cōtrouersia legendum mihi videtur. Neq; enim fecerūt vllo pacto sensui conuenire potest. ¶ Soluimus oram. Hic manifeste coarguitur error illius arrogantissimi nebulonis: quem nuper in media academia patauina cōuicimus asserentem oram in epistola Fabij ipsius ad tryphonem pro aura & vēto esse accipiendam: adq; illud verbum precemur referendam. Hic enim nul-

quid signi in epla fa: hic.

Narratio est rei factæ: aut † vt factæ vtilis ad persuadendum expositio. Vel vt Apollodorus finit: oratio docēs auditorē: quid in controuersia sit. Eam pleriq; scriptores maxime qui sunt ab Isocrate: volūt esse lucidam: breuem: verisimilem. Nec enim refert: an pro lucida perspicuam: pro verisimili probabilem: credibilemue dicamus. Eadem nobis placet diuisio: q̄q̄ & Aristoteles ab Isocrate parte in vna dissenserit: præceptum breuitatis irridens: tanq̄ necesse sit longam: aut breuē eē expositionem: nec liceat ire per medium. Theodorei quoq; solam relinquunt vltimam partē: quia nec breuiter vtiq; nec dilucide semper sit vtile exponere. Quo diligentius distuinguenda sunt singula: vt quid † quo loco prosit ostēdam. Narratio est aut tota pro nobis: aut tota pro aduersariis: aut mixta ex vtrisq;. Si erit tota pro nobis: contenti simus tribus partibus: per quas efficitur: quo iudex facilius intelligat: meminerit: credat. Nec quisq̄ repræhensione dignum putet: q; proposuerim eam: quæ sit tota pro nobis debere esse verisimilem: cum vera sit. Sunt enim plurima vera quidem: sed parum credibilia: sicut falsa quoq; frequenter verisimilia. Quare non minus laborandum est: vt iudex: quæ vera dicimus q̄ quę fingimus credat. Sunt quidem hæ: quas supra rettuli: virtutes aliarum quoq; partium. Nam & per totā actionem vitanda est obscuritas: & modus vbiq; custodiendus:

Narratio non.

Narrati proprietates.

Quoq;.

Narratio tota pro nobis

& credibilia esse oportet omnia: quæ dicuntur. Maxime tamen hæc in ea parte custodienda sunt: quæ prima iudicem docet: in qua si acciderit: vt aut non intelligat: aut non meminerit: aut non credat: frustra in reliquis elaborabimus. Erit autẽ narratio aperta: atq; dilucida: si fuerit primũ exposita verbis propriis: & significãtib⁹: & nõ sordidis quidẽ: nõ tamẽ exquisitis: & ab vsu remotis: tũ distincta rebus, personis: tẽporibus: locis causis: ipsa etiã pnũciatione in hoc accõmodata: vt iudex: quæ dicũtur: q̃ facillime accipiat. Quæ quidẽ virtus negligitur a plurimis: qui ad clamorẽ dispositæ: vel etiã forte circũfusę multitudinis cõpositi nõ ferũt illud intẽtionis silentiũ: nec sibi diserti videntur: nisi omnia tumultu ac vociferatione cõcusserint: rem indicare sermonis quottidiani: & in quẽcũq; etiã † indoctorũ cadẽtis esse existimãt: cũ interim: qđ tã q̃ facile cõtemnũt: nescias pstare velint minus: an possint. Neq; eñ aliud in eloquẽtia coacta experti difficilius reperiẽt: q̃ id qđ se dicturos fuisse oẽs putãt: postq̃ audierũt: quia nõ bona iudicant esse illa: sed vera. Tum autẽ optime dicit orator cũ videtur vera dicere. At nũc velut campũ nacti expositionis hic potissimũ: & vocem flectũt: & ceruicẽ reponũt: & brachium in latus iactant: totoq; & rerũ: & verborum: & cõpositionis genere lasciuiũt: deinde (qđ sit monstro simile) placet actio: causa nõ intelligitur. Verũ hoc omittamus: ne minus gratiæ pcipiendo recta: q̃ offensæ repliẽdẽdo praua mereamur.

Narratio aperta.

Indoctiorũ

Breuis. ¶ Breuis erit narratio ante omnia: si inde cœperimus rem exponere: vnde ad iudicem pertinet. Deinde si nihil extra causam dixerimus: tum etiam si reciderimus omnia: quibus sublatis: nec cognitioni quicq̃: nec vtilitati detrahatur. Solet eñ esse quædã partiũ breuitas: quæ longã tamẽ efficit summã. In portũ veni: nauim prospexi: quãti veheret interrogaui: de precio conueni: cõscẽdi: sublatæ sunt anchoræ: soluimus † ora † profecti sumus. Nihil horũ dici celerius potest: sed sufficit dicere: e portu nauigaui. Et quoties exitus rei satis ostẽdit priora: debem⁹ hoc esse cõtẽti, quo reliqua intelligũtur. Quare cũ dicere liceat: est mihi filius iuuenis: omnia illa superuacua: cupidus ego liberorũ vxorem duxi: natũ sustuli: filiũ educaui: in adolescentiam perduxi. Ideoq; græcorũ aliqui aliud circũcisam expositionẽ: id est σύντομον aliud breuem putauerunt: q illa superuacuis careret: hæc posset aliquid ex necessariis desiderare. Nos autẽ breuitatem in hoc ponimus: nõ vt minus sed ne plus dicatur q̃ oporteat. Nam † iterationes qdẽ: & ταυτολογίασ & περισσολογίασ quas ĩ narratiõe vitãdas qdã scriptores artiũ tradiderũt: trãseo. Sũt.n. hęc vitia nõ tñ breuitatis gratia fugiẽda. Nõ min⁹ aũt cauẽda erit q̃ nimiũ corripientes oĩa sequit̃ obscuritas. Satiusq; aliqd narrationi supesse q̃ deesse: Nã supuacua cũ tedio dicunt̃: necessaria cũ periculo subtrahunt̃. Quare vitãda etiã illa Sallustiana (q̃q̃ in ipo virtutis obtinet locũ) breuitas & abruptũ sermonis gen⁹ qđ ociosum fortasse lectorẽ minus fallat: audiẽtẽ trãsuolat: nec dũ repetat̃ expectat: cũ psertim lector nõ fere sit: nisi erudit⁹: iu-

oram prouecti

iterationis quidẽ tautologias.

Abruptus sermo.

lium est aliud verbum q̃ soluimus. Quare oram pro fune accipiamus oportet. ¶ Prouecti sumus. Profecti mihi rectius legi videt̃ hoc est discessimus. ¶ Id est σύντομον. Circũcisum p̃prie σύντομον trãsfertur. ¶ Nã iterationes & ταυτολογίασ: & περισσολογίασ: quas in narratione vitandas quidam scriptores artiũ tradiderũt: trãseo ταυτολογία transfertur idem sermo: vt περισσολογία superflua dicitur oratio. Hęc autẽ sunt vitia nõ solũ narrationis sed totius orationis solœcismo finitima. ¶ Et abruptũ sermonis genus. Qui sine illa p̃paratione fit abruptus sermo vocatur. ¶ Simplex enim vt vndiq; præcisa: & loco vt particulæ satis constat esse legendum. ¶ Quib⁹ extrema vt p̃cipi: prooemij parte. Præcepi vt pręsenti sit temporis est legendum. ¶ Quale est apud Ciceronem. Monitur Fulcinius. In oratione Ciceronis pro Cecina hæc leguntur. ¶ Interim expediet expositiones: e vocali erasa expedit vt sit tẽporis præsentis legatur.

ASCENSIVS.

¶ Narratio ẽ rei factę aut nõ factę &c. sic Aldin⁹ & reliq oẽs p̃ter Vallen̄. habẽt. qui solus habz: aut vt factę & meo qdẽ iudicio melius nã rei nõ factę p̃prie nõ est narratio sed negatio: q̃q̃ q ostẽdit nõ esse factũ quodã mõ narrat: ideoq; legẽtiũ iudicio relinquo vtrũ sequi velint. & Fabi⁹ ipse paulo ante dixit: Quę oĩa eo ptinẽt nõ vtiq; nõ narrare eũ qui negat. Cæ q̃ & Aristoteles ab Isocrate pte ĩ vna dissenserit. Tertio (vt signauit Valla) rhetoricorum. Notandũ aũt q̃q̃ subiũcti uo iũgi. Vt qđ quo loco psit ostẽdã: sic qdẽ nũc repositũ habet Vallen̄ codex: & vt agnoscere possum: etiã pri⁹ sic habuit: Nõ video tñ cur male legat̃ quoq; p̃sertim diuisis dictionibus vt sit quid & quo loco stãt

l

dicem rura plerūq; in decurias mittant de eo pronūciaturum: qd intellexerit. Vt fortasse vbiq;:in narratione tamē pcipue media hęc tenenda sit via dicēdi: quātū opus est:quātum satis est. Quātū opus est aūt nō ita solū accipi volo: quātū ad iudicādū sufficit:quia nō inornata debet esse breuitas:alioqui fit indocta nā & fallit voluptas:& minus lōga:q̄ delectāt:vidētur:vt amoenū ac molle iter:etiāsi est spatii amplioris:minus fatigat: q̄ durū arduūq; cōpendiū. Nec eñ mihi vnq̄ tāta fuerit cura breuitatis: vt nō ea:quæ credibilē faciūt expositionem: inseri velim. Simplex enim: vt vndiq; pcisa: nō tam narratio potest vocari q̄ cōfusio. Sunt porro multę cōditione ipsa rei longę narrationes: quibus extrema ( vt pcepi procemii parte) ad intentionē ppara̅dus est iudex:deinde curādū: vt omni arte: vel ex spatio eius detrahamus aliqd:vel ex tedio:vt minus longa sit efficiamus:q̄ poterimus differēdo: nō tamē sine mētione eorū: q̄ differimus. Quas causas occidēdi habuerit: quos assumpserit conscios:quēadmodum disposuerit insidias probationis loco dicam. Quędā vero ex ordine ptermittēda: quale est apud Ciceronē. Moritur Fulcinius. Multa eñ quæ sunt in re: quia remota sunt a causa: prætermittam. At partitio tediū leuat. Dicā quæ acta sint ante ipsum rei cōtractū: dicā quę in re ipsa: dicā q̄ postea. Ita tres potius modicę videbūtur narrationes:q̄ vna lōga. Interim ī expediet expositiōes breui interfatione distinguere. Audistis q̄ ante acta sunt: accipite nūc q̄ insequitur. Reficiet eñ iudex priorū fine:& se velut ad nouū rursus initiū pparabit. Si tamē adhibitis quoq; his artibus in lōgū exierit ordo rerū:erit nō inutilis in extrema pte cōmonitio:qd Cicero etiā ī breui narratiōe facit. Adhuc Cæsar: Qu. Ligarius oī culpa caret:domo ē egressus nō mō nullū ad bellū:sed ne ad minimā qdē belli suspitionē: & cætera.

expedit

am soluere.

in illo Cuiq; sit articulo q̄ vox sociāda notabo; cuiq; duę sunt partes: q̄q̄ scio elegātē eē sermonē qd quo loco: vt Quę qb' ante ferā: intelligat: meminerit, credat sic cū Vallen. legam nō meminit: vt Raphael impssit Nō ferūt Vallen. habet. i. nō patiūtur. Etiā indoctorū: Vallen. habet indoctiorū. Pręstare velint min' an possint: sic cū Vallen. & Aldino: nō ac possint legēdū est. Quāti veheret. i. quāta mercede aut quāto precio. Soluimus orā: sic oīa q̄ quidē vidi exēplaria: & Vallēse & Aldinū: qd tñ in epistola prima aurā habent. Sed pro eodē accipi posse videtur: aurā & orā: quā lectionē pter ea quæ illuc adduximus etiā hoc pbare videt. q̄ Homer' dixit Vlyssi ab Aeolo vētos ī vtribus clausos datos: quos soluit quoties proficisci voluit vt sit auram aut oram soluere: aptare vela ventis: aut potius dare classibus austros .i. quoslibet vētos. Nolim tamē tam argutus esse Fabij iterpres vt id respōdisse eum dicam: nisi forte in deuerbiū venerit græcis: nec negem penitus oram pro fune aut retinaculo accipi posse: licet Baptista pius p neget: qui vtrobiq; ora legendū censet. Profecti sumus: sic Vallen. Aldus tamē prouecti sumus impssit sed Vallen. sequar cū Raphaele nā tametsi naue vehimur: nō tñ statim vt ora aut orā soluimus: prouecti sum'. i. procul vecti: sed profecti. i. e portu nauigauimus. Maro tñ dixit prouehimur portu: fere pro eo qd est vehimur e portu. Nā iterationes quidē & Tautologias &c. Vallen. habet. Nā iterationis qdē tautologias &c. vt intelligam' tautologiā & perissologiā eē iterationis figuras: aut vt subaudiam' vitia: dicamusq; tautologias & perissologias genitiui eē casus Supesse. i. plus satis esse: vt apud Gelliū etiā videre est. Habet qdē Vallen. pcepi: sed expediet: non expedit.

RAPH.

¶ Quā μεγαλοπρέπειαμ vocāt μεγαλοπρέπεια: magnificentia proprie interpretatur. ¶ Sūt q adijciant his euidentiam: quæ ἐνέργεια græce vocatur. Vitiose a plerisq; legitur: ἐνέργεια quæ non euidentia iterpretatur: sed actus atq; efficacia: ἐνάργεια: igitur legatur: quæ euidentia atq; illustratio trāsfertur. ¶ Nam pręterq̄ planā: & breuē: & credibilem vult eē euidētē moratā cū dignitate: ī ptitionib' oratorijs hęc a Cice. tradūtur.

¶ Credibilis aūt erit narratio ante oīa: si prius cōsuluerim' nostrū animū: ne qd naturę dicam' aduersū. Deīde si cās: ac rōnes factis pposuerim' nō oībus: sed de qbus qrit. Si psonas cōuenientes iis q̄ facta credi volemus: cōstituerim'. vt furti reū cupidū: adulterii libidinosum: homicidii temerariū. Vel cōtra si defendemus. Preterea loca: & tēpora: & similia. Est aūt qdā etiā duct' rei credibilis: qualis in comoediis ēt & ī mimis. Aliqua. n. naturaliter sequunt: & cohęrent: vt si bene priora narraueris: iudex ipse: qd postea sis narratur': expectet. Ne illd qdē fuerit inutile: semina qdā pbationū spgere: verū sic: vt narrationē eē meminerimus nō pbationē. Nōnūq̄ etiā tñ argumēto aliquo cōfirmabimus: qd pposuerimus: sed simplici & breui: vt ī veneficiis: sanus bibit: statim cōcidit: liuor ac tumor cōfestim est insecutus.

Narratio credibilis.

Hoc faciunt & illę ꝑparationes: cũ reus dicit̃ robustus: armatus cõtra infirmos: inermes: securos. Oĩa deniq; q̃ ꝓbatione tractaturi sumus personã: causam: locũ: tẽpus: instrumẽtũ: occasionẽ: narratione delibabimus. Aliquãdo si destituti fuerim⁹ his: fatebimur vix eẽ credibile: sed verũ: & hoc maius habẽdũ scelus: nescire nos qũo factũ sit aut quare: mirari: sed ꝓbaturos. Optimæ vero ꝑparationes erũt: q̃ latuerint: vt a Cicerone sunt qdẽ vtilissime oĩa ꝑdicta: per q̃ Miloni Clodius nõ Clodio Milo insidiatus esse videat̃. Plurimũ tamẽ facit illa callidissima simplicitatis imitatio. Milo aũt: cũ in senatu fuisset eo die: quoad senatus ẽ dimissus: domũ venit: calceos & vestimẽta mutauit: paulisper dũ se vxor: vt fit: cõparat: cõmoratus est. q̃ nihil ꝑparato: nihil festinato fecisse videt̃ Milo! qd̃ nõ solũ rebus ipsis vir eloquẽtissimus quibus moras: & lentũ ꝑfectionis ordinẽ ducit: sed verbis etiam vulgaribus: & quotidianis: & arte occulta cõsecutus est: q̃ si aliter dicta essent: strepitu ipm iudicẽ: deinde patronũ excitassent. Frigida vident̃ ista plerisq;: sed hoc ipm manifestũ: qũo iudicem fefellerint: qd̃ vix a lectore depʀẽditur. Hæc sunt: q̃ credibilẽ faciãt expositionẽ: nã ne cõtraria: aut sibi repugnãtia in narratione dicam⁹: si cui ꝑcipiẽdũ est: is reliqua frustra docet̃: etiã si qdã scriptores artiũ hoc quoq; tãq̃ occultũ: & a se prudẽter erutum tradũt. His tribus narrãdi virtutibus adiiciũt qdã magnificentiã: quã μεγαλοπρέπειαν vocanr: q̃ neq; in oẽs causas cadit (Nã quid in plerisq; iudiciis priuatis de re certa credita: locato & cõducto: interdictis, habere loci põt supra modũ se tollẽs oratio!) Nec semp ẽ vtilis: vt vel ꝓximo Miloniano exẽplo patet. Et meminerimus multas eẽ causas: in qbus cõfitendũ: excusandũ: submittẽdũ sit: qd̃ exponimus: qbus oĩbus aliena est illa magnificẽtię virtus. Quare nõ magis ꝓpriũ narrationis est magnifice dicere: q̃ miserabiliter: inuidiose: grauiter: dulciter: vrbane: q̃ cũ suo loco sint laudabilia: nõ sunt huic parti ꝓprie assignata: & velut † dedita. Illa quoq; vt narrationi: ita cũ cęteris ptibus cõmunis est virtus: quã Theodectes huic vni ꝓprie dedit: nõ eñ magnificã mõ vult eẽ: verũ etiã iucũdã expositionẽ. Sũt q adiiciãt his euidẽtiã: q̃ ἐνάργεια gręce vocat̃. Nec ego queq̃ deceperim vt dissimulẽ Ciceroni quoq; plures ptes placere. Nã ꝓterq̃ planã: & breuẽ: & credibilẽ vult esse euidẽtẽ: moratã cũ dignitate. Sed in oratione morata debent esse oĩa cũ dignitate quæ poterunt. Euidentia in narratione quantũ ego intelligo: est quidem magna virtus: cũ quid veri non dicẽdum: sed quodãmodo etiã ostendendũ est: sed subiici perspicuitati pot. st. Quã qdã etiã cõtrariam interim putauerũt: quia in quibusdã causis obscurãda veritas est: qd̃ est ridicu. ũ. Nã qui obscurare vult: narrat falsa ꝓ veris: & is q narrat: debet laborare: vt videãtur q̃ euidẽtissima.

An plura tribus requirantur.

debita

❡ Et ijs quæ narrat. Is per simplex i vt sit nominatiuus singularis: & q vt legatur sensus exposcit.

ASCENSIVS.

❡ Credibilis. hoc est verisimilis. Factis nõ oib⁹: qa interdũ nocuerit si oib⁹. & breuis eẽ nõ poterit. Vel cõtra si defenderem⁹: furti reũ liberasẽ: adulterij cõtinẽtẽ. homicidij ꝯsideratũ & mãsuetũ. Quidã duct⁹. i. q̃dã inductio ad credẽdũ ꝑ cõtinuatã narrationẽ verisimiliũ. mimis. i. fabulis ĩ gestu & imitatõe positis. Tu mor ꝯfesti ẽ isecut⁹: sic Vallen. alij cõsecutus. Securos .i. nihil timẽtes & ita icautos. Securus eñ dicit̃ seorsum a cura ẽt si isũmo sit ꝑiculo: vñ multũ differt a tuto. Delibabim⁹. i. modice attingem⁹ sicut delibãtes libamina tenuiter degustãt aut tractãt. Sed ꝓbaturos nõ fatebimur: sed ꝑmittemus, Vñ nõ semꝑ ad ꝟbũ semel positũ apta sunt q̃ sine ꝟbo ponũt̃. Q̃. i. o q̃tũ q. d. plurimũ fecisse videt̃ Milo: nihil ꝑparato &c. i. eo q nihil ꝑpati ab eo erat. Quotidianis. qbusdã cottidianis scribendũ videt̃. Is æque frustra docet̃. Sic oẽs ꝑter Aldũ q is reliq̃ frustra docet̃ impssit: & reuera in his & sequẽtib⁹ qbusdã diligẽtior q̃ in supiorib⁹ fuisse videt̃. Etiã si qdã. Notauit Valla de hoꝝ numero esse Antoniũ scdo de oratore. de re certa credita: vtpote mutuo data aut deposita. Locato & ꝯducto. Sic Ald⁹ & Valla: alij locata legũt & ꝯducta: referẽtes ad nomẽ re. qd̃ nõ ẽ op⁹. Vt vel. i. ẽt ꝓximo Miloniano exẽplo patet. Sic Vallen. & Aldin⁹ Raphaelis codici deerat ꝓximo: qd̃ si apponẽdũ ẽ vt certe est: sciemus adiectiua possessiua: qa ꝓ genitiuis possidẽtium ponunt̃ cũ aliis adiectiuis sine cõiũctiõe recte poni. vt elegãtissima Virgiliana carmina &c. Et

Securus

velut dedita: sic oẽs: dubitãt tñ qdã an debita sit legẽdũ. ἐνάργεια grece vocat̃. sic Vallen. codex hz: Aldi tñ impressio ἐνέργεια. Sed Vallen. seq̃r vt Raphael monet. nã ἐνάργης manifestus ẽ. Ciceroni quoq; &c. vt Valla adnotauit in topicis: vt Raphael ĩ ꝑtitionibus. Et is q narrat. Sic Raphael meo iudicio optime reposuit, nã Vallen. codex habet & ĩ ijs q̃ narrat: quoꝝ cõtraria est sentẽtia: Aldin⁹ aũt & is q̃ narrat: q̃ inepta est locutio.

ἐνάργε

¶Sed quatinus etiam forte quadam peruenimus ad difficilius narrationum genus: iam de his loquamur: in quibus res contra nos erit: quo loco nonnulli prætereundam narrationem putauerunt. Et sane nihil est facilius: nisi prorsus totā causam omnino non agere. Sed si aliqua iusta ratione susceperis litem: cuius artis est malam esse causam silentio confiteri? nisi forte tā hebes futurus est iudex: vt secundum id pronunciet: quod sciet narrare te noluisse. Neq; inficias eo in narratione: vt aliqua neganda, aliqua adiicienda: aliqua mutanda: sic aliqua etiam tacenda: Sed tacenda quæ tacere oportebit: & liberum erit. Quod fit nō nunq̃ breuitatis quoq; gratia: quale illud. respondit quæ ei visum est. Distinguamus igitur genera causarum. Nāq; in quibus non de culpa queritur: sed de actione: etiam si erunt contra nos themata: confiteri nobis licebit: pecuniam de templo sustulit: sed priuatam: non ideo sacrilegus est. Virginem rapuit: non tamen optio patri dabitur. Ingenuū stuprauit: & stupratus se suspendit: non tamē ideo stuprator capite: vt mortis causa puniatur: sed decē milia: quę pœna stupratori cōstituta est: dabit. Verū in his quoq; confessionibus est aliquid: qđ ex inuidia: quā expositio aduersarii fecit: detrahi possit: cū etiā serui nostri de peccatis suis mollius loquātur. Quædā em̄ quasi non narrātes mitigabimus. Nō quidē (vt aduersarius dicit) cōsiliū furti in templū attulit: nec diu captauit eius rei tēpus: sed occasione & absentia custodū corruptus: & pecunia: quæ nimiū q̃ in animis hominū potest: victus est. Sed qd refert? peccauit: & fur est. Nihil attinet id defendere: cuius pœnā nō recusamus. Interdum quasi damnemus ipsi: †Vis te dicam: vino impulsum? errore lapsum? nocte deceptū? vera sunt ista fortasse: tu tñ ingenuū stuprasti: solues decē milia. Nōnūq̃ ꝓpositione † premuniri potest causa: & deinde exponi. Cōtraria sunt oīa tribus filiis: q in mortem patris cōiurarāt: sortiti noctē singuli ꝑ ordinē, cū ferro cubiculū intrauerūt patre dormiente: cū occidere eū nemo potuisset: excitato oīa indicauerūt. Si tamē pater: qui diuisit patrimoniū: & reos parricidii defendit: sic agat. Qđ contra legē sufficit: parricidiū obiicitur iuuenibus: quorū pater viuit: atq; etiā liberis suis adest. Ordinē rei narrare †quidē nihil. necesse est: cū ad legē nihil pertineat: Sed si cōfessionē culpæ meæ exigitis: ego fui pater durus: & patrimonii: qđ iā melius ab his administrari poterat: tenax custos. Deinde subiicitur: stimulatos ab iis quorum indulgētiores parētes erant: semper tamē eū habuisse animū: qui sit euentu dep̄hensus: vt occidere patrem non possent. Nec enim iureiurando opus †fuisse: si alioqui hoc mentis habuissent: nec sorte: nisi q; se quisq; eximi voluerit. Omnia hæc qualiacūq;, placidioribus animis accipientur illa breui primæ propositionis defensione mollita. At cum queritur an factū sit: vel quale factū sit: licet omnia cōtra nos sint: quomodo †tamē euitare expositionē salua causę ratione possum⁹? Narrauit accusator nec ita: vt quæq; essent acta: tantum indicaret: sed adiecit inui-

Narratio tota cōtra nos.

Vt si

preparari

quid mihi

fuisset

tum

Ieñ. sed multo veri⁹ Aldus impressit, affectibus perturbandus: quo modo: recte sequitur. & ab intentione &c. subauditur aũt est. Quo cognoscendi iudiciũ conamur auferre: sic Valla & Aldus. Raphael cognoscenti videtur argutius reposuisse: sed dubites quomodo cognoscenti iudiciũ auferre possis. Hoc ẽ facere ne iudicet. de eo qđ nouit: cum facile sit auferre. i. impedire iudicium cognoscendi. sed quia dicit conamur quod fere frustra facimus: sequar Rap. Ex necessitate demum. i. solum. Cætera grauari. i. aspernari & grauate audiri. Construitur enim grauor cum accusatiuo. Vt quod quaq; de re: sic Aldus sed melius Vallen. vt quid quaq; &c. nisi sit legẽdum: vt quid qua de re &c. At si. sic Aldus & Valla. Defendemus. sic Valla: Aldus defendamus impressit. Superuacua sup. erit aut sit. Vt si ita partiamur. Sic Raphael legendũm bene monet. Aldinus pro ita: illa habet: Vallen. neutrum. Omnia quæ anteq̃ id quod vltimũ est exequaris &c. sic Aldus & reliqui: præter Vallam qui emunctius legit: ante id quod vltimum est: exequeris. Vel etiam si sit. Valla non habet sit: superfluũq; videtur cum premissum. sit est. Pecunia tentatum: non a Cluentio: Valla habet pro Cluentio: sed Aldus a: cũ cæteris. Si probari posset: sic Aldus & cæteri: Valla potest legit.

An liceat sic partiri: si occidi recte feci sed non occidi.

De illo quoq; genere defensionis pleriq; dubitant. si occidi: recte feci: sed non occidi: quo enim prius pertinere: si sequens firmum sit? hæc inuicem obstare: & vtroq; vtentibus in neutro haberi fidem. Quod sane in parte verum est: & illo sequenti (si modo indubitabile sit) solo vtendum: at si quid in eo: quod est fortius: timebimus: vtraq; probatione nitemur. Alius enim alio moueri solet: & qui factum putauit iniustum credere potest: qui tanq̃ iusto non mouebitur: factum fortasse non credet. Vt certa manus vno tælo posset esse contenta: † incerte plura spargenda sunt: vt sit & fortunæ locus. Egregie vero Cicero pro Milone, insidiatorem primo Clodium ostendit: tum addit ex abundanti: etiam si id non fuisset: talem tamen ciuẽ cum summa virtute interfectoris & gloria, necari potuisse. Nec illum tamen ordinem: de quo prius dixi: dãnauerim: quia quædã: et si ipsa sunt dura: in id tamen valent: vt ea molliãt: quæ sequuntur. Nec omnino sine ratione est id quod vulgo dicitur: iniquum petendũ vt æquum feras. qđ tamen nemo sic accipiat: vt omnia credat audenda. Recte enim græci præcipiunt: non tentanda quæ effici omnino non possunt. Sed quoties hac de qua loquor, duplici defensiõe vtemur: id laborandum est: vt in illam partem sequẽtem fides ex priore ducatur. Potest enim videri: qui tuto etiam confessurus fuit: mentiendi causam in negando non habere: & illud vtiq; faciendum est: vt quoties suspicabimur a iudice aliam probationem desiderari: q̃ de † quo loquimur: promittamus

Incerta.

Nota.

Quo.

RAPH.

De illo quoq; genere defensiõis pleriq; dubitant. Si occidi: recte feci. Sed nõ occidi. Huiusmodi genus defensionis κατέκσαδιμ καὶ ἀμτιπαράσαδιμ græci vocant. Apud nos quod sciam nomen non habet Per inficiationem: & obsistentiam quidã appellãt. Interduz autem ἐκσασιό. Interdum præponitur ἀντιπαράσασιό. At si qđ eo: quod est fortius timebimus. In præpositio ascribenda videtur: vt in eo legatur. Quod Cicero p Cluentio facit circa iudiciariam legem. Cicero p Cluentio asserit Cluentium ipsum corrupti iudicii accusatum beneficio legis nolle defendi his verbis. Quid ergo est queret fortasse quispiam. Displiceat ne mihi legum præsidio a capite periculum propulsare? Mihi vero iudices non displicet. Sed vtor instituto meo. in hominis honesti. prudentis. p iudicio non solũ meo consilio vti consueui: sed

multum etiam eius: quez defendo: & consilio: & voluntati obtempero. Nam vt hæc ad me causa delata est: qui leges eas: ad quas adhibemur: & in qbus versamur nosse deberem, dixi habito statim de eo qui coisset: quo quis condenaretur: illum esse liberum: te nen autem nostrum ordinē. Atq; ille me orare: & obsecrare cœpit: vt ne sese lege defenderem. Cum ego quæ mihi viderentur dicerem: traduxit me ad suam sententiam. Affirmabat enim lachrymans: non se cupidiorem esse ciuitatis retinendæ q̄ existimationis. Morē homini gessi: & quæ sequuntur. ¶ Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis. Q. Hortensius. De qua Hortensii diligentia partiendi & Cicer. meminit prima in verrem actione cōtra. Q. Celsum loquens. Quid? inquit cū accusationis tuæ membra diuidere cœperit: & in digitis suis singulas ptes causæ constituere? ¶ Nam est certus suus modus. Sic quidem plerisq; recte legi videtur. Sed forsitan non suus verum eius emendate legeretur. ¶ Nec tamen plura faciunt q̄ minora Tam legendū esse q̄ particula aperte declarat. ¶ Diuisa & simplex propositio: Cū de partitione: diuisiōeq; Fabius hoc loco præcipiat: diuisio fortassis pro illo pticipio diuisa: ac vt loco illi⁹ & copulæ recte legeret: hoc modo. Diuisio vt simplex propositio. Præcipit enim. Fabius diuisionez: vt simplicem propositionem apertam: dilucidamq; esse debere. Duas antea diuisionis partes Fabi⁹ exponit: quas artium scriptores seiunctionem vocant: & distributionē. Seiunctio est enim per quam exponim⁹ quid nobis cum aduersarijs conuenit: quid in controuersia relinquatur: vt in causa Orestis accusator ita partitur. Interfectā esse

nos plene: & statim de eo satis esse facturos: præcipueq; si de pudore agitur. Frequenter autem accidit: vt causa parum verecūda, iure tuta sit: de quo ne inuiti iudices audiant & aduersi: frequentius sunt admonendi: secuturā defensionem probitatis: ac dignitatis: expectent paulum: & agi ordine sinant. Quædam interim nos: & inuitis litigatoribus simulandum est dicere. Qd Cicero ꝓ Cluētio facit circa iudiciariā legem. Nonnunq̄ quasi interpellemur ab his subsistere. Sępe aduertēda ad ipsos oratio. Hortandi vt sinant nos vti nostro consilio. Ita surrepetur animo iudicis: & dum sperat probationem pudoris: asperioribus illis minus repugnabit. Quæ cum receperit, etiam verecundię defensioni facilior erit. Sic vtraq; res inuicem iuuabit: eritq; iudex circa ius nostrum spe modestiæ attentior: circa modestiam iuris probatione procliuior. Sed vt non semper necessaria ac etiam superuacua partitio est: ita opportune adhibita plurimum orationi lucis: & gratiæ confert. Neq; enim id solum efficit: vt clariora fiant quæ dicūtur rebus velut ex turba extractis: & in conspectu iudicum positis: sed reficit quoq; audientem certo singularum partium fine: non aliter q̄ facientibus iter multum detrahunt fatigationis notata inscriptis lapidibus spatia. Nam & exhausti laboris nosse mensuram voluptati est: & hortatur ad reliqua fortius exequenda scire quantum supersit. Nihil em̄ longum videri necesse est: in quo quid vltimum sit, certum est. Nec immerito multum ex diligentia partiendi tulit laudis. Q. Hortensius: cuius tamen diuisionem in digitos diductam nonnunq̄ Cicero leuiter eludit. Nā est certus suus modus: & euitanda vtiq; maxime, concisa nimium & velut articulosa partitio. Nam & auctoritati plurimum detrahunt minuta illa: nec iam membra sed frusta. Et huius gloriæ cupidi: quo subtilius & copiosius diuisisse videantur: & superuacua assumunt: & quæ natura singularia sunt secant: nec tam plura faciunt q̄ minora. Deinde cum fecerunt mille particulas: in eandem incidunt obscuritatem: contra quam partitio inuēta est. Diuisa & simplex propositio quoties vtiliter adhiberi potest: primum debet esse aperta atq; lucida. Nam quid sit turpius: q̄ id esse obscurum ipsum: quod in eum solum adhibetur vsum: ne sint cætera obscura: tum breuis nec vllo supuacuo onerata verbo. Non em̄ quid dicamus: sed de quo dicturi simus ostendimus. Obtinendū etiā nequid in ea desit: nequid supersit. Superest autem sic fere cum aut in species partimur, quod in genera partiri sit satis: aut genere posito subiicitur species: vt, dicam de virtute: iustitia: cōtinentia, cum iustitia atq; continentia virtutis sint species. Partitio proponit: quid sit de quo conueniat: quid de quo ambigatur. In eo quod conuenit: quid aduersarius fateatur: quid nos. In eo de quo ambigitur: quæ dicturi simus: quæ nostrę propositiones: quę partis diuersæ. Turpissimum vero est non eodē ordine exequi: quo quicq; proposueris.

Partitionis vtilitas.

Exhaustis laboribus.

Nota.

Suus & in gestu.

De quo dicimus.

Partitio si perfecta.

prima est.

nsti dili
n ptiēdo

tio in
equid.

ASCENSIVS.

¶ Quo prius eīm. sic Aldus forte ne vocales cōiūgātur: Valla tñ: legit Quo eīm prius: pertinere sup. ostēdāt: aut dicant. nisi legatur pertineat: qđ non inueni. Hæc eīm sup. dicūt alij: aut videtur inuicē obstare. Qđ sane in parte verum est. Verum est enim: si possis ostēdere te nō occidisse: supuacue ostēdere iure cæsum nisi non solū te absoluendū: sed cęsum etiā culpandū cures. At si quid in eo qđ est fortius. s. nos non occidisse. Val. aūt & Aldus. in eo habent: alioqui legerent ei. Et illo sequenti (si modo indubitale sit) solo vtendū. sic Vallen. & bene. nā cum præpositū sit est: melius subauditur q̄ repetatur. Aldus autē impressit. cum illo sequtū: si modo indubitale est: sit solo vtendū quæ lectio etiā bona est. Vt certa manus. Similitudine corroborat dictū. Sicut manui certę. i. infallibili sufficiat vnū telū ad feriendā rem vnā: incertę pluribus vti expediat: sic expositioni certę sufficit vnū dicere: incertę conducāt plura. legā autē cū Ald. potius incertę: q̄ cū Val. incerta: licet in septimo casu positū videri possit. Causam qui nō videt nihil videt. ¶ de quo loquimur: sic Ald. sed Vallen. q̄ de qua scripsit. Sequar tñ Aldinū. quia sequitur. promittamus nos plenę & statim de eo satis esse facturos. Sensus igitur est: aliā probationē q̄ sup. eius de quo loquimur. Non eīm loquimur de pbatione: licet probemus. Sæpe aduertēda: sic Aldus & cæteri: & Valla prius: sed erasum est ad & repositū auertenda. Forte propter dictū Seruianū in illud æneι. iiij. Quo regnū Italiæ Libycas auerteret oras. Venuste nos vti verbis de loco pro ad locū. Surrepetur: impersonale verbū. Nā & exhaustis laboribus: sic Aldus & reliqui fere: Sed Valla, & meo qdē iudicio, doctius scripsit. Nā & exhausti laboris nosse mēsurā. i. quātū exhauseris voluptati est. q̄ in exhaustos laboribus non cadit. Præterea respicit ad illud Quæ bella exhausta canebat. Quantū superfit. s. laboris. Nam est certus, suus, modus. sic Aldus & plerīq; oēs. Vallen. aūt habet. Nā est suus & in gestu modus: verū q͞a de gestu hic non loquit: legā aut cū Aldo certus, suus. i. appropriatus aut vt Raph. vult: est certus ei⁹. s. ptitionis modus. at si q̄d mutari ausim, legā: Nā est certus & suus cuiq; modus. Certe in Vallen. videt prius fuisse: nā est suus cuiq; modus expūctū est autē cuiq; & eius loco & in scriptū: supscriptū aūt gestu sed alia manu. Et euitāda vtiq; maxime. Vallen. deest pticula vtiq;: qua carere locus potest. Nec tā plura. Sic Val. & Ald. Deinde cū fecerint. Val. & Ald. habēt fecerunt. Diuisio vt simplex propositio: sic Raph. legendū censet. Aldus impressit: diuisio & simplex propositio. Vallen. codex cū cæteris habet diuisa & simplex ppositio &c. quā lectionē cur recusauerit Raph, vident. Nā ratio quā affert mihi nulla videt & contra cur Vallen. placeat, optima. Nā cū ostēdent propositionē aliquando simplicē aliquādo diuisam i seu ptitā esse debere: nūc de vtraq; pcipit ea in quæ cōueniūt dicens: Diuisa & simplex. i. tā diuisa q̄ simplex propositio quoties. s. alterutra adhiberi potest primū debet esse apta atq; dilucida. Tū. i. deinde debet esse breuis &c. Nō enim de quo dicamus. Sic Vallen. Aldus tamē impressit: quid dicamus: qđ quia aptius est sequar. Ne quid supsit. i. supfluū & supra id qđ sufficiat sit. paulo ante vbi dixit. Scire quantū supersit. accepit pro eo qđ restet aut reliquū sit. Vt si dicā: meo iudicio legendū est. Vt sic dicā de virtute &c. aut si eradatur. Partitio prima est. Sic Vallen. at Aldinus habet vt Raph. precipit. In eo de quo ambigitur sic Val. recte distingunt. Quo quicq; proposuerīs. Sic Val. & Ald. alij proposuerimus legunt.

Superesse.

matrem ab Oreste: conuenit mihi cū aduersarijs: iure ne fecerit: & licuerit ne facere id in controuersia est. Distributio vero ē: qua exponimus: q͞bus de reb⁹ dicturi sumus. Hāc in duas partes diuidūt: expositionē: & enumerationē: vt sit expositio sine nūero: enumeratio vero: qua numero exponimus: quot de rebus dicturi sumus. distributio aūt oīs res habere tres debet: breuitatē: absolutionē paucitatē. Breuitas est: q̄ facit: vt nullū nisi necessariū verbū assumat. Absolutio est: q̄ facit vt oīa: quę in causam incidūt genera cōprehēdant. Paucitas est: q̄ facit: vt genera sola rerū: de quibus dicturi sumus: cōplectamur. Nec video qđnam cōmodius exēplū ad hæc oīa possit afferri: q̄ Ciceronis diuisionē pro lege Manilia. Primū inq͞t mihi videt de genere belli: deinde de magnitudine: tū de impatore deligēdo ē dicēdū. ¶ Nō. n. de quo dicimus. Quid dicam⁹ emēdate in q͞busdā legit exēplaribus. ¶ Qđ in genere ptīri sit satis: p genere: vt legat genera grāmatices ratio exposcit: vt. n. in species: sic in genera recte q̄d ptīri dicimur. Nā Cicero q̄ pro lege Manilia dictur⁹ erat in genera diuisit: vt paulo ante dixi. Ea vero genera in species deinde pt[i]tus[est]. ¶ Vt si dicā de virtute iustitia. Si pticula: vt redūdās: sensumq; perturbans videtur eradēda. ¶ Partitio prima est. Deprauatus mihi qdē videt hic sensus. Cur. n. illa sit prima partitio: cum neq; secunda sit: neq; tertia. Quare pro prima forsitan proponit vel promit recte legeretur.

Distributio quid sit & habere debeat.

¶ M. Fabii Quintiliani de institutione oratoria. Lib. V. Prologus.



[F]Verunt & clari quidē auctores: quibus solū videretur oratoris officiū docere. Nāq; & affectus duplici ratione excludendos putabant. Primū quia vitiū esset omnis animi perturbatio: deinde quia iudicē a veritate depelli misericordia vel ira: similibusq; nō oporteret: & voluptatē audiētium petere, cū vincendi gratia tātū

¶ Raphaelis Regij in deprauationes Quinti Libri oratorię Quintiliani institutionis annotationes.

[F]Verunt & clari qdē auctores. ¶ necessaria sit oratori probādi ratio: q̄ & cōfirmationē cōplectitur & refutationē: perspicue hac breui fabius ostendit pfatione. Simul pbationis ipsi⁹ diuisionē ex Aristotelis rheto

ricis sumptā aperte sic describit: vt nulli⁹ expositionis (si mēdæ absint) indigere videatᵽ. Quibus solū videreᵽ oratoris officiū docere: ex Cic. sententia: quā & Fabi⁹ in tertio sequitᵽ: tria debet p̄stare orator: vt doceat: moueat: delectet. Docere nāq̄ necessitatis est: delectare voluptatis: mouere victorię. Eoꝝ aūt auctorū vnū fuisse etiā Aristotelē facile ex ei⁹ rhetoricoꝝ p logo p̄spici pōt. In eo nāq̄ demōstrat maxime ꝓpriū eē oratoris docere. Nec voluptatē audiētium petere. Sicq̄ cū legitᵽ in oībus: quæ mihi videre cōtigit exēplaribus: sed nisi corrigatᵽ vi: debitᵽ Fabius id negare. qd affirmare intēdit. Delectare eñ audiētes dicēdo non modo superfluū esse quidā aiunt: sed vix etiā viro dignū. Quare nec ꝑticula negatiua ab aliquo semidoctorū ascripta mihi videtᵽ eradēda: ac eius loco & copula reponēda hoc modo. Et voluptatē audientiū petere.

orator p̄stare debeat.

diceretur: non modo agēdi superuacuū: sed vix etiā viro dignū arbitrabatur. Plures vero: qui nec ab illis sine dubio partib⁹ rationē orādi submouerūt: hoc tamē propriū atq̄ p̄cipuū crediderūt opus: sua cōfirmare: & quę ex aduerso ꝓponerentur refutare. Vtrūcūq̄ est (nec eñ hoc loco meā interpono sententiā) hic erit liber illorū opinione maxime necessarius: quo toto hæc sola tractātur: qbus sane: & ea: q̄ de iudicialibus causis iam dicta sunt seruiūt. Nā neq̄ proœmii: nec narrationis est alius vsus: q̄ vt iudicē p̄paret. Et status nosse: atq̄ ea: de quibus supra scripsimus: intueri, superuacuū foret: nisi ad hāc ꝑueniremus. Denique ex quinq̄: quas iudicialis materię fecimus, partibus: q̄cūq̄ alia potest aliquādo necessaria causæ nō esse: lis nulla est: cui ꝓbatio ne opus nō sit. Eius p̄cepta sic optime diuisuri videmur: vt pri⁹ quæ in cōmune ad omnes q̄stiones pertinēt: ostēdamus. Deinde quæ in quoq̄ causæ genere propria sunt exequamur.

ASCENSIVS.

Verunt & clari &c. Vt Raphael distinxit omnia quæ hoc loco tractātur prologi aut p̄fationis munere fungūtur. Ois animi ꝑturbatio. Vñ a Virgilio dictū volūt de agricola: nec miseratus egentē est: aut quia nullū in egestate putauit malū: aut q̄ nullū sit in viro forti pathos. Et voluptatē audientiū: sic Val. & Ald. Plures sup. fuerunt auctores &c. Et quæ ex aduerso: sic Aldus. Vallēs. e diuerso est.

¶ Et q̄ aduerso ꝓponerentᵽ refutare. Ex ꝓpositio ascribēda videtᵽ vt ex aduerso legatᵽ. Eoꝝ aūt q putauerūt ꝓpriū: ac p̄cipuū opus oratoris sua cōfirmare: & q ex aduerso dicerenᵽ. refutare est & Aristoteles: & auctor rhetoricoꝝ ad Herēniū. Sic eñ ingt. Tota spes vincēdi: ratioq̄ ꝑsuadēdi in cōfirmatione & cōfutatiōe posita est. Nā cū argumēta nostra exposuerim⁹ cōtrariaq̄ dissoluerim⁹: absolute nimirū mun⁹ oratoriū cōfecerimus.

Dicēdi ratio quo p̄stat.

RAPH.

¶ Ac prima quidē illa partitio. Cum hinc de probatione p̄cipere incipiat Fabius: hoc caput a præfatione videtur seiungendum: ac de probationū diuisione inscribēdum. ¶ Ideoq̄ illas ἀτέχνους id est inartificiales vocauerunt: Sic quidē l[illegible]tur in omnibus: quæ ego viderim: exemplaribus: & recte legi clarissimis quoq̄ professorib⁹ videtur. Sed ego grādi pignore deposito contenderim: aliquid flagitij librariorū incuria hic fuisse admissum: quod nūc mihi demū sunt animaduersum. Aliquid enim deesse huic loco necessariū facile ex ijs: quæ sequuntur: acutius intuenti patet. Neq̄ eñ Fabius ex illo priore genere p̄iudicia: & reliqua esse diceret qd proximū eēt: illud nāq̄ pronomē nō ad proxima: sed ab remotiora referri solere: notius est q̄ vt sit admonendum. Quare mihi

is egregie latus.

De probationum diuisione. Cap. I.



C prima quidē illa partitio ab Aristotele tradita consensum fere omniū meruit: alias esse probationes quas extra dicēdi rationē acciperet orator: alias, quas ex causa traheret ipse: & quodāmodo gigneret. Ideoq̄ illas ἀτέχνους id ē inartificiales: has ἐντέχνους. i. artificiales vocauerūt. Ex illo priore genere sunt p̄iudicia: rumores: tormēta: tabulæ: iusiurandū: testes. in qbus pars maxima contētionū forensiū cōsistit. sed vt ipsa carent arte per se ita summis eloquētiæ viribus: & † alleuanda sunt plerūq̄: & refellēda. Quare mihi videntur magnopere damnandi: qui totū hoc genus a p̄ceptis remouerūt. Nec tamē in animo est omnia: quæ aut pro his dici: aut contra dici solent, cōplecti. Non eñ cōmunes locos tradere destinam⁹: qd esset operis infiniti: sed † vim quādā: atq̄ rationē. Quibus demonstratis non modo in exequendo suas quisq̄ vires debet adhibere: sed etiam inueniendo similia: vt quęq̄ cōditio litium poscet. Nec enim de omnibus causis dicere quisq̄ potest: saltem præteritis: vt taceam de futuris.

eleuanda

viam

¶ Ideoq̄ illas ἀτέχνους. i. artificiales: has ἐντέχνους. i. artificiales: vocauerūt. Sic quidē Aldus impressit: sed vt opinor Raphaelis vigilātia fretus qua ga in superioribus libris nō est vsus: vulgatis erroribus nō vacauit. Et alleuāda sunt

plerūq; & refellēda. Sic quoq; Vallen. at Aldus eleuāda impssit: qd quia parum differt ab eo qd additur refellenda: & tñ Fabius duo dicere velle videtur: videlicet superiora si pro nobis sunt a nobis esse alleuāda. i. adiuuāda: si pro aduersa no refellenda: Vallen. sequar. Aut cōtra sup. hæc. videturq; cōtra pceptū Vallæ de geminatis particulis: iuxta qd legatur melius. quę aut pro his aut cōtra hæc dici solent: vel sic. quæ aut pro his dici &c. quomodo reposui. quinq; hęc verba similitudine duarum dictionū a librarijs prætermissa: hacte nusq; a nullo professoriū reposita mihi videnť ascribēda. Has ἐντέχνους. i. artificiales: vt legam⁹. Ideoq; illas ἀτέχνους. i. inartificiales. Has ἐντέχνους. i, artificiales vocauerūt. Sic eñi & illesa cōseruabiť Fabij elegantia & integer sensus habebiť. Nā Aristote. in primo de arte rhetorica libro sic diuidit pbationes: vt earum alias ἐντέχνους hoc est ex arte cōstātes alias ἀτέχνους hoc est artis expertes vocet. ℂ Aut cōtra dici soleť. Nota hypodiastoles ita apponatur vt cōtra dici duo esse verba videantur.

De præiudiciis. Cap. II.



Iam pͥudiciorum vis oīs tribus in generibus versatur: rebus q̄ aliqñ ex paribus causis sunt iudicatę: q̄ exēpla recti⁹ dicunť: vt de rescissis patrū testamētis: vel cōtra in filios cōfirmatis iudiciis ad ipsam cām ptinētibus. Vñ etiā nomē ductū est: qualia in Opianicū facta dicunť & a senatu aduersus Milonē: aut cū de eadē cā pnūciatū est: vt in reis deportatis: & assertione secūda: & de ptibus cētūuiraliū: quę in duas hastas diuisę sunt. Cōfirmanť pcipue duob⁹: auctoritate eorū: q pnūciauerūt: & similitudine rerū: de qbus q̄ritur. Refellunť aūt raro p cōtumeliā iudicū: nisi forte manifesta ī iis culpa erit. Vult eñ cognoscētiū quisq; firmā esse alterius sententiā: & ipse pronūciaturus exēplū nō libēter, qd in se fortasse recidat: facit. Cōfugiēdū ergo est in duobus supiorib⁹ si res feret: ad aliquā dissimilitudinē causę. Vix aūt vlla est p oīa alteri similis. Si id nō cōtinget: ac eadē cā erit, aut actorū incusanda neglīgētia: aut de ifirmitate psonarū q̄rēdū: cōtra quas erit iudicatū aut de gratia: q̄ testes corruperit: aut de inuidia: aut de ignorātia: aut inueniēdū qd causę postea accesserit. Quorū si nihil erit licet tñ dicere multas iudiciorū causas ad inique pnūciādū valere. Ideoq; damnatū Rutiliū: absolutos Clodiū atq; Catilinā. Rogādi etiā iudices: vt rē potius intueanť ipsam: q̄ iuriurādo alieno suū donēt. Aduersus cōsulta aūt senatus: & decreta principū: & magistratuū: remediū nullū est: nisi aut ī uēta q̄tulacūq; causę differētia: aut aliq̄: vel eorūdē vel eiusdē potestatis hoim posterior cōstitutio: q̄ sit priori cōtraria: q̄ si deerūt: lis nō erit.

ASCENSIVS.

ℂ Iam pͥudiciorū: sic mihi videť verior lectio q̄ aut Nā vt Raph. pcipit & Aldus impssit: aut Tamen. vt Vallen. codex habet: est eñ iā pticula aptior initijs & nulla assignať hic supiorū ratio. Ex parib⁹ causis: sic Val. & Ald. Vnde etiam nomē ductū: sic Ald⁹: Valla tñ dictū hab3. Cōtra quas erit iudicatū: sic Vallen. Aut aliqua vel eorūdē vel eiusdē potestatis hominū posterior cōstitutio. Nā posterior: priori pͥudicat. Lis non erit: quia sententia manifesta fuerit.

ℂ Tamē pͥudiciorum vis ois trib⁹ in generib⁹ versať. Tamē pticula: vt ab initio omni aliena videť eradēda ac eius loco. Nā, qua pticula sensus quoq; copulanť: est ascribēda. Prȩiudiciū āt Asconius Pædian⁹ sic desinit. Præiudiciū diciť res: q̄ cū statuta fuerit: affert iudicaturis exēplū: qd sequanť. Iudiciū est res q̄ cām litē q; determinat. ℂ Rebus q̄ aliquando ex patribus causis sunt iudicatę. Parib⁹ t sia expūcta legēdū esse cōstat. Res iudicata autē diciť: vt inqt Vlpi. libro digestorū quadragesimosecūdo de re iudicata. Quę finē controuersiarū pnūciatione iudicis accipit: qd vel cōdēnatione: vel absolutiōe cōtingit. ℂ Vt de rescissis patrū testamētis. Valeri⁹ Maximus ī septio: & de testamētis: q̄ rescissa sunt: & de testamētis: q̄ rata manserūt: duo capita inscripsit. Quare illa legat: q plura ī hui⁹ loci expositionē videre cupit. Ea vero testamenta: q̄ rescinduntť: atq; rūpunť inofficiosa a iurecōsultis appellanť. Legibus eñ cautū est: vt liberi inique: aut exhæredati aut pternissi de inofficioso testamēto agere possint: hoc colore quasi nō sanę mētis fuerint parētes: cū testamētū ordinarēt cū ex officio pietatis id nō cōdiderint. Sed hęc apd iurisconsultos diffusi⁹. ℂ Vñ etiā nomē dictū est. Ductū rectius forsitan q̄ dictū legereť: vt intelligatur deductū: atq; deriuatū. ℂ Qualia in Opianicū facta dicuntur. Ex oratione Ciceronis p Cluentio aperte colligiť: Opianicū veneficij ab ipso Cluētio accusatū duobus pͥudicijs fuisse dānatū. Nā & Scamandri Fabritioq; liberti: q accepta pecunia venenū ppararat & Fabritij patroni qui cōscius erat damnatione: Opianicus quoq; qui illud curauerat pparādū: cōdemnatus eē videbať. ℂ Et a senatu aduersus Milonē. Senatus: vt in Ciceronis oratione p Milone legiť: iudicauit eā cędē: qua. P. Clodius occisus est: contra rēpublicā fuisse factā. Hoc aūt senatus decretū contra Milonem præiudiciū esse videbatur. ℂ Vt in reis deportatis: & assertione secūda: & de partib⁹ centūuiraliū: quæ in duas hastas diuisæ sunt. Reos deportatos generaliter oēs diciq; in insulā: aliūue locū relegātur: cū ex titulo de interdictis: & relegatis: & de-

Prȩiudic... fit: & qu... dicium.

Res iud... quid fit.

Opiani... venefici... damnat...

Rei qui... bantur.

portatis:tū ex iis:q̄ ibi a priscis iurecōsultis scribūtur aperte colligitur. Qui vero cupit & deportatorū: & relegatorū aliorūue statū suū quocunq; mutantiū definitionē plene intelligere: videat Iustiniani institutiones in titulo de capitis diminutione. Huiusmodi aūt reorū iā deportatorū causæ iterū etiamnū agūtur: ac restituūtur: vt titulus de sententiā passis: & restitutis declarat & ad eū Vlpianus cū inquit. Deportatus: si restituatur dignitatē q̄dē indulgentia principis recuperabit. De assertione vero tolleda extat titulus in septimo Codicis Iustiniani: ex cuius cōstitutione a pte percipit: assertiones & bis: & ter apud priscos fuisse tractatas. Sic enim iubet imperator. Illis legibus: q̄ dudū ex secūda: & tertia vice assertorias lites examinari īcipiebāt: in posterū conquiescētibus definitionē in suis manere viribus: cū puocatio nulla oblata fuit: & q̄ sequūtur. De partibus aūt centūuiralibū etiā valerius meminit in capite de rescissis iudiciis. Idcirco aūt centūuiralia iudicia in duas hastas fortasse diuisa fuisse dicūtur: q̄ in alteris de ciuilibus: in alteris de criminalibus causis ageret: vt nūc fit Venetiis a quadraginta viris: quo᷑ alteri criminales: alteri ciuiles causas ab aliis iā decisas recognoscūt. ¶ Si id nō cōtinget aut eadē causa erit, Actionū incusanda neglgētia: aut de informitate personarū q̄rēdū. Accopula videt ascribēda: aut vero in locū suū transferēda: ac loco actionū actorū esse legendū: & pro informitate scribendū infirmitate: hoc modo. Si id nō continget: ac eadē causa erit: aut actorū incusanda negligentia: aut de infirmitate personarū q̄rendū. ¶ Contra quas erit iudicium. iudicatū legendū esse ne dubitandū quidē est. ¶ Absolutos Clodium: atq; Catilinam. Catilina repetundarum accusatus ab Aphris quā prouinciā prætor obtinuerat: absolutus est: Cicerone (vt ait Fenestella) defendēte. Cuius Pædianus nō assentitur.

RAPH.

¶ Famam atq; rumores. Fama est vt in topicis Cicero ait: vulgi: ac multitudinis quoddā testimoniū. ¶ Fraude inimicorū falsa vulgariū. Loco vulgariū legēdum esse vulgantium facile est videre.

ASCENSIVS.

¶ Pars. s. rhetorū: aut de arte dicēdi p̄cipientiū. Valleū. habuit qdē vulgarum sed in margine adscriptū vulgantium: quomo & Aldus impressit: vt sit ordo: exēpla falsa: nō deerunt vtrinq; .i. eb vtraq; parte cōtēdentium allata: fraude inimicorum vulgātium sup. ea. Nescia an tñ an legā potius vulgarium: vt sit fraude inimicorum vulgarium. i. ex vulgo assumptorum.

## De Rumore & Fama. Caput. III.




Famam: atq; rumores pars altera cōsensum ciuitatis: & velut publicū testimoniū vocat: altera sermonē sine vllo certe auctore dispersum: cui malignitas initium dederit: incremētum credulitas. q̄d nulli non etiam innocentissimo posset accidere: fraude inimico᷑ falsa vulgantiū, exēpla vtrinq; nō deerūt.

RAPH.

¶ Sicut i tormētis quoq;. Tormēta dicunt etiā q̄stiones. Vñ Vlpian⁹ de iniuriis & famosis libellis. Questionē intelligere debem⁹ tormēta: & corpis dolores ad eruēdā veritatē. ¶ Q̄d aliis patientia. Alii inqt sunt tāta patiētia: & duritia: vt facile tormēta: ossa crucia tus cōtēnāt: neq; illis veritas vllo dolor exprimi possit. Cōtra alii sūt tā molles & ifirmi: vt quoduis fateri etiā si sit falsū q̄ tormēta pati malint. Vñ illud vulgatū. Mentiet in tormentis q̄ dolorē pati potest: mentietur qui pati nō potest.

## De tormentis. Caput. IIII.



Sicut in tormētis quoq;: q̄ est locus frequētissimus: cū pars altera q̄stionē vera fatēdi necessitatē vocet: altera sępe etiā cām falsa dicēdi: q̄ aliis patiētia facile mēdaciū faciat: aliis īfirmitas necessariū. q̄d attinet plura de iis? Plenæ sunt orōnes veterū: ac nouorū. Quædā tñ in hac pte erūt ꝓpria cuiusq; litis. Nā siue de habēda q̄stione agef, plurimū intererit: qs: & quē postulet: aut offerat: & in quē: & ex qua causa. siue iā erit habita: quis ei p̄fuerit: quis: & quo mō sit tortus: an credibilia dixerit: an īter se cōstātia, p̄seuerauerit ī eo q̄d cœperat: an aliq̄d dolore mutauerit. prima pte q̄stiōis an p̄cedēte cruciatu: q̄ vtrinq; tā infinita sunt: q̄ ipsa rerū varietas.

ASCENSIVS.

¶ Siue iā erit habita sup. q̄stio. repete plurimū intererit, quis ei p̄fuerit, Q̄ ipsa rerū varietas: sic Valleū. & cōcinne: cum Aldus impresserit Q̄ ipsarum rerū varietas. sed in significando parum refert.

RAPH.

¶ Contra tabulas quoq; sępe dictum: sępe dicendum est. Tabulæ pro testamentis scriptisq; aliis quæ istrumenta dicuntur in plurali dūtaxat declinantur. Vnde Vlpian⁹. De iniusto rupto irrito facto testamēto.

## De tabulis & iis q̄ cōtra tabulas. Cap. V.



Contra tabulas quoq; sæpe dictū: sæpe dicēdū est: cum eas non solū refelli: sed etiam accusari sciamus esse vsitatū. Cum sit autē in his aut scelus signatorum: aut ignorantia: tutius ac facilius id q̄d secūdo loco diximus, tractatur:

ꝙ scilicet pauciores rei fiunt. Sed hoc ipsum argumenta ex causa trahit: si forte: aut incredibile est, id actum esse, quod tabulæ cōtinent: aut (vt frequentius euenit) aliis probationibus æque inartificialibus soluitur: si aut is: in quem signatū est: aut aliquis signator dicitur abfuisse: vel prius esse defunctus: si tēpora non congruūt: si vel antecedentia: vel insequētia tabulis repugnāt: inspectio ipsa etiam sæpe falsum deprȩhendit.

ASCENSIVS.

¶ Contra tabulas &c. Nihil ad hunc locum præter ea quæ ex Vallæ adnotatis attulit Raph. cōstimo afferenda.

Si binæ tabulæ proferantur diuersis temporib⁹ factæ: vnæ pri⁹ alteræ postea vtraq; tamē septem testiū signis signatæ: & apertæ posteriores vacuæ inuentæ sint. id est nihil scriptū habētes, omnino superius testamentum ruptū nō erit: quia sequens nullum est. ¶ Cum sit autē in his aut scelus signatorū: aut ignorantia: tutius ac &c. Signatores dicuntur testes: qui testamentis sua signa imprimūt: vt ex Vlpiani verbis aperte colligitur. De tabulis exhibendis lib. xliij. Exhibere hoc est materiæ ipsius apprȩhendendæ copiam facere. Exhibere autem apud prætorem oportet: vt ex auctoritate eius signatores admoniti veniant ad signa recognoscenda. Et si forte non obtemperēt testes. Labeo scribit coerceri eos a prætore debere. Signatores dicantur

De iureiurando. Cap. VI.



Iusiurandum litigatores: aut offerūt suū: aut nō recipiūt oblatū: aut ab aduersario exigūt: aut recusant cū ab ipsis exigatur. Offerre suū sine illa conditione: vt vel aduersarius iuret: fere improbū est. Qui tamē id faciet: aut vita se tuebitur: vt eū nō sit credibile peierare: aut ipsa vi religionis. In qua & plus fidei cōsequetur: si id egerit: vt nō cupide ad hoc descendere: sed ne hoc q̄dē recusare videatur: aut si causa patietur: modo litis: ꝓpter quā deuoturus se ipē nō fuerit: aut si p̄ter alia causæ instrumēta adiicit ex abūdāti: hanc quoq; cōscientiȩ fiduciā. Qui nō recipiet, iniquā cōditionē: & a multis cōtemni iurisiurandi metū dicet. Cū & philosophi q̄dā sint reperti: qui deos habere rerū humanarum curā negarent. Eum vero: qui nullo † deferēte iurare sit paratus: & se ip̄m velle de causa sua pronunciare: & q̄ id q̄d offert leue: ac facile credat ostēdere. At is: q defert alioqui agere modeste videtur: cū litis aduersarium iudicem faciat: & eū: cuius cognitio est: onere liberet: qui profecto alieno iureiurando stare q̄ suo mauult: quo difficilior recusatio est: nisi forte res est ea: quā credibile sit notam ipsi nō esse. Quæ excusatio si deerit: hoc vnū relinquetur: vt inuidiam sibi quæri ab aduersario dicat: atq; id agi: vt in ea causa: in qua vincere nō possit: queri possit. Itaq; hominē q̄dem malū occupaturū hanc conditionē fuisse: se autē probare malle: quæ affirmet: q̄ dubiū cuiq; relinquere: an peierarit. Sed nobis adolescentibus seniores in agendo facti p̄cipere solebant: ne vnq̄ iusiurandū deferremus: sicut nec optio iudicis aduersario est permittenda: nec ex aduocatis partis aduersæ iudex eligēdus. Nā si dicere contraria turpe aduocato videtur: certe turpius habēdum, facere quod noceat.

essecente

ASCENSIVS.

¶ Aut nō respuūt oblatū: sic Aldus & cæteri præter Vallen. qui aut nō recipiūt oblatum, habet. & quidem recte. Nam in processu cum quatuor hæc membra declarat auctor. dicit pro primo offerre suū. pro secūdo Qui non recipiet. Pro tertio. At is qui defert. Pro quarto. Quo difficilior recusatio est. Quia ergo: qui

RAPH.

¶ Iusiurādum litigatores aut offerant suū. Iusiurandum sæpenumero litibus adhibetur. Nam vt iquit Caius libro digestorū duodecimo, titulo de iureiurādo: Maximū remediū expediēdarū litium in vsum venit iurisiurandi religio: qua vel ex pactione ipsorū litigatorū: vel ex auctoritate iudicis decidūtur controuersiæ. ¶ Offerre suum sine vlla conditione: vt vel aduersarius iuret fere improbū est. Quis ita legat ac sensus integer esse videatur: illa tamē pro vlla ascribendū esse audacter cōtenderim. ¶ Quæ nāq; alia cōditio ferri potest? Sic aūt eē legendū ex illo pauli quoq; dicto colligi potest: de iureiurando. Manifestȩ inquit turpitudinis est: & cōfessionis nolle nec iurare: nec iusiurandū referre. ¶ Cum & philosophi quidem sint reperti. Quidam legendum est nō quidem. Philosophi autē qui negarūt deos esse: hi fere sunt: vt inquit Plutarchus de placitis philosophorum Diagoras Milesius & Theodorus Cyreneus. & Eumenus Tegeates. Epicurus vero deos q̄dē esse dixit. rerū vero humanarū curā gerere negauit. ¶ Ne vnq̄ iusiurandū deferremus: genitiuo illi⁹ casu deferremus est legendū. ¶ Cū litis aduersariū iudicem faciat. Iusiurandū: Paulus inq̄t speciem

Iusiura

Athei Philoso deos eē tes q fu

Iurisiur auctori

transactionis cōtinet: maiorēq; habet auctoritatem q̄ res iudicata.

nō recipiet:repetit,nō est legēdū aut nō respuūt.Qđ mirū est Raph. nō animaduertisse. Sine illa conditione: sic Aldus recte impressit:& Raph. optime p̄monuit:licet Vallen̄. Vlla habeat.Præter alia,causa instrumentū adijcit:sic Rap.& Vall.sed Ald.melius.præter alia causæ instrumēta adijcit ex abūdanti.Iusiurandi.Vallen̄.habet iurisiurandi sicq; habendū est.Phi quidā Vallen̄.habet: & qui fuerunt adnotatū: verū p Eumenus:habitur in eo Euemerus.habet & hoc ex Cicerone de natura deorū.Deos vllos esse Diagoras qui atheos dictus est negauit.Essent dij necne:non liquere sibi Prothagoras dixit:quodāmodo deos tollēs. Qui nullo offerēte. Vallen̄.habet deferēte:Subaudit aūt dicet.s.aduersarius eū recusans. At is q defert. hoc facit vt credā Vallā recte scripsisse nullo deferēte. Alioquin &c. nō est in Vallen̄. & Aldus p̄ter morē aliogn scripsit. Quē dubiū cuiq;.sic Aldus:sed Val.melius:q cuīq̄ scripsit, An peierarit.licet dicat̄ piurū & periurus: tñ in vsu est peiero nō periuro.Deferremus.sic Val.& Ald.vñ iterū patet supra legendū,nullo deferente.

RAPH.

¶ Maximus tamen patronis circa testimonia sudor est. Testimonia q̄ & testationes dicūtur,testiū sunt dicta.Quē q̄ testimonia proprie ad absentes referūtur. Vñ Callistratus Iuriscōsultus libro vigesimo secūdo de probationibus & p̄sumptionibus inquit. Idem diuus Hadrian⁹.L.Ruffino proconsuli Macedoniæ rescripsit testibus se non testimonijs crediturū.Et paulo post Gabinio quoq; Maximo idē princeps in hæc verba rescripsit. Alia est auctoritas p̄sentiū testiū:alia testimoniorū:quæ recitari solent. ¶ Si rep̄hensionem nō capit ipsa persona. Nō solū priuati:sed etiā magistratus interdum testimonia dicunt.Id qđ faciēdum esse pręcipit Venuleius iuriscōsultus libro digestorū vigesimosecūdo. De testibus. Curet inqt magistratus cuiuscunq; loci testari volētib⁹:& se ip̄os: & alios testes:vel signatores p̄bere:quo facilius negotia explicētur: & pbatio rerū salua sit. ¶ Est hic cōmunis locus: cū pars altera nullā firmiorē probationē eē cōtendit: q̄ quæ sit hominū sententia nixa. Licet mihi exēplaria refragētur:meo tamē periculo sciētia p sen tentia legendū esse affirmarim. ¶ Non eñ ipsos esse testes:sed iniuriatorū afferre voces. Ita quidē legitur: sed cum iniuriari verbum apud quēq̄ auctorē latinū (qđ sciam) nō inueniatur: aliter q̄ iniuriatorum legēdum esse facile contenderim. Quid? q iniuriatorū etiā si latinū esset verbū sensui tñ minime cōueniret?

## ¶De Testibus. Cap.VII.



Aximus tamen patronis circa testimonia su
dor est.Ea dicuntur aut per tabulas: aut a p̄
sentibus. Simplicior contra tabulas pugna. Per tabulas testimonia.
Nam & min⁹ videtur obstitisse pudor inter
paucos signatores: & pro diffidentia premi
tur absentia.Si repræhensionē non capit ipsa
persona:infamare signatores licet.Tacita præterea †quadam si Quædam significatio
gnificatione refragatur his omnibus:q nemo p tabulas dat re
stimoniū:nisi sua voluntate:quo ipso non se esse amicum ei:con
tra quem dicit:fatetur.Nec tamē protinus cesserit orator:quo
minus & amicus pro amico: & inimicus contra inimicū possit
verū (si integra sit ei fides) dicere.Sed late locus vterq; tracta
tur.Cum præsentibus vero ingens dimicatio est.†Ideoq; velut Per testes p̄sentes.
duplici cōtra eos:proq; his acie confligitur:actionū:& interro Itaq;
gationum. In actionibus primū generaliter pro testibus:atq; in
testes dici solet. Est hic cōmunis locus:cum pars altera nullam
firmiorem probationem esse contendit; q̄ quæ sit hominū scien
tia nixa:altera ad detrahendam illis fidem omnia: per quæ fieri
soleant falsa testimonia enumerat.Sequens ratio est:cum specia
liter quidem: sed tamen multos pariter inuadere patroni solēt.
Nam & gentium simul vniuersarum eleuata testimonia ab ora
toribus scimus: & tota genera testimoniorū vt de auditionib⁹:
non enim ipsos esse testes sed iniuratorū afferre voces:vt in cau
sis repetundarū:qui se reo numerasse pecunias iurant:litigato
rum non testiū habendos loco. Interim aduersus singulos diri Actio in singulos.
gitur actio. Qđ insectationis genus: & permixtum defensioni
legimus in orationibus plurimis:& separatim editum: sicut in
Vatinium testē.Totū igitur excutiamus locū,quando vniuer
sam institutionē aggressi sumus.Sufficiebant alioqui libri duo
a Domitio Afro in hanc rē compositi:quem adolescentulus se
nem colui:vt non lecta mihi tantū ea:sed pleraq; ex ipso sint co
gnita.Is verissime præcipit:primū esse in hac parte officiū ora
toris:vt totā causam familiariter norit:qđ sine dubio ad omnia
pertinet.id quomodo contingat:explicabimus:quū ad destina
tum huic parti locū venerimus. Ea res suggeret materiā inter
rogationi: & veluti tela ad manū subministrabit. Eadem doce
bit:ad quę iudicis animus actione sit p̄parādus.Debet enim vel
fieri: vel detrahi testibus fides oratiōe perpetua: quia sic dictis

Testiū duo genera.

quisq; mouetur: vt est ad credendū, vel non credendū ante formatꝰ. Et quoniā duo genera sunt testiū: aut volūtarioꝝ: aut eorū: qbus iudex publicis iudiciis lege denūciare solet: quorū alterovtraq; pars vtitur: alterū accusatoribus tantū cōcessum est.

Volūtariis testibus interrogādi ratio.

Separemus officiū dātis testes: & refellētis. Qui volūtariū pducit: scire qd is dicturus est: potest. Ideoq; faciliorē videtur in rogādo habere rationē. Sed hęc quoq; pars acumen & vigilātiam poscit: prouidēdūq; ne timidus: ne incōstans: ne imprudens sit testis. Turbantur eñ: & a patronis diuersę partis inducūtur in laqueū. Sed & plus dephēsi nocēt: q̄ firmi: & interriti pfuissent. Multū igitur domi anteuersandi: ac variis percontationibus: quales haberi ab aduersario possunt: explorandi sunt. Sic fit: vt aut constēt sibi: aut si qd titubauerint: opportuna rursus eius: a quo producti sunt: interrogatione: velut in gradū reponātur. In iis quoq; adhuc: qui cōstiterint sibi, vitādę sunt insidiæ: nam frequēter subiici ab aduersario solent: & oīa profutura polliciti diuersa respōdent: & auctoritatē habēt nō arguētiū illa: sed cōfitentiū. Explorandū igitur quas causas lędendi aduersariū afferant: nec id satis est inimicos fuisse: sed an desierint: an per hoc ipm cōciliari velint: ne corrupti sint: ne pœnitētia ppositū mutauerint. Qđ cū iis quoq;: qui ea: quæ dicturi videntur: re vera sciunt: necessariū est pcauere: tum multo magis in iis: qui se dicturos quæ falsa sunt: pollicētur. Nā & frequentior eorū pœnitentia est: & promissum suspectius: et si perseuerauerit: rephēsio facilior.

Denūciati interrogādi forma.

Eorū vero: quibus denūciatur: pars testium est: quæ reū lędere velit: pars quæ nolit. Idq; interim scit accusator interim nescit: fingamus in psentia scire: in vtroq; enim genere summis artibus interrogantis opus est: nā si babet testē cupidū lædendi: cauere debet hoc ipm: ne cupiditas eius appareat: nec statim de eo qđ in iudiciū venit: rogare: sed aliquo circuitu ad id peruenire: vt illi: qđ maxime dicere voluit: videatur expressum: nec nimiū instare interrogationi: ne ad omnia respondēdo testis fidem suā minuat: sed in tantū euocare eū: quātū sumere ex vno satis est. At in eo: qui verū inuitus dicturus est: prima felicitas interrogātis est extorquere: qđ is noluerit. Hoc non alio modo fieri potest: q̄ lōgius interrogatione repetita. Respōdebit eñ quæ nocere causę nō arbitrabitur. Ex pluribus deinde q̄ cōfessus erit: eo perducetur: vt qđ dicere nō vult: negare nō possit: nam vt in oratione sparsa plerūq; colligimus argumēta: quę per se nihil reum aggrauare videantur: congregatione deinde eorum factum cōuincimus: ita huiusmodi testis multa de ante actis: multa de insecutis: loco: tēpore: persona: cęterisq; est interrogādus: vt in aliquod responsum incidat: post qđ illi vel fateri quæ volumus necesse sit: vel iis: quæ iā dixerat: repugnare. Id si nō cōtingit: reliquū erit: vt eū nolle dicere manifestū sit: protrahēdusq; vt in aliquo: qđ vel extra cām sit: dephēdat. Tenēdus etiā diutius: vt oīa: ac plura q̄ rēs desiderat p eo dicēdo suspectus iudici fiat: quo nō minꝰ nocebit: q̄ si vera in reum dixisset.

Exponit nāq; Fabius quo modo auditionū testimonia eleuari possint. Quid vero ad hoc facit si iniuria affectorum voces a testibꝰ afferuntur? Certe nihil. cū interim etiā referat: nec idcirco tamē minꝰ testibꝰ fides adhibet. Quo mō igit legendū dicemus? An i vocali de medio expūcta iniuratorū est legendū? Testibus nāq; iuratis tum creditur: cū quæ ipsi viderunt quibusq; ipsi interfuerūt: exponūt. Qui vero audita referunt quis iurati: fides iis non est habenda. Non eñ quæ sciūt respondent: sed iniuratorum hoc est eorum: qui nō iurarūt voces solū afferūt. ¶ Vt i causis repetundarū u vocali in e cōuersa & copula loco: illiꝰ particulæ vt videtur reponēda. ¶ Sufficiebant aliog libri duo a Domitio Afro in hanc rē cōpositi: quem adolescētulus senem colui. Ex hoc quoq; loco manifeste colligit Fabiū ex Hispania nō venisse conductū a Galba ad legendā rhetoricā: vt diuus Hieronymus in libro de tēporibꝰ scribit qui fortasse patrē p filio accepit. Nam Fabij pater patronus causarum fuit egregius: cuiꝰ hoc dictū in nono in exēplū affertur. Nolo imoriaris legationi immorare. ¶ Quo mō cōtingat explicabimus. Id pnomē vt ascribat sensus integritas exposcit vt legamꝰ. Id quo mō cōtingat. ¶ Alterū excusatoribus tātū cōcessum est. Accusatoribꝰ p excusatoribꝰ legēdū esse vt putē: adducor iis: q̄ paulo post de hoc testiū genere dicūtur: qbus lege denūciari solet. Huiusmodi nāq; testibus soli accusatores vti vident. ¶ Qui volūtariū producit scire qd his dicturus est pōt. Is citra aspirationē & sit legēdū est. Tenere aūt debemꝰ iterrogationē testiū & accusatoris: & defensoris eē: & eius q producit: & eius contra quē pducitur: vt ait Pędianus: id qđ facile ex ipsius quoq;

Fabius n[on] Hispanu[s fue]rit & ind[uctus ad] rhetorica[m le]gendā cō[ductus] fuerit.

Ar si (qđ secūdo loco diximus) nesciret actor: qđ propositi testis attulerit: paulatim: & vt dicitur, pedetentim: interrogādo experietur animū eius: & ad id respōsum qđ eliciendū erit: per gradus ducet. Sed quia nōnūq̄ sunt hæ quoq; testium artes: vt primo ad voluntatē respōdeant: quo maiore fide diuersa postea dicāt: est † accusatoris suspectum testem dū prodest: dimittere.

oratoris

ASCENSIVS.

¶ Tacita præterea quædam significatio refragatur. Sic Aldus & cæteri præter Vallā qui scripsit quadam significatione: vt verbū refragatur impersonale sit. qđ eo facilius recipiā ꝙ licet impersonale verbū præcessit. Quo ipso.s.ꝙ vltro & sponte per tabulas testimoniū dederit. Itaq; velut duplici. Ald. & Val. habent Ideoq;. Hominū scientia nixa: sic Vallen. exēplar habet. Vnde admonitū Raphaelē putē licet dissimulet Aldus etiā sic impressit: sed post Raph. Eleuata.i. iudicata iniqua: vt in statera iniqui ponderis eleuantur. Adnotauit Valla id Ciceronē fecisse pro Sextio. Sed iniuratorum sic e Vallen. codice scribendum dicit Raph. licet belle dissimulet: decepit autem forte scribas etiam semidoctos quod sequitur: vt in causis repetundarum qui se reo. &c. quia tales iniuriā passi videntur. sed errant vt dixi: quia hoc secūdū est exemplum vbi gentium vniuersarum eleuata testimonia: nō prioris exempli declaratio. Raph. tñ ne id credat censet vt legendū qđ non est necesse. Permixtū defensione legimus: vt in oratiōe Ciceronis pro Cinna vt adnotauit Valla. Qui etiā de Quintiliano adnotauit quæ Raph. adduxit & plura: nam addit Martialis carmen quo attestatur Romanū esse dicens. Quintiliane vagę moderator summe iuuētæ. Gloria Romanæ Quintiliane togę. Dubitem an legendū sit permixtum: vt sit editū permixtim & separatim: q̄q̄ copulari possunt permixtū: seu (vt Aldus impressit) permistum & editū. Quādo.i. quādoquidē: vniuersam institutionē aggressi sumus. Alterū accusatoribus sic Val. & Ald. & dep̄hēsi paulo post. & supra Scite quid is &c. sed vterq; habet quid is dicturus est: nō sit. meliusq; putem. Nam de eo quem & quid dicturus est scimus, dicimus dicturus est: de eo quem an dictur⁹ sit dubitamus: & quid dicturus hęsitamus: dicturus sit dicimus. Varijs percōtationibus: Aldus imp̄ssit percūctationibus. Qui cōsisterint sibi: sic Aldus: Valla aūt pro sibi sunt scripsit: sed facili⁹ sunt subaudiat̄ q̄ sibi: vñ sibi scribā. Subijci: occulte statui aut induci tāq̄ sint ijs a q̄bus adducūtur suffragaturi cū aduersis faueāt. Sane nō pōt mihi p̄suaderi vt credā a viro bono queq̄ induci ad falsuz testimoniū mēdaciter exhibēdū. & tñ Fabius inducēdos innuit q se dicturos: q̄ falsa sunt: pollicētur. Etsi p̄seuerauerint sic quoq; Aldus impressit: sed Valla p̄seuerauerūt scripsit. Sparsa plerūq;: sic quoq; Aldus: vñ miror in Vallēsi esse posa pro sparsa. Quid p̄ponit testis: lege qđ p̄positi &c. & experietur nō experitur. Est accusatoris &c. sic Aldus ab Raphaele vt opinor admonitus imp̄ssit cū Vallen. habeat oratoris: & reuera tā defensoris q̄ accusatoris qui vterq; orator est: interest id cauere: vñ etsi seorsum de patronis qui ijdē defensores sunt locuturus est: putem tñ de oratore dixisse & ita scribendum.

Quintiliani verbis colligi potest. ¶ Sed & plus dep̄ręhendi nocet. Dep̄ręhensi legendum esse nemo non videt. ¶ Est oratoris suspectum testem dum prodest dimittere. Sic quidem legitur. Sed nisi corrigatur: parū conuenient quæ statim subijciuntur cum superioribus. Cur enim patronorum in parte expeditior: in parte difficilior sit interrogatio.q̄ oratoris: cum patroni vtiq; sint oratores? Quare mihi sic emendari posse videtur: vt loco oratoris: reponat̄ accusatoris vel certe actoris. Actor nāq; frequentissime ponitur pro accusatore.

¶ Patronorum in parte expeditior: in parte difficilior: interrogatio est. difficilior hoc ꝙ raro vnq̄ possunt ante iudiciū scire: quid testis dicturus sit. expeditior, ꝙ cū interrogādus est: sciūt quid dixerit. Itaq; in eo qđ incertū est: cura & inquisitione opus est: quis reū p̄mat: quas: & quibus ex causis inimicitias habeat: eaq; in oratione p̄dicenda: atq; amolienda sunt, siue odio conflatos testes: siue inuidia: siue gratia: siue pecunia videri volumus. Et si deficietur numero pars diuersa: paucitatē: si abūdabit conspirationē: si humiles producet vilitatē: si potentes, gratiā oportebit incessere. Plus tñ proderit causas: propter quas reū lędāt, exponere: q̄ sunt varię: & pro cōditione cuiusq; litis: aut litigatoris. Nā cōtra illa: q̄ supradiximus: simili rōne respōderi locis cōmunibus solet: quia & in paucis: atq; humilib⁹ accusator simplicitate gloriari potest: ꝙ neminē: p̄ter eos † quos putarit scire, quęsierit: & multos: atq; honestos cōmēdare aliquādo est facili⁹ Verū interim: & singulos: vt exornare: ita destruere cōtingit: aut recitatis in actione: aut nominatis testibus. Qđ iis tēporib⁹ quibus testis modo post finitas actiones rogabatur: & facilius & frequentius fuit. Quid autem in quemq; testium dicendum

Defensoris partes in interrogando.

qui possunt

[...]nsores pa[...]i dicūtur.

¶ Hactenus autē Fabius accusatori præcepta tradidit: quæ seruet in ijs rogandis testibus quibus denunciatur. Quæ vero defensoribus qui & patroni dicuntur: in ijsdē rogādis testib⁹ seruāda sint: apte subijcit. ¶ Itaq; qđ in eo incertū est. Hic quidem verborum dūtaxat facta est perturbatio quæ sensum nonnihil confundit. Castigate autem sic legitur. itaq; in eo quod incertum est. ¶ Quia vt in paucis atq; humilibus. Et copula loco illius vt particulæ videtur reponenda: hoc modo. Quia & in paucis. ¶ Q; neminē p̄ter eos qui putant scire. Quidam loco illi⁹ verbi putāt legūt possunt. Mihi vero quos & putarit: videtur esse legēdum. ¶ Qđ ijs tēporibus

sit: sumi nisi ab ipsorum personis nō potest. Reliquę interrogandi sunt partes: qua in re primum est nosse testem: nam timidus terreri: stultus decipi: iracundus concitari: ambitiosus inflari: longus protrahi potest. prudens vero: & constans: vel tanq̃ inimicus: & peruicax dimittendus statim: vel non interrogatione: sed breui interlocutione patroni refutandus est: aut aliquo: si continget: vrbane dicto refrigerādus: aut si quid in eius vitam dici poterit: infamia criminū destruēdus. Probos quosdam: & verecundos non aspere incessere profuit: nam sæpe qui aduersus insectantem pugnassent: modestia mitigantur.

Interrogatio in causa.

Omnis autem interrogatio est aut in causa: aut extra causam. In causa sicut accusatori præcepimus patronus quoq; altius: & vnde nihil suspecti sit: repetita percontatione priora sequentibus applicando sæpe, eo perducit homines: vt inuitis quod prosit extorqueat. Eius rei, sine dubio, nec disciplina vlla in scholis: nec exercitatio traditur: & naturali magis acumine: aut vsu cōtingit hæc virtus. Si quod tamen exemplum ad imitationem demonstrandum sit: solum est: quod ex dialogis socraticorum: maximeq; Platonis duci potest: in quibus adeo scitæ sunt interrogationes vt cū in plerisq; bene respondeatur: res tamen ad illud: quod volunt efficere perueniat. Illud fortuna interim pręstat: vt aliquid: quod inter se parum consentiat a teste dicatur: interim (quod sæpius euenit) vt testis testi diuersa dicat. Acuta autem interrogatio ad hoc: quod casu fieri solet: etiam ratione perducet.

Extra causam.

Extra causam quoq; multa quæ prosint interrogari solent: de vita testium aliorum: de sua quisq;: si turpitudo: si humilitas: si amicitia accusatoris: si inimicitiæ cum reo: in quibus aut dicant aliquid quod prosit: aut in mendacio: vel cupiditate lędendi depræhendantur.

Interrogādi lex.

Sed in primis interrogatio debet esse circunspecta: quia multa contra patronos venuste testis sæpe respondet: eiq; præcipue vulgo fauetur: tum verbis q̃ maxime ex medio sumptis: vt qui rogatur (is autem est sæpius: & imperitus) intelligat: aut ne intelligere se neget: quod interrogantis non leue frigus est.

Frigus.

Ille vero pessimæ artes testem subornatū in subsellia aduersarii mittere: vt inde excitatus plus noceat: vel dicendo contra reum, cum quo sederit † vel cum adiuuisse testimonio videbitur faciendo ex industria multa inmodeste: atq; intemperanter: per quæ non a se tantum dictis detrahat fidem: sed cæteris quoq;: qui profuerant: auferat auctoritatem: quorum mentionem habui: non vt fierent: sed vt vitarentur.

Collisio inter testatione & testes. Inter testem & arg. In ter teste & teste.

Sæpe inter se collidi solēt inde testatio, hinc testes: loc⁹ vtrīq;. Hæc enim pars se iureiurando: illa consensu signantium tuetur. Sæpe inter testes: & argumenta quæsitum est: inde sciētiā in testibus: & religionē: ingenia esse in argumētis dicitur: hinc testem gratia: metu: pecunia: ira: odio: amicitia: ambitu fieri: argumēta ex natura duci: in his iudicem sibi: in illis alii credere. Communia hæc pluribus causis: multumq; iactata sunt: semperq; tamen iactabuntur. Aliquando vtrinq; sunt testes & quę

quibus testis nō potest: infinitas actiōes rogabatur: & facilius: & frequentius fuit. Ita deprauat⁹ est hic locus vt sensus elici nō possit. Facile autem emendatur: si pro illa particula nō reponatur nisi & post loco illius verbi potest ac in prępositiōe expuncta finitas legatur hoc modo Quod ijs temporibus quibus testis nisi post finitas actiones rogabatur. ¶ Reliquę interrogandæ sunt partes Interrogandi legendum esse facile est videre. ¶ In longum ptrahi potest. Vt nihil ex ijs quæ sentio pteramittam aliquod epithetō huic membro mihi deesse videtur. Cum enim Fabi⁹ singulis verbis singula epitheta adiecerit. alienuz ab ipsius elegantia foret: si vltimum membrum apposito non exornasset. Quod nā vero sit ascribendū: nō facile in tanta appositorū multitudine ausim affirmare. Tametsi forsitan curiosus recte ascriberet. Nā curiosi facile in longū protrahūtur. ¶ Illud fortuna interim præstat: vt aliqd quod in se parum consentiat a teste dicatur. Inter se legendum esse non in se facile patet. ¶ In quibus aut dicāt aliquid quod prosit: vt in mendacio. Aut in mēdacio legendū esse constat. ¶ Sæpe inter se collidi solet hinc testatio hic testes. Testatio dicitur quæ scriptis fit ab ijs qui absentes sunt Vnde Calistratus iurecōsultus libro vigesimosecūdo De probationibus: & præsumptiōibus: inquit. Idē diuus Hadrianus. L. Russino proconsuli Macedoniæ rescripsit testibus se nō testimonijs crediturū: & paulopost. Gabino quoq; Maximo idez princeps in hęc verba rescripsit. Alia est auctoritas præsentium testium: alia testimoniorū quæ recitari solent. ¶ Aliquādo vtrinq; sunt testes: & quæstio sequitur. Paruz elegans: ac potius rustica mihi ista locutio videtur

Testatio dicatur.

stio sequitur: ex his vtri meliores viri. Ex causis, vtri magis credibilia dixerint. Ex litigatoribus, vtri gratia magis valuerint. His adiicere siquis volet ea: quæ diuina testimonia vocantur: ex respõsis: oraculis: ominibus, duplicem sciat corũ esse tractatum: generalem alterum: in quo inter Stoicos & Epicuri sectam secutos pugna perpetua est: regaturne prouidentia mundus. Specialem alterum contra † partem diuinationis: vt quæq; in quæstionem cadit. Aliter enim oraculorum: aliter haruspicum: augurum: coniectorum: & mathematicorum fides confirmari: aut refelli potest: cum sit rerum earum ratio diuersa. Circa huiusmodi quoq; † instrumenta firmãda: vel destruenda multũ habet operis oratio: siquę sint voces per vinum, somnium: dementiam emissæ: vel excepta paruulorum indicia: q pars alterа nihil fingere: altera nihil iudicare dictura est. Nec tñ † pręstari hoc genus potest: sed etiam: vbi non est: desiderari: solet: pecuniam dedisti: quis numerauit? vbi? vnde? Venenum arguis: vbi emi? a quo? quanti? per quem dedi? quo cõscio? Quæ fere omnia pro Cluentio Cicero in crimine veneficii excutit. Hęc de in artificialibus q̃ breuissime potui.

Diuina testimonia.

Partis diuinationem.

Inuenta.

Pñs tractari.

Testimonia desiderata.

Patronorum &c. sunt qui legere malint patroni: sed quia sequitur possunt rectius pluraliter efferas. habuit autem impressio Raphaelis plurima verba perperam: vt quod pro quid testis dicturus sit: & interrogandus sit pro est: & quod dixerit pro quid dixerit: & habuit pro habeat: & admonenda pro amolienda. & sine odio, sine inuidia &c. quater sine pro siue. Item vtilitatem pro vilitatẽ. nã humiles viles & abiectos latini dicunt. & solent pro solet quod Aldus recte vt cętera impressit. Vallen. habet: qui possunt scire: Aldus Raph. sequitur. Quod iis temporibus quibus testis non põst finitas actiones rogabatur, & facilius & frequentius fuit. Sic Val. & Ald. Ego vero legam pro non: modo. i. solummodo: nam si legatur nisi: desideretur negatio. Reliquæ interrogandi, sic Vallen. & Ald. In longum protrahi. Vallen. habet, longus. i, tardus in dicendo: potest protrahi: scilicet vt tempus terat & nihil dicat. Inter se parũ consentiat: sic Vallen. sed cum vnum sit: malim secum dicere. nisi ad partes vnius dicti referatur. Frigus: vitium inscitiæ. Et q̃stio sequitur. sic Al. Val. & cæteri neq; mutẽ. Contra partem diuinationis: sic Ald. non Valla. Instrumenta habent Val. & Ald. Præstari sic Aldus: Rap. tamen cẽset legendũ pñs tractari. Licet aũt Ald. habeat indicare, legam potius iudicare.

minimeq; Fabij candore digna. Quare hunc quoq; locum deprauatum esse facile quidẽ affirmarim. Sed difficulter correxerim: eo q citra vnius verbi adiectionẽ hic sensus mihi integer: elegansq; effici nõ potest. Forsitan vero loco illius copulæ &. præpositio ex cum quo ablatiuo recte ascriberetur hoc modo. Ex quo quęstio sequitur. ❡ Ex responsis: oraculis ominibus. i. vocali ĩteriecta ominibus est legendum. Oracula autem. vt ait Cice. in topicis. quoq; in libello diuina quoq; testimonia enumerat: ex eo sunt appellata: q inest iis deorũ oro. Omina vero ab ore sunt dicta. q ore duntaxat fiant. ❡ Specialem alterum contra partis diuinationem. Sic quidem legitur sed mẽdose: vt mihi videtur. Forsitan aũt recte sic legeret: contra partem diuinationis. Id quod aperte quæ sequuntur: ostẽdunt. Nam vt diuersæ sunt species diuinationis: ita varie solẽt & comprobari. & confutari. ❡ Circa huiusmodi quoq; instrumenta firmanda. Quid sibi velint hoc loco instrumenta parum mihi liquet: certe impropriе posita sunt: & fortassis inuenta legendum est. Nec tantum pręstari hoc genus potest: sed etiã vbi nõ est desiderari solet. Huic sensui mihi omnino aliquid deesse videtur. Deprauat⁹ certe est: nec bene pcipi potest. Fortasse autem sic legi posset. Nec tantũ præsens hoc genus tractari potest: sed etiam: vbi non est: solet desiderari. Verum non ausim tam longe a scriptis discedere.

RAPH.

## De probatione artificiali. Cap. VIII.



Ars altera probationum: quæ est tota in arte constatq; rebus ad faciendam fidem appositis: plerũq; aut omnino negligitur: aut leuissime attingitur ab iis: qui argumenta velut horrida & confragosa vitantes, amœniorib⁹ locis desident: neq; aliter q̃ ii: qui traduntur a poetis gustu cuiusdã apud lotophagos graminis: & syrenum cantu deliniti voluptatem saluti prætulisse: dum laudis falsam imaginem persequũtur: ipsa propter quam dicitur: victoria cedũt. Atq cætera quę continuo magis orationis tractu decurrunt: in auxilium atq; ornamentum argumen

❡ Pars altera probationũ De artificiali probatione: quę tota ab oratore gignit: atq; excogitatur: adeo diligẽter præcipit Fabius: vt nihil omnino prætermittat: quod ad hanc partem attinere videatur. Primũ autem eos dãnat: qui relictis argumẽtis: quibus veluti neruis causæ continentur: ad communes locos: quibus nisi peracta probatione non est vtẽdum: protin⁹ decurrũt. Deinde quędam pcipit omnibus cõ

torum comparátur:neruisq; illis:quibus causa cõtinetur: adii ciũt inducti super corporis speciem:vt si forte quid factum: ira vel metu:vel cupiditate dicatur:latius quę cuiusq; affectus na tura sit:prosequemur.Iisdem laudamus:incusamus:augemus: minuimus:describimus: deterremus: querimur: consolamur: hortamur.Sed horum esse opera in rebus aut certis:aut de qui bus tanq̃ certis loquimur:potest.Nec abnuerim esse aliquid in delectatione:multum vero in commouẽdis affectibus.Sed hęc ipsa plus valent:cũ se didicisse iudex putat:quod consequi nisi argumentatione:aliaq; omni fide rerum non possumus. quorũ prius q̃ partiar species,indicandum reor:quædam in omni ge nere probationum communia.Nam nec vlla quæstio est: quæ non sit: aut in re: aut in persona. nec esse argumentorum lo ci possunt: nisi quæ rebus aut personis accidunt. Eaq; aut per se inspici solent: aut ad aliud referri.Nec vlla confirmatio nisi
Cõfirmatio aut ex antecedentibus,aut ex consequentibus:aut expugnanti bus.& hæc necesse est:aut ex præterito tempore:aut ex coniun cto:aut ex sequenti petere.Nec vlla res probari nisi ex alia po
Argumenta test.Eaq; sit oportet:aut maior:aut par:aut minor. Argumen ta vero reperiuntur:aut in quęstionibus quę etiam separatę a complexu rerum:personarumq; spectari per se possint:aut ipsa causa cum inuenitur aliquid in ea non ex communi ratione du ctum:sed eius iudicii:de quo cognoscitur proprium. Probatio
Probationũ quadruplex ratio. num pręterea omnium alię sunt necessarię:alię credibiles: aliæ non repugnantes.Adhuc omnium probationum quadruplex ratio est:vt vel quia aliquid est aliud nõ sit:vt quia dies est nox nõ est.vel quia est aliquid:& aliud sit:vt quia sol est super terrã: dies est.vel quia aliquid non est:aliud sit:vt quia nox non est:di es est.vel quia aliqd non est:nec aliud sit:vt quia non est † ratio
Rõnabile. nale nec homo est. His in vniuersum prędictis partes subiiciã.

Pars altera &c. Cum omnia Laurentiano codici accepta ferre debeat Raph. id solum spectasse videtur vt illi detrahat. Nam licet ab altera codicis parte adno tatum habeat (vt opinor Vallę ipsius manu) Nescio an scribendum sit gemmi nis addit quodãmodo rationem:nam quidam volunt loton esse cãnam facca= ri appellantq; γλυκοκάλαμον. Adnotauit pterea homerũ de lotophagis scri= psisse in odysseæ lib.ix.&.xij. Nec tacuit locũ Plinij li.xxij. Lotõ qui arborẽ &c. Quin & cęteros locos omnis adscripsit. sic. Pli. libr. vij. Eadem Aphrica q̃ ver git ad nos:insignem arborem &c. Itẽ lib.xvj. Lotos siue faba græca &c. Nec mi ror tacuisse de erratis plurimis:quippe qui paucissima habuit: maluitq; codi cẽ suum mendis vacare:q̃ purgare. Nam velut:non vel vt scripsit. & Atqui nõ atqui:& tractu non tactu. Vbi autẽ deliniti: super scriptum est deleniti:nihil tamen expunctum. vt sciamus ex de & lenio compositum. Itẽ quid factum: nõ quod factum:& latius quæ:nõ latiusq;. Item prosequemur:non prosequamus: quod tamen non putẽ Raph. erratum:licet sic in eius codice impressum Item prius q̃ partior & sic Aldus impressit:sed non male legitur partiar. Item nec es= se arg. &c. non:nõ esse &c. Item Eoq;:non Ea quæ. Nec vlla cõfirmatio,nisi aut ex antecedentibus,aut ex consequentibus &c. sic Aldus impressit: Valla non ha bet ex antecedentibus:sed vbi Aldus & cæteri repugnantibus:scripsit pugnan= tibus. Item vbi Raph. & Ald. Et hoc necesse est: Vall cõ. habet & hæc:quod pla= cet quia de pluribus loquitur Non est rationalis: Valla habet rationabile: Al= dus & cæteri rationalis.

munia probatiõibus. Tũ singularum præcepta sub iungit. ¶ Qui argumenta vel vt horrida: velut con= iunctim est legendum ne duæ particulæ:cũ sit vna: esse credantur. A locis au= tẽ metaphora est sumpta: quorum alia horrida:atq; inculta & aspa: alia amœ na:ac plana esse dicuntur. ¶ Neq; aliter q̃ ii qui tra= dũtur a poetis gustu cuius dã apud lotophagos gra= minis. Quidã q falso Lau rentius Valla ẽẽ putatur: hoc demum loco dubitat vtrum graminis an poti⁹ gemminis sit legendum:ne q; vllam suæ dubitationis affert rationem graminis vero legendum esse vel Pli nij auctoritate probatur. Is enim in.xxij. naturalis historiæ lib. loton hęrbam quoq; esse apte scribit his verbis Loton qui arborem Lotos g
putant tantum esse: vel au ctore Homero coargui pos sunt. Is enim inter hęrbas subnascentes deorum vo= luptati loton primam no minauit. gramẽ vero q̃uis Gramẽ
proprium hærbæ cuius= dam nomẽ sit: generaliter tamen quancunq; signifi= cat hęrbã. Nec ignoro Lo= ton nympham fuisse: quã a Priapo amatam narrat Lotos
Ouidius: miseratione deo rum in arborem sui nomi nis fuisse ꝯuersam q̃ vt idẽ refert Plini⁹ frequẽs ĩ Afri= ca nascit circa syrtes: atq; Lotoph
Nasamonas: vñ & loto= & vnde.
phagi ab illi⁹ arboris fru= ctu: quo vescunt: ppl'i fue= rũt appellati. Ad eos cũ vi tẽpestatis actus puenisset Vlysses: vt ĩ odysseæ decio duo decioq; narrat Home r⁹: mltos ex socijs illi⁹ fru ctus suauitate captos a mĩ sit: neq; illinc abducere po tuit. Siue igitur gemminis legatur siue graminis pa= rum discentium refert. Tã tum miror eum: qui hoc re uocauit in dubium: mirũ hactenus de tot corruptis locis silentium egisse. ¶ At qui cætera: quæ continuo magis orationis tactu de= currunt: Atqui cũ sit vna dictio: coniunctim. & tractu. r. litera ascripta legendum est ita sensu exigente. est enim

Tractus quid.

a planicie terræ quæ tractus dicitur metaphora sumpta. Hi vero sunt loci cōmunes: quibus & oratio valde or natur: & auditores maxime delectantur. ¶ Latius que cuiusq; affectus natura sit prosequamur. Quæ cum æ diphthongo scribatur: ne copulā cum sit nomen esse putetur hoc modo. Latius quæ cuiusq;. ¶ Quorum pri mis q̄ partior species indicandum esse reor. Pro primis prius esse legendum & partiar satis constat. ¶ Nam nec vlla quæstio est: quæ non sit aut in re: aut in persona non esse argumentorum loci possunt. Illud non negā di aduerbium esse expungendum: vt ipsius loco nec particula itidem negatiua reponatur notius est: q̄ vt sit

Quæstio.

admonendum. Quæstio vero est dubitabilis propositio: quæ aut circa rem: aut circa personam versetur ne cesse est: cum omnia ab re. personaq; cōpræhendātur: nihilq; quod aut res: aut persona nō sit: possit inueniri: vt vtrum palus pontina siccanda sit: & vtrū verres siculos compilarit. Locos autem argumentorū: ac sedes attributa negociorum: personasq; esse auctores omnes consentiunt. Inde enim solū argumenta ducunt: vñ

Argumentum quid.

& loci sunt appellati q; in his argumenta latere videantur. Argumentū vero est ratio rei dubię faciens fidem ¶ Ea quæ aut per se inspici solent. Que cū sit copula sine diphthōgo scribatur: ne relatiuū esse putet. Hoc aūt & Cicero in topicis tradit. Sed ex ijs inquit locis: in quibus argumenta inclusa sunt: alij in eo ipso: de quo agit hærent. alij assumuntur extrinsecus. ¶ Nec vlla confirmatio nisi aut ex consequētibus: aut ex repugnātibus. Nisi menda in hac diuisione inest: videtur Fabius ab Aristotele dissentire. Is enī in primo priorum analytico rum non solum ex consequentibus & repugnantibus. sed ex antecedentibus quoq; probationes fieri vel pul cherrima descriptione demonstrat. Quare aut primum diuisionis huiusce membrū. hoc est. Aut ex antecedē tibus: incuria librariorum prætermissum esse fatendū est: aut sub consequentibus antecedentia quoq; a Fabio compræhendi asserendum. Nā vt bonum hæc consequuntur vtile eligendum conferens: ita bonum sequitur fœlicitatem: bonā habitudinem: studiosam vitam. Id vero vt credam eo quoq; adducor: q; vbi Fabius argu

Antecedētia q̄

mentorum locos exponit: nullam de huiusmodi antecedentibus facit mentionem. Antecedentia vero ea di cuntur esse quibus positis aliud necesse est consequaf: vt quia bellū est: inimicitias esse necesse est. Hæc enī ordi nis necessitatem tenent. Consequentia enī ab antecedentibus separari non possunt. Cōsequentia vero sunt quę

Cōsequētia q̄.

cunq; id quod antecedit insequuntur. vt inimicitiæ bellum. Nam si bellum est inimicitias esse necesse est. Ha betq; hic locus illud notandum: q; interdum quæ naturaliter priora sunt in propositione tamen sunt con sequentia. Interdum & naturaliter antecedunt & in propositione priora sunt. inimicitiæ nanq; prius esse q̄ bel

Repugnātia q̄

lum solent. Cæterum ita proponere non possumus. Si inimicitiæ sunt bellum est. Sed econuerso potius. Si bellum est inimicitiæ sunt. Repugnantia vero intelliguntur quoties id quod alicui contrariorum natura liter iunctum est: rei: quo contrario comparatur: vt quoniam amicitiæ atq; inimicitiæ contraria sunt. inimi citias vero consequitur nocendi volūtas: amicitia & nocendi voluntas repugnantia sunt. ¶ Et hoc necesse est

Coniunctum tempus.

aut ex præterito tempore: aut coniuncto: aut sequenti petere. Coniunctum tempus appellat Fabius: quod a grammaticis instans seu præsens vocatur: & hoc quidem notius est q̄ vt exemplo sit demonstrandum om nem probationem sumi aut ex præterito: aut ex præsenti: aut ex tempore futuro. ¶ Nec vlla res probari nisi ex alia potest. Nihil enim ex seipso probatur: sed duntaxat ex alijs. ¶ Eaq; sit oportet aut maior: aut par: aut minor. Maior quidem vt genus. Maius enim animal homine dicitur q; plura ab homine complectatur. Par vt proprium ac definitio. Risibile nanq; & homo sic paria sunt, vt nihil sit ribile quod homo non sit: nihil ho mo quod itidem risibile non dicatur. Minor vt species genere minor esse dicitur: quia pauciora multo q̄ gen⁹ compræhendi:. homo enim de solis dicitur hominibus. Animal vero quod est genus: & de homine: & de leo ne: & reliquis prædicatur. ¶ Probationum præterea omnium aliæ sunt necessariæ: aliæ credibiles: aliæ non repugnantes. genera quidem argumentorum cum ab alijs: tū ab Aristotele traduntur necessarium: vt si pepe rit cum viro concubuit: & probabile. Si mater est. diligit filium. De non repugnanti alium qui faciat mentio nem non memini me legisse. Huius vero talea Fabio paulopost subijcitur exemplum in domo furtū factum ab eo q domi fuit. ¶ Adhuc olim probationū quadruplex ratio est. Simile tradit Boethus de hypotheticis tra

Hypotheticæ propositiones quomodo fiāt

ctans syllogismis. Sed quoniam inquit omnis simplex propositio vel affirmatiua est vel negatiua: quatuor modis per connexionem fieri hypotheticæ propositiones possunt. Aut enim ex duabus affirmatiuis: aut ex duabus negatiuis: aut ex affirmatiua & negatiua: aut ex negatiua & affirmatiua.

RAPH.

¶ Omnis igitur probatio artificialis. Tripertitā probationem artificialiū materiam Fabius esse ait: singulaq; ita excutit: vt nihil prætermittat: quod ad hāc præceptionē pertinere videatur: Primuz autem signi & argumenti differentias exponit: deinde signorum diuisionem subiūgit: tum quæ de signis præcipiuntur apent. Signum est autem: vt Cicero describit quod sub sensum aliquem cadit: & quiddā significat:

Signum q̄d sit

## De Signis. Cap. IX.



Mnis igitur probatio artificialis cōstat: aut signis aut argumentis: aut exēplis. Nec igno ro plerisq; videri signa partē argumentorū: quæ mihi separandi ratio hæc fuit prima, q; sunt pene ex illis inartificialibus. cruēta enī vestis: & clamor: & liuor: & talia sunt instru menta: qualia tabulæ: rumores: testes. nec in ueniuntur ab oratore: sed ad eum: cum ipsa causa deferuntur. altera, q; signa siue indubitata sint: nō sunt argumēta: quia vbi illa sunt: quæstio non est: argumento autem: nisi in re cōtrouer sa, locus esse non potest: siue dubia, non sunt argumenta: sed ip

sa argumentis egent. Diuiduntur autem in has primas duas species: quod eorum alia sunt (vt dixi) quae necessaria sunt, quae graeci vocāt τεκμήρια, alia non necessaria, quae σημεῖα. Priora illa sunt: quae aliter habere se non possunt quae mihi vix pertinere ad praecepta artis videntur. Nam vbi est signum insolubile ibi ne lis quidem est. Id autem accidit: cum quid aut necesse est fieri factūue esse: aut certe omnino non potest fieri: vel esse factū quo in causis posito: lis non est: nisi facti. Hoc genus per omnia tempora perpendi solet. Nam & coisse eam cum viro: quae peperit: quod est praeteriti: & fluctus esse: cum magna vis venti in mare incubuit: quod coniuncti: & eum mori: cuius cor est vulneratum: quod futuri, necesse est. Nec fieri potest: vt ibi messis sit: vbi satū non est: vt quis Romę sit cum est athenis: vt sit ferro vulneratus: q sine cicatrice est. Sed quędam & retrorsus idē valent: vt viuere hominem qui spirat: & spirare qui viuit. Quędam in cōtrarium non recurrunt. Nec enim quia mouetur qui ingreditur: iccirco īgreditur: qui mouet. Quare potest & coisse cum viro quae non peperit. Et non esse ventus in mari: cum esset fluctus, nec vtiq cor eius vulneratum esse: qui perit. Ac similiter satum fuisse potest: vbi non fuisset messis: nec fuisse Romae qui non fuit athenis: nec fuisse ferro vulneratum qui habet cicatricem. Alia sunt signa non necessaria: quae εἰκότα graeci vocant: quae etiam si ad tollendam dubitationem sola non sufficiunt: tamen adiuncta caeteris plurimum valent. Signum vocāt (vt dixi) σημεῖον. q̄q id quidam indicium: quidam vestigium nominauerunt: per quod res intelligitur: vt per sanguinem caedes. At q sanguis vel ex hostia respsisse vestē potest: vel e naribus profluxisse, non vtiq qui vestem cruentam habuerit: homicidium fecerit. Sed vt per se non sufficit: ita caeteris adiunctum testimonii loco dicitur: si inimicus: si ante minatus: si eodem loco fuit. Quibus signum cum accessit: efficit: vt quae suspecta erant: certa videantur. Alioqui sunt quaedam signa vtriq parti communia: vt liuores: tumores. Nam videri possunt & veneficii: & cruditatis: & vulnus in pectore sua manu: & aliena perisse dicentibus: in quo est. Haec perinde firma habentur atq extrinsecus adiuuantur. Eorum autem: quae signa sunt quidem: sed nō necessaria, genus Hermagoras putat: nō eē virginem Atalantam: quia cū iuuenibus per syluas vagetur. Quod si receperimus: vereor ne omnia: quae ex facto ducuntur, signa faciamus. Eadem tamen ratione: qua signa tractantur. Nec mihi videntur areopagitae: cum damnauerunt puerum coturnicum oculos eruentem: aliud iudicasse: q̄ id signum esse perniciosissimae mentis: multisq malo futurae: si adoleuisset. Vnde Spurii Melii. M. q Manlii popularitas signum affectati regni fuit existimatum. Sed vereor ne longe nimium nos ducat haec via, Nam si est signum adulterae lauari cum viris: erit & conuiuere cum adolescentibus. Deinde etiam familiariter alicuius amicitia vti: aut fortasse corpus vulsum, fractum incessum: ve-

Signa necessaria.

Signa non necessaria.

quod ex ipso profectum videtur: quod aut ante fuerit aut in ipso negocio: aut si post sit secutum: & tamen indiget testimonij: & grauioris confirmationis: vt cruor: fuga: pallor: puluis: & quae his sunt similia. Videtur autem Cicero duntaxat signum descripsisse nō necessarium: vnde probabilia ducuntur argumēta. Nam vbi est signum necessariū: qđ grece τεκμήριον dicitur: ibi ne lis quidē esse potest. ☾ Argumento autem nisi in re cōtrouersia locus esse non potest. Controuersa i litera expūcta legendum est vt intelligatur dubia & contentiosa ☾ Siue dubia non sint argumenta: sed ipsa argumētis non egent. Sunt vt indicatiui modi sit legendum: ac negatio iterū posita est eradenda. Vt legatur. siue dubia non sunt argumenta sed ipsa argumētis egēt. ☾ Diuiduntur autē in has primas duas species. Hęc signorum diuisio ita confusa atq corrupta est: vt nō solū asterisco: sed Quintiliani quoq ipsius auxilio indigere videatur. Quę namq vocet priora Fabi⁹: cum alterum duntaxat diuisionis membrum exposuerit? Aut quomodo q̄ σημεῖα vocantur: vix pertinere ad artis praecepta videantur: cum sint & credibilia & multa de credibilibus praecipiantur: sed errata facilius deprahēdūtur: q̄ corrigi possint. Nos tamen vt institutum sequamur: non nihil lucis huic quoq loco afferre nitamur. Forsitan autem recte legeretur: si verborum contextus hoc modo disponeretur. Diuiduntur autem in has primas duas species: q eorū alia sunt (vt dixi) quae necessaria sunt: q̄ graeci vocāt τεκμήρια, alia nō necessaria: q̄ σημεῖα. Priora illa sunt: quae se aliter habere non possunt: quae mihi vix pertinere ad praecepta artis videntur. Sic enī tota diuisio & absoluta &

Signoru[m] [di]uisio.

Locus a[…] repositu[s]

perspicua est. Neque infitior aliter fortasse a Fabio quam ego disposuerim fuisse conscriptum. Sed omnia quæ quidem ego viderim: exemplaria sunt hoc in loco deprauata. Videtur autem Fabius nō nihil ab Ari. in hac signorum diuisione dissentire. Is enim in primo artis rhetoricę libro signa in necessaria quidem ac non necessaria: vt Fabi⁹ quoque diuidit. Sed non necessaria ἀνώνυμα hoc est sine nomine esse scribit his quidem verbis τουτῶν δὲ τὸ μὲν ἀναγκαῖον τεκμήριον. τὸ δὲ μὴ ἀναγκαῖον ἀνώνυμόν ἐστι κατὰ τὴν διαφοράν hoc est. Horum autem quod necessarium τεκμήριον. Non necessarium vero sine nomine est secundum differentiam. ❡ Alia sunt signa nō necessaria: quæ εἰκαῖα græci vocant. Vane quidem legitur hoc diuisionis membrū. quidā enim εἰκαῖα alii εἰκότα legūt: sed εἰκαῖα solum: quæ vana interpretari possunt sensui conueniunt. Nam huiusmodi signa idcirco vana ac leuia videntur: quia sola ad tollendam dubitationem non sufficiunt. εἰκότα vero non esse legendum ne dubitandum est quidem: cum εἰκότα inter argumenta non inter signa numerētur. ❡ Nec proinde firma habentur atque extrinsecus adiuuantur. Perinde legendum esse non proinde aperte videt: qui quæ inter has particulas differentia sit non ignorat. Perinde enim si sequatur atque tam significat quo modo atque quam. Nisi autem atque vel ac copula sequatur idem est quod valde. Proīde vero quare siue quapropter significat. ❡ Nō esse virginem athlantam: aspiratione erasa & a vocali ascripta Atalantam legēdum esse ne admonitione quidem est dignum. Atalantam vero nobilissimam fuisse venatricem. Iasii argiuorum regis filiam: ardenterque a Meleagro amatam: ac apri Calydonii capite donatam notius est: quam vt hoc loco sit exponendum. Eadem tamen ratione quia signa tractantur. Qua i vocali expuncta legendum est. Huiusmodi autem potius esse argumentā quam signa: contra Hermagoræ opinionem Fabi. sentit. ❡ Vnde. Sp. Melii. M. Manlii popularitas. Et copula videtur ascribenda. vt legatur &. M. Manlii. Spurius autem Melius vt in quarto narrat. T. Liuius in summa annonæ penuria largitionibus frumenti cum sibi multitudinis animos conciliasset: de rep. occupanda consilium agitare cœpit. Quo cognito senatus. L. Quintium, Cincinatum dictatorem in eum creauit: in quo Seruilius hala magister equitum missus spurium recusantem ad Dictatorem venire obtruncauit. M. vero Manlius primus omnium ex patribus popularis factus cum ære alieno oppressos liberaret: in suspicionem regni affectati incidit atque dānatus est. ❡ Aut fortasse corpus vulsum. vt loco illius aut mihi legendū videtur: & aliquis ascribendū: hoc modo vt aliquis fortasse forte nisi dixerim: vt sit primæ personę legaт. ❡ Ea quoque: quæ quia plerunque obseruata sunt: vulgo signa creduntur: Vt pronostica. Prognostica cum g litera scribantur. Prognostica enim dicunt ἀπὸ τοῦ προγινώσκειν: hoc est a præcognoscendo. Sunt enim futuræ rei signa: vnde hippocratis prognostica: quib⁹ facile ægrotorum salus morsue a peritis medicis prædici solet. ❡ Sane ita appellantur. Quia sensui modus congruit permissiuus appellentur legendum est.

stem muliebrem dixerit, mollis & parum viri signa: sicut cum signum id proprie sit quod ex eo: de quo quæritur, natum sub oculos venit: vt sanguis ex cęde: ita illa ex impudicitia fluere videantur. Ea quoque: quæ quia plerunque obseruata sunt: vulgo signa credūtur: vt prognostica. Vento rubet aurea phoebe. Et cornix plena pluuiam vocat improba voce: si causas ex qualitate cœli trahunt: sane ita appellentur: nam si vento rubet luna: signum venti est rubor: Et si vt idem poeta colligit densatus & laxatus aer facit: vt sit inde ille auium concentus: idem sentiemus. Sunt autē etiam signa parua magnorum: vt hæc ipsa cornix. Nam maiora minorum esse nemo miratur. Dixerit.

Controuersa Vallen. habet: Item siue dubia, non sunt argumenta. sed ipsa argumentis egēt. Verū vt Aldus distinxit: vt noscatur sensus & ordo. siue dubia sup. sint signa non sunt argumenta: sed ipsa egent argumentis: qui sensus si legantur coniunctim elici non posset: nā si argumenta non sint dubia: quomodo egeant argumentis? sed vt dixi: non esse argumenta & egere argumentis de signis dubiis prædicantur. Locū aūt sequentem optime Raphael reposuit. eūque Aldus secutus est. Nā Vallen. codex non minus ac cæteri hic est deprauatus & intricatus atque inuersus. Alia sunt signa non necessaria quæ εἰκαῖα sic Aldus impressit: Vallen. tñ codex habet ἴχνια forte quasi ἴχνος vestigium sit. Cęteris adiūctū Val. habet adiutum: sed repositum: nā prius erat adiunctū. quod & Aldo placet: & recte: nā melius refert ad illud per se. i. separatim positū: quam adiutū. habet aūt si eodem loco sunt: vt tria sint signa. Vnde Sp. Melii. M. que. Manlii. sic Vallen. habet: & aptius quam &. M. Manlii. Verū dixerim idem habet: sed. Aldus ad cuius impressionē hunc locū repositum dixerit: multo melius impressit: nā ordo quidē longus est sed manifestus: nā posuit sicuti cū: Vbi alii habēnt sicut aūt: vt sit deinde etiā vt in familiariter amicitia alicuis: aut fortasse corp⁹ vulsum sup. habere aut esse alicui hoc est vellicatū: incessum fractū: vestē muliebrē dixerit sup. quis signa. s. hominis mollis & parū viri, sicut (cum id ꝓprie sit signū quod natum ex eo de quo quæritur venit sub oculos: vt sanguis ex cęde) ita illa videātur fluere ex impudicitia. Appelletur habet Val.

RAPH.

❡ Nūc de argumētis. hoc enim nomine cōplectimur omnia: quæ græci enthymemata: epicheremata. apodixis vocāt. Apodixeis legendum est. Apodixis



De argumentis. Cap. X.

Nunc de argumentis. Hoc enim nomine complectimur: omnia quæ greci ἐνθυμήματα, ἐπιχειρήματα, ἀποδείξεις vocant: quamquam apud illos aliqua horum nominum differentia etiā si vis

Enthymema. vti

eodem fere tendit. Nam enthymema (quod nos commentum ſane: aut commentationem interpretemur: quia aliter non poſſumus: græco melius † vſuri) vnū intellectum habet quo omnia mente concepta ſignificat, Sed nunc de eo non loquimur, alterum quo ſententiam cum ratione: tertium quo certam quādā argumenti concluſionem: vel ex conſequentibus: vel ex repugnantibus: q̄q̄ de hoc parum conuenit. Sunt enim qui id prius epicherema dicant: pluresq̧ inuenias in illa opinione: vt id demum: quo pugna cōſtat enthymema accipi velint. Et ideo illud Cornificius contrariū appellat. Hunc alii rhetoricum ſyllogiſmum: alii imperfectū ſyllogiſmū vocauerūt: quia nec diſtinctis: nec totidem partibus concluderetē. Quod ſane non vtiq̧ ab oratore deſideratur. Epicherema Valgius aggreſſionē vocat. Celſus autem iudicat nō noſtrā adminiſtrationem: ſed ipſam rem: quam aggredimur: id eſt argumentum: quo aliquid probaturi ſumus etiā ſi nondū verbis explanatum: iam tamen mente conceptum Epicherema dici. Aliis videtur non deſtinatam: vel inchoatam: ſed perfectā orationem hoc nomen accipere: & vltimā ſpeciem. Ideoq̧ ꝓpria eius appellatio: & maxime in vſu poſita eſt: qua ſignificatur certa quædā ſentētiæ compræhenſio: quæ ex tribus partibus conſtat. Quidā Epicherema rationem appellauerūt. Cicero melius raticionatiuū: q̄q̄ & ille nomen hoc duxiſſe magis a ſyllogiſmo videtur. Nam & ſtatū ſyllogiſticū ratiocinatiuum appellat: exēpliſq̧ vtitur philoſophorū. Et quoniam eſt quædam inter ſyllogiſmū: & epichirema vicinitas: poteſt videri hoc nomine recte abuſus. ἀπόδειξις eſt euidens probatio: ideoq̧ apud geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur. Hāc & ab epicheremate Cæcilius putat differre ſolo genere cōcluſionis: & eſſe apodixin imperfectū epicherema: eadem cauſa qua diximus: & enthymema ſyllogiſmo diſtare. Nam & epicherema ſyllogiſmi pars eſt. Quidā ineſſe epicheremati apodixin putant: & eſſe partem eius confirmantē. Vtrūq̧ autem: q̄q̄ diuerſi auctores: eodem modo finiunt: vt ſit † ratio per ea quæ certa ſunt † fidem dubiis afferens. Quæ natura eſt omnium argumentorū. Neq̧ enim certa incertis declarantur. Hæc omnia generaliter πίστεις appellant: quod etiāſi propria interpretatione dicere fidem poſſumus: apertius tamē probationē interpretabimur. Sed argumentū quoq̧ plura ſignificat. Nam & fabulæ ad actus ſcenarum compoſitæ argumenta dicūtur: & orationum Ciceronis velut thema ipſe exponat: Pędianus inquit, argumētum tale eſt. Et ipſe Cicero ad Brutum ita ſcribit. Veritus fortaſſe: ne nos in Catonem noſtrum trāſferremus, illi mali † quid: & ſi argumentum ſimile non erat. Quo apparet omnem ad ſcribendum deſtinatam materiā ita appellari. Nec mirū: cum id inter opifices quoq̧ vulgatum ſit: Vnde Virgilius argumētum ingens. Vulgoq̧ paulo numeroſius opus dicitur argumentoſum. Sed nunc de eo dicendum argumento eſt: quod probationem, indicium, fidem, aggreſſionem eiuſdem rei nomina facit

Epicherema.

Apodixis.

Oratio. incertis fidē nō dubiā afferens.

Argumētū.

Quod eſt.

Aen. vii.

autem dicitur demonſtratio. hoc eſt euidens probatio ἀπὸ τοῦ ἀποδείξειν hoc eſt a demōſtrādo. Enthymema vero deducitur ἀπὸ τοῦ ἐνθυμεῖσθαι: quod eſt mente concipere: aladuertere: cōciderarē, cogitare comminiſci. Vnde & commentū ſiue cōmentationē Fabi⁹ ἐνθυμήμα interpretatur. Epicherema autem deriuatur ἀπὸ τοῦ ἐπιχειρεῖν hoc ē ab aggrediēdo ſiue conando. Vnde a Valgio aggreſſio interꝑtatur. ¶ Alterum quod ſententiā cū ratione: quo manifeſte legēdū ē. d litera eraſa. Huius autem exemplū eſſe poteſt. Nā in omni certamine: qui opulentior eſt: etiā ſi accipit iniuriā tamen q̄a plus poteſt facere videtur. ¶ Tertium quod certam quandā argumenti concluſionē. Hic quoq̧. d. litera eraſa quo legendū eſt. Enthymema vero vt inquit Fabius: vbi de vſu argumentorum diſſerit: dicitur & argumentū ipſum & argumentatio. hoc eſt argumēti ipſius explicatio. Sed de hoc vt ipſe inquit paruꝫ inter auctores conuenit. Quidam enī id demū enthymema vocant: quod ex contrariis conſtat: quorū e numero cornificium quoq̧ eſſe ait: qui enthymema cōtrarium interpretatur. Eſt autem contrariū vt in rhetoricis ad Herennium legitur. quod ex reb⁹ diuerſis duabus alterā facile & breuiter confirmat hoc pacto. Nā qui ſuis rationib⁹ inimicus fuerit ſemper: cū quomō alienis rebus amicum fore ſperes? Hinc vero quidā coniectant Cornificiū illius rhetoricæ ad Herennium auctorem fuiſſe. Sed cornificio cōplura alia attribuuntur: quæ in illo opuſculo nō inueniuntur. ¶ Hunc alij rhetoricū ſyllogiſmū: alij imperfectuꝫ ſyllogiſmū vocauerūt: q̄a diſtinctis: nec totidē partibus concluderetur: vt nec particula negatiua iterato aſcribatur ſenſus aperte

Enthymema vnde nomen ſortiatur.

Epicherema vnde deriu[atur].

Argumētū rhetoricæ ad Herenniū Cornificij ſit.

parum distincte: vt arbitror. Nam probatio: & fides efficit non tantum per haec quae sunt rationis: sed etiā per inartificialia. Signum autē: quod ille indiciū vocat: ab argumentis iam separaui. Ergo cū sit argumentum ratio probationem praestans, qua colligitur † aliud per aliud: & quae qđ est dubiū per id quod dubiū nō est: confirmat: necesse est esse aliquid in causa: quod probatione non egeat. Alioqui nihil erit: quod pbemus: nisi fuerit: qđ aut sit verū: aut videatur: ex quo dubiis fides fiat. Aliquid

Omnia quae graeci &c. quapropter Aldus quem imitamur in hoc: recte graecis impressit characteribus: secūdum quos quia ϵ vt i pronunciamus & κ vt c: epichiremata pronūciemus sed et etiā in e interdū vertimus vt enosigeus cytherea. Interpretamur. Valla habet interpretemur: cūq; sequar: quia sensus est quod nos interpretemur si vti velimus. Graeco melius vsuri: Valla habet vti: vt sit melius est vti graeco. s. vocabulo. Vel ex consequentibus vel ex repugnantibus: nō meminit eius quod ex antecedentibus fiat. sicut nec supra: Vbi tamē ab Aldo adscriptū est. Hic aūt ꝑtermissum. Quia nec distictis. sic Val. & Ald. Certa quaedā sententię comprahensio: vt Aldus: vel cōpraensio vt Valla scripsit. Vtcūq;: sic Aldus post Raph. impressit: & non male: licet Vallen. habeat vtrunq;: & vt sit ratio: vbi Aldus īpressit oratio. Quinetiā paucioribus sed aptioribus verbis describi videt in codice Vallen. sic eīn habetur. vt sit ratio per ea quę certa sunt fidē dubijs afferens. Iuxta quę adnotauit Valla. Cicero ad Hortēsiū dicit de apodixi: q est ratio quae ex rebus perceptis ad id adducit: quod non percipiebatur. Quod etiā si Vallen. habet. Velut thema ipse exponit: alij exponat: Aldus exponens legit. Illi mali quid est. sic aldus: Valla illi mali qd: Raph. illinc legendū esset. Quod probationē. sic etiā Valla nullum nominās: Vnde non ausim quęq̄ subijcere. Qua colligitur aliquid Valla habet aliud per aliud: & quae quod est dubiū nō etiā q̄ &c. Nihil erit quod probemus: sic Vallen. sed melius censet Raphael quem Aldus sequitur quo scribens.

exigit: hoc mō. Quia nec distinctis. nec totidē partibus cōcluderetur. distat nā q dialecticus syllogismus ab enthymemate: quod in syllogismo dispositis ex ratione alicuius triū figurarum ab Aristotele traditarum omnibus propositionibus cōclusionē inferimꝰ hoc modo. Omnis homo est animal. Omne animal est substātia. Igitur omnis homo est substantia. In enthymemate vero aut aliquā propositionū praetermittimus: aut conclusionem: neq; ordinem propositionum: vt in syllogismo seruamus. Quale est illud Ciceronis in Clodiū. Eius mortis sedetis vltores: cuius vitā si putetis per vos restitui posse nolitis. ¶ Idē q propria eius appellatio. & maxime ī vsu posita est: qua significatur certa quaedam sententiae cōpressio: q ex tribus partibus constat Comprąhensio: vt legatur sensus exposcit. Videt autē Fabius magis eorū sententiae accedere: qui epichirema argumentationem esse dicunt: Nā epicherema alij argumentū: alij argumentationem significare putāt. Argumentum autē est: vt Cicero in partitionibus inquit probabile inuentum ad faciendum fidem. Argumētatio vero argumenti explicatio: quam in rhetoricorū primo Cicero: & ratiocinationē vocat: & modo tripertitam: modo quadripertitā: modo quinq; pertitā esse posse ait. ¶ Cicero melius ratiocinatiuū. Non ratiocinatiuum sed ratiocinationem Cice. hoc genus argumentationis: vt dixi appellat: vtitur aūt exemplis philosophorum. Nam ratiocinatione probat mundū prouidentia regi. Est enim celebrata haec apud philosophos q̄stio. Vtrum mundus prouidentia regatur: Epicurei nāq; dicebant omnia casu euenire. ¶ Apodixis est eadē probatio. Apodixis ad verbū demonstrato transfertur. Est autem argumentationis genus proprium philosophorum: quod Aristoteles quidē in primo posteriorū analyticorū multis colligit verbis constare ex veris & primis & immediatis & notioribus & prioribus & caussis conclusionis. Nā syllogismus frequenter ex probabilibus. Demonstratio semper struitur ex necessarijs ¶ Ideoq; apud geometras γραμμικαὶ ἀποδείξεις dicuntur: hoc est lineares demonstrationes vt in primo quoq; scripsimus γραμμὴ nāq; linea dicitur. Corrupte vero in quibusdā exemplaribus γραμματικαὶ leguntur. ¶ Vtrunq; autem ī q̄ diuersi auctores eodem modo finiunt. Hic quidem sensus parū acute intuenti nihil deprauatus esse videtur: cū praesertim in omnibus exemplaribus quae mihi videre contigit sic legatur. Sed cū nequaq̄ eodez modo ἀπόδειξις quo epicherema definiatur r liquida in c mutā conuersa vtcunq; pro illo vtrunq; mihi legendū videtur. Cuius enim de epicheremate variae sint scriptorum opiniones. vt aperte Fabius monstrauit: eodē tamen modo a diuersis finitur auctoribus. ¶ Haec omnia generaliter πίστεις appellant πίστις latine dicitur fides. Vnde πιστεύω credo. ¶ Quod etiam propria interpretatione dicere fidē possumus. Si particula mihi videtur ascribēda vt legatur. Quod etiā si propria interpretatione. ¶ Inquit argumentum tale est. Argumentū illi verbo inquit forsitā recte praeponeretur: hoc modo. Argumentum inquit tale est. ¶ Veritus fortasse: ne nos in Catonem nostrū transferamus illi mali quid. illinc legendum esse satis patet. ¶ Sed nunc de eo dicēdum argumento est: quod probationem: iudicium: fidem: aggressionem: eiusdez rei nomina facit: parū distincte vt arbitror. Quempiā hoc loco: vt aperte sequentia indicant: reprahendit Fabius. Sed quis nā sit: cum eius nomen in aliquo exemplarium. quae mihi videre contigit ascriptum non sit: recte non percipitur. Celsum autem fortasse more suo notat. Quod si est ita legi posset. Quod Celsus probationem: indicium: fidem: aggressionem eiusdē rei nomina facit. ¶ Quia colligitur aliquid per aliud. Qua i vocali expuncta legendum est. ¶ Alioqui nihil erit quod probemus. Sic quidem recte plerisq; legi videtur. Sed litera derasa quo forsitan legendum est. Nam Fabius aperte praecipit: aliquid oportere esse in causa: quod certuz sit: per quod dubia probari possint. Quo ita legatur: vt intelligamus per quod probare possimus.

…erema
…mētatio
…gumēto
…o differat
…ixis gd

Pro certis habenda.

¶Pro certis habemꝰ aũt primũ q̃ sensibus percipiũtur: vt quæ vidimus: audiuimꝰ: qualia sunt signa. Deinde ea: ĩ q̃ cõi opinione cõsensum est: deos esse: pstandã pietatẽ parẽtibus. Præterea quæ legibus cauta sunt: q̃ persuasione etiã si nõ omniũ hominũ: eius tamẽ ciuitatis: aut gentis: in qua res agitur, in mores recepta sunt: vt pleraq̃ in iure nõ legibus: sed moribus constant. Si quid inter vtrãq̃ partẽ cõuenit: si qd pbatũ est: deniq̃ cuicũq̃ aduersarius nõ cõtradicit. Sic eñ fiet argumẽtũ: cũ puidentia mũdus regatur: administrãda est repu: vt, administrãda respu. erit, si liquebit mũdũ puidẽtiã regi. † Debẽt etiã nota esse recte

Debet

argumẽta tractaturo: vis & natura omniũ rerũ: & quid quæq̃ earũ plerũq̃ efficiat. Hinc eñ sunt quæ εἰκότα dicunt. ¶Credibiliũ autẽ genera sunt tria: vnũ firmissimũ † q̃a fere accidit: vt liberos a parentibus amari. Alterũ velut propensius. Eũ qui recte valeat: in crastinũ puenturũ. Tertiũ tanq̃ non repugnãs. In domo furtũ factũ ab eo: qui domi fuit. Ideoq̃ Aristoteles in secũdo de arte rhetorica libro diligentissime est executus: quid cuiq̃ rei: & qd cuiq̃ homini † soleat accidere: & quas res: quosq̃ homines; quibus rebus: aut hominibus vel conciliasset: vel alienasset ipsa natura: vt diuitias quid sequatur aut ambitũ: aut superstitionẽ. quid boni probẽt: qd mali petant. quid milites: qd rustici. quo quæq̃ modo res vitari: vel appeti soleat. Verũ hoc exequi mitto. Non enim longũ tãtũ: sed etiã impossibile: aut potius infinitũ est. Præterea positũ in cõmuni omniũ intellectu. Siq̃s tñ desiderauerit: a quo peteret ostẽdi. Omnia aũt credibilia in q̃bus pars maxima cõsistit argumẽtatiõis, ex huiusmodi fontibus fluũt: an credibile sit a filio patrẽ occisum: incestũ cũ filia cõmissum: & cõtra veneficiũ in nouerca: adulteriũ ĩ luxurioso. Illa quoq̃ an scelus palã factũ: an falsum dixerit ppter exiguam summã: quia suos quisq̃ horũ velut mores habet. Plerũq̃ tamẽ nõ semper: alioqui indubitata essent nõ argumẽta. Excutiamus nũc argumentorũ locos: q̃q̃ quibusdã ii quoq̃: de q̃bus supra dixi: videntur. Locos appello: non vt vulgo nũc intelligũtur: vt in luxuriem: & adulteriũ: & similia: sed sedes argumẽtorũ: in quibus latẽt: ex quibus sunt petẽda. Nam vt in terra non omni generãtur omnia: nec auem: aut feram reperias: vbi quæq̃ nasci: aut morari soleat ignarꝰ: & pisciũ quoq̃ genera alia planis gaudẽt: alia saxosis: regionibus etiam littoribusq̃ discreta sunt: nec helopẽ nostro mari: aut scarum ducas: Ita non omne argumẽtum vndiq̃ venit. Ideoq̃ non passim quærẽdum est. Multus alioqui error est: † & exhausto labore: qd non ratione scrutabimur: nõ poterimꝰ inuenire nisi casu. At si † sciemus vbi quodq̃ nascatur cum ad locum ventum erit: facile qd in eo erit: peruidebimus. In primis igitur argumenta sępe a persona ducenda sunt: cum sit: vt dixi: diuisio: vt omnia in hæc duo partiamur: res atq̃ personas: vt causa: tẽpus: locus: occasio: instrumentũ: modus: & cætera rerũ sint accidentia. Personis autem non quicquid accidit exequendũ mihi est: vt plerique fecerũt: sed vnde argumẽta sumi

Credibiliũ tria genera.

quod solet

Impossibile.

Credibiliũ fontes.

Loci argumentorũ.

in

sciemus

Arg. a persona.

¶Pro certis habemus aũt quæ sensibus pcipiunt: vt vel minima quæq̃ annotemus. Percipiũtur legendũ est nõ pcipiũtur. ¶Deinde ea q̃ cõmuni opinione cõsensum est. In ppositio etiã refragãtibus exẽplaribus ascribenda videt: vt legat. Deinde ea: in quæ cõmuni opinione consensum est. ¶Præterea q̃ legibus tanta sunt: q̃ persuasione etiã si nõ omniũ hominũ: eius tñ ciuitatis: aut gẽtis ĩ qua res agit: in mores recepte sunt. Hic quoq̃ locus mẽdis nõ caret: q̃ sic facile tollitur: si psuasione litera m expũcta hoc modo q̃ psuasione etiã si nõ omniũ hominũ. De iure aũt qđ sola constat cõsuetudine loquit Fabius: de qua Iulian. li. i. digestorũ inquit. Inueterata consuetudo pro lege nõ immerito custodit: & hoc est ius: qđ moribus dicitur constitutum. ¶Sic enim fiet argumentum. Cum puidentia mũdus regatur: administrãda resp. sit: si liquebit mundũ prouidẽtia regi: Confusus ita est & sensus. & ipse verborum contextus vt plene percipi nõ possit: nisi aliqd adijciat. Tametsi autẽ inuitꝰ faciot iam sępius dixi: vt verborũ aliqd adijciã detrahãve aut immutẽ. Quattuor tñ has dictiones saltẽ contenderim ascribendas. Administranda est respu. vt hoc modo legatur: cum prouidẽtia mundus regatur administranda est resp. vt administrãda resp. sit: si liquebit mũdũ prouidẽtia regi. Sic enim & oratio cõgrua & sensus erit perspicuus. ¶Debẽt etiã nota esse n litera crasa debz legat. ¶Nihil. n. sunt quæ εἰκότα dicuntur. Quonã pacto quæ εἰκότα dicunt: sunt nihil? An hic quoq̃ sensus ĩ oĩbꝰ quæ mihi videre licuit: exẽplaribꝰ: & deprauatꝰ est & a pfessorꝰ nullo: qđ grande flagitiũ ẽ: hactenꝰ fuit emẽdatꝰ? Fieri certe ñ põt vt εἰκότα sint nihil. cũ Aristot. tũ in rhetoricis: tũ in scđo

Consuetudo pro lege.

possunt. Ea porro sunt genus (Nam similes parẽtibus: ac maioribus suis, filii plerũq; credũtur. Et nõnũq̃ ad honeste: turpiter q; viuendum: inde causæ fluũt) Natio: nam & gẽtibus proprii mores sunt: nec idem in barbaro, romano, græco, probabile est. Patria: quia similiter etiam ciuitatũ leges: instituta: opiniones habẽt differẽtiã. Sexus: vt latrociniũ facilius in viro: veneficiũ in fœmina credas. Aetas: quia aliud aliis annis magis cõuenit. Educatio & disciplina: quoniã refert a qb⁹: & quo quisq; modo sit institutus. Habitus corporis. Ducit̃ eñ frequenter in argumẽtũ spẽs libidinis: robur petulãtiæ. His cõtraria in diuersum.

Natione.
Patria.
Sexu.
Aetate.
Educatiõe.
Habitu.

Diuisione autem adiuuari finitionē docet:eamq; differre a partitiōe:q; hęc sit totius in partes:illa generis in formas. Partes incertas esse:vt quibus constet respublica. formas certas: vt quot sint species rerum publicarum. quas tres accipimus:quæ populi:quæ paucorū:quæ vnius potestate regerētur:& ille quidem non his exemplis vtitur:q; scribens ad Trebatiū ex iure ea ducere maluit:ego apertiora posui. Propria vero ad cōiecturę quo q; pertinēt:partē:vt proprium est boni rectę facere:iracundi verbis excādescere:†ac contra,quędā in quibusdam vtiq; nō sunt:& ratio q̄uis ex diuerso eadē est. Diuisio:& ad probandū simili via valet:& ad refellendum † Probāri interim satis est vnū habere hoc modo:vt sit ciuis,aut natus sit oportet:aut factus. negāti vtrunq; tollendū est:nec natus:nec factus est. Fit hoc & multiplex. Idq; est argumentorū genus ex remotione:quo,modo efficitur totum falsum:modo id quod relinquitur verū. Totū falsum est,hoc modo. Pecuniam te credidisse dicis:aut habuisti ipse:aut ab aliquo accepisti:aut inuenisti:aut surripuisti:Si neq; domi habuisti:neq; ab alio accepisti:nec cætera:non credidisti. Reliquū fit verū sic:Hic seruus:quem tibi vendicas:aut verna tuus est:aut emptus:aut donatus:aut testamento relictus:aut ex hoste captus:aut alienus. Deinde remotis prioribus:supererit alienus. Periculosum:& cū cura intuendum genus: quia si in proponendo vnum quodlibet omiserimus: cum risu quoq; tota res soluitur. Tutius quod Cicero pro Cecinna facit:cū interrogat:si hæc actio nō sit,q̄ sit. Simul enī remouentur omnia. Vel cū duo † ponentur inter se cōtraria:quorū tenuisse vtrumlibet sufficiat:quale Ciceronis est. Vnum quidē certe nemo erit tam inimicus Cluentio:qui mihi nō concedat:si constet corruptum illud esse iudicium:aut ab Habito:aut ab Oppianico esse corruptum:si doceo non ab Habito:vinco ab Oppiano:si ostendo ab Oppianico:purgo Habitū. Fit etiā ex duobus: quorū necessaria est alterutrū eligēdi aduersario potestas:efficiturq;: vt † vtrū ele gerit:noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio. Vtrū cum Coctam appetisset:aut cū ipse sese conaretur occidere:telum ei

A diuisione.
Coniectura
At.
Probationi
Ex remotione.
Proponens.
Vtrunciq;.

e manibus ereptum est: & pro Vareno. Optio vobis datur: vtrũ velitis casu illo itinere Varenũ vsum esse: an huius persuasu: & inductu. Deinde vtraq; facit accusatori cõtraria. Interim duo ita proponũtur: vt vtrũlibet electũ: idem efficiat: quale est. Philosophandũ est: etiam si non est philosophandũ: & illud vulgatum. Quo schema: si intelligitur! quo si non intelligitur! & Mẽtietur in tormentis: qui dolorẽ pati potest: mẽtietur, qui nõ potest. Vt sunt autem tria tempora; ita ordo rerũ tribus momentis consertus est. Habent eñ omnia initium: incrementũ: summam: vt iurgiũ: deinde cædes: & strages. Est ergo hic quoq; argumentorũ locus inuicẽ probantium.

Ab initio.

Nã ex initiis summa colligitur: quale est. Non possum togã prætextã sperare, cũ exordium pullũ videam, & contra. Non dominationis causa Syllã arma sumpsisse: argumentũ est dictatura deposita.

Ab incremẽto.

Similiter ex incremẽto in vtranq; partẽ ducitur rei ratio: cũ in coniectura: tũ etiam in tractatu æquitatis: an ad initiũ summa referenda sit. i. an ei cædes imputanda sit: a quo iurgium cœpit.

Vt quia propriũ sic Vallen. sed Aldus Rap. sequitur verũ neq; si quia expungatur & pro verbis esse credatur: reponatur excãdescere: sensus adhuc plenus erit: nam coniecturæ ex proprio vult ponere exemplũ: vt fortasse reponendũ sit hoc modo. Vt quia propriũ est boni, recte facere: iracũdi ex animo fari: illius factis huius verbis credatur: sed nõ sum tã vecordi aio: vt id sine auctore faciã. ¶ At contra. Valla habet ac contra. i. & e cõtrario: quædã in quibusdã vtiq; non sunt vt malignũ facinus in viro bono: Lentum consiliũ in iracũdo: & ratio. s. argumentandi est eadem: q̃uis ex diuerso. Probationi. sic Val. melius Ald. probanti: Raph. secutus: quem & ipse sequar: licet refellenti pro neganti subijcere possim: & forte illud ad tollendũ suppleat qđ desit. Nã nemo tollit nisi neget aut refellat. Non sum occupatus in exponendis vocabulis: quia id non recepi: notũq; est alios nasci ciues: vt in libera ciuitate ex liberis parẽtibus. alios fieri: vt ob egregium meritũ ciuitate donatos. Ideoq; & &c. Melius Val. & Ald. Idq; est argumentorũ genus ex remotione: quo, modo. i. iterim aut interdũ: modo id quod. sic Vallen. Nec cætera. Val. & Ald. habent: & cætera: pro quibus nescio qs ineptulus supposuit in margine, nec certã credidisti. cũ sit legendum: non credidisti: nam illud nec cætera (quod plus virium habet q̃ & cætera: qđ tñ vulgari modo abbreuiatũ indicat loquendi modũ) sic supplet nec cætera fecisti: hoc est neq; inuenisti: neq; surripuisti. ¶ Tutius quod Cicero. Sic Val. & Ald. vel cum duo ponentur &c. sic Val. Al. & omnes: paruiq; refert sic ne an proponentur, legamus. ¶ Fit etiã ex duobus, quorũ necessaria est alterutrũ eligendi aduersario potestas: sic Vallen. nisi q breuiter & dubie scriptũ habet necessaria: quod si est necesse legẽdũ subductũ videtur verbũ fiat: vt sic potestas fiat, ¶ Quale est, philosophãdum est: etiã si non est philosophandũ. Ad quod dictũ Valla. Apud Pędianum hoc est in lib. de diuinatione. Vnde ego hunc locũ corruptũ emẽdaui. Ille eñ ita ait, Philosophandũ est: etiã si non est philosophandum. hæc illi. Sane Rap. ne Vallæ id acceptum ferret: aut quia dictũ non intellexit: alia quęsiuit pædiani verba hoc aũt dictum sic potest probari. Non esse philosophandum nemo probauerit: nisi rationibus ex philosophia ductis: qui ergo id probauerit opus est vt philosophatus sit: qui probare non potuerit: non fuerit audiendus: ergo philosophandũ est &c. Similiter quodãmodo dici posset. Studẽdum est eloquẽtiæ: etiam si non est eloquentiæ studendum: quia id nemo conuicerit nisi viribus eloquentiæ. Quo si non intelligitur: sic Vallen. & est sensus. quo. i. ad quid est vtile: si non intelligitur. Et mentietur &c. hoc Rapha. prius exposuit. Mentietur quia veritas ei extorqueri nequibit qui patiens dolorũ est: mentietur qui nõ est patiens: vt tormẽta euadat. Hñt eñ oĩa exordiũ: Valla adscripsit initium. Argumentorum locus sic Vallen. quoq;. Ex initijs. hoc Vallen. Lectionẽ cõprobat. Exordiũ aũt Vallẽsi nõ est: sȝ ne ex odiũ qdẽ. verũ eodiũ vox impfecta: sed Alterius manu pluscula de exodio adnotata sunt q̃ Rap. ridet.

corum: hæc ὀλιγαρχία. ¶ Quæ vnius: hæc μοναρχία a gręcis vocatur. ¶ Iracundi verbis esse credatur. Emendate in quibusdã exẽplaribus excandescere scriptum esse loco illorũ verborum esse credatur animaduerti. Est enim iracundi proprium verbis excandescere. Mihi tamẽ adhuc aut verborum aliquid deesse videtur: aut quia particula vt cessans expungẽda. ¶ Aut contra quædam in quibusdam vtiq; non sunt. u. vocali expuncta: ne quid vel minimũ prætermittaȝ: At sensus exposcit. ¶ Et ratio q̃uis ita ex diuerso eadẽ est. Ita particula vt redundans a sensu repellitur. Sic autẽ est distinguendũ: ne duo diuersa præcepta confundantur. ¶ Probationi satis est interi vnũ habere hoc modo: vt sit ciuis: aut nat' sit oportet aut factus: vtrũq; tollẽdum est. Hic quoq; aliquid flagitij: quod hacten' non fuit repræhensum: inesse contẽderim. Cui enim vtrunq; tollendum sit: nõ apparet. Tametsi autẽ inuitus facio: vt aliqd: quod in exemplaribus non inueniatur: censeam ascribẽdũ: tamen ne ab instituto recedam: id quod sentio pmã: ac doctorum iudicio subijciam. Neganti igitur dandi casus participium sensus perspicuitas exigere mihi videtur: vt legatur. Neganti vtrunq; tollendum. Qua ratione probanti quoq; non probationi forsitan legendum est. ¶ Ideoq; & argumentorũ genus ex remotione. Hoc genus argumentorum ab alijs vocat. A partium enumeratione. Cuius Cicero tale apponit exemplũ. Si nec censu: nec vindicta: nec testamento liber factus est: non est liber. Neq; vlla est earum rerum Non est igitur liber. ¶ Modo id: quo reliquitur verũ. Pro quo legendum esse qđ apte patet. ¶ Tutius Ci. qđ pro Cecinna facit: peruersus est verborum ordo. Sic enim est legenduȝ. Tutius

quod Ci. pro Cecinna facit. Sic autē pro Cecinna Pisonē Ebutii aduocatū Cice. interrogat. Age nunc si ne tuorum quidem quis q̄ loco motus erit: atq; omnes in ędibus asseruati: ac retenti: tu solus ꝓhibitus: & a tuis ædibus vi atq; armis perterritus: vtrum hanc actionē habebis: qua nos vsi sumus? an aliā quāpriā: an omnino nullā? & q̄ sequūtur. ¶ Vel cū duo ponentur inter se contraria. Proponētur loco illius verbi ponentur & a vocali in e mutata sufficiet emendate forsitā legeretur. ¶ Fit etiā ex duobus: quorum necesse est alterū: verū eligēdi aduersario potestas. Sic quidem lectus percipi nō potest hic sensus. Quis enim verū eligendi potestatē aduersario faceret? Quod si hoc modo corrigatur: vt vtrū e vocali in i mutā conuersa legatur: ac verbū velit ascribatur: facile intelligetur. Sic aūt esse legendū etiam exempla: quæ subiiciuntur aperte demonstrāt: quis vtrū libet quoq; sensui conuenire possit. ¶ Quale est philosophandum etiam si non est phylosophandum. Prædicanus in diuinatione inquit illa: nec oxymora nec κακοζηλα hoc est nec fatue acuta. nec male affectata esse iudicanda. Neoptolemi autē esse dictum constat e tragœdia sumptum: quo significatur philosophiæ quidem operam esse dandam: sed in eius studio totam vitam non esse consumendam. ¶ Quo schema si intelligitur? Quasi non intelligitur Quasi corrupte legitur. Quo si vero emendate. Schematis aūt non esse vtendum hoc dicto probatur. Nam schemata aut intelliguntur. aut non. Si intelligūtur nihil magis prosunt q̄ simplex: apertaq; oratio. Si non intelliguntur. quid prodesse possunt cū non intelligantur. De huiusmodi aūt figuris plene a Fabio in nono tractatur: vbi etiā de controuersiis figuratis præcipitur. ¶ Est ergo hic quoq; argumentū locus inuicem probantium. Argumentorū legendum esse: qui non videt grammaticis reddatur erudiendus. ¶ Nam ex initii summa colligitur. s litera ascripta initiis est legendum vt intelligamus finē ex initio probari. ¶ Nō possum togā prætextā sperare cū exordiū pullū videā: Recte qdē sic legit: quis qdā exodiū putēt esse legēdū. Credo vt quid exodiū significet se non ignorare ostentarent. Neq; enim aut præcepto aut dicto illi quo ipsum præceptum illustratur exodium quod finem: exitūq; significat: vllo pacto conuenire potest. Quo nāq; modo ex initiis togam prætextam non esse futuram colligere possim: si exodium legatur? Exordium vero ita sensui cōgruit: vt nihil magis. Siquidē exordium cum aliarū rerū tum vero textilium: quales sunt prętextæ: principium dicitur. Et quosdā omnia suis ineptiis confundentes eiusmodi nugas Laurentio Vallę acerrimi iudicii viro ascribere nihil pudet. ¶ Similiter incremento in vtrāq; partem ducitur rei ratio: ex prępositio est ascribenda: vt ex incremento legatur.

emata

ordiū qd sit

KAPH.

Est argumentorum locus ex similibus. Si continētia virtus, vti q; & abstinētia. Si fidē debet tutor: & procurator. Hoc est ex eo genere quod: & ἐπαγωγήν græci vocant. Cicero inductionem. Ex dissimilibus. Non si lætitia bonum, & voluptas. Non quod mulieri idem pupillo. Ex contrariis. Frugalitas bonum: luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est: erit emendatio pax. Si veniam meretur: qui imprudens nocuit: nō meretur prēmiū qui ipmdēs profuit. Ex repugnātibus. Qui est stult⁹: sapiēs nō est. Ex consequentibus: siue adiunctis. Si iustitia est bonum: recte iudicandum. Si malum perfidia: non est fallendum. Idem retro, Nec sunt his dissimilia. Ideoq; huic loco subiicienda: cum & ipsa & naturaliter cōgruant. Quod quis non habuit: non perdidit. Quem quis amat: sciens non lædit. Quem quis hęredem suum esse voluit, carū habuit: habet: habebit: Sed cū sint, indubitata vim habent pene signorum immutabiliū: sed consequentia dico ἀκολουθά. Est enim consequens sapientiæ bonitas, illa sequentia ἐπαγόμενα: quę postea facta sunt: aut futura: nec sum de nominibus anxius. Vocet enim vt voluerit quisq; dum vis rerum ipsa manifesta sit: appareatq; hoc temporis: illud esse naturę. Itaq; non dubito hæc quoq; consequentia q̄uis ex prioribus dent argumentum: ad ea quæ sequuntur: quorum quidā duas species esse voluerūt. Actionis: vt ꝓ Oppio. Quos educere inuitos in prouīciā non potuit: eos inuitos retinere qui potuit? Temporis, in Verrem. Si finem prætoris edicto afferunt kalēdæ Ianuarii: cur non initium quoq; edicti nascatur a kalēdis Ianuarii? Quod vtrūq; exemplum tale est: vt idem in diuersum: si retro agas: valeat. Consequens est enim eos: qui inuiti duci non potuerūt: inuitos non potuisse retinere. Illa quoq;: quæ ex re-

A similibus

A dissimilibus.

A cōtrariis.

A repugnātibus.

Cōsequētib⁹ cōiūctisve.

¶ Est argumentorum locus ex similib⁹. Similia dicuntur: in quibus eadē qualitas eē perspicitur: qualia sunt: quæ a Fabio subiiciūtur. ¶ Si fidem det tutor: & procurator. Ita quidem legitur: in omnibus: quę mihi videre contigit: exemplaribus: verū non det: sed debet legendum esse facile ex Ciceronis topicis: vnde hæc sumpta sunt: perspici potest Sic enim ibi Cicero scribit. Sunt enim similitudines: quæ ex pluribus collationibus perueniūt: quo volūt: hoc modo. Si tutor fidem præstare debet. Si socius. Si cui mandaris. Si q iudiciū accepit: debet & ꝓcurator. ¶ Hoc est ex eo genere: quod ἐπαγωγήν gręci vocant Cice. inductionē In iisdē topicis Cicero ita præcipit. Hæc ex pluribus perueniens: quo vult: appellatur inductio: quę græce ἐπαγωγή nominat: qua plurimū est vsus in sermonibus Socrates. ¶ Ex dissimilibus. Dissimilitudinē Cicero differentiam vocat. Sequitur inquit similitudinem differentia rei maxime cōtraria superiori. Sed est eiusdem dissimile: & si-

ilia quæ
ntur.

imilia.

bus mutuam confirmationē præstantibus ducuntur: quæ proprii generis quidam videri voluit: & vocant ἐκ τῶν προσάλληλα, Cicero ex rebus sub eandem rationē venientibus: †fortiter cōsequētibus iunxerim. Si portorium rhodiis locare honestū est: & Hermocreonti conducere: & quod discere honestum: & docere. Vnde illa non hac ratione dicta: sed efficiens idem Domitii Afri sententia est pulchra: Ego accusaui: vos dānastis. Est inuicem consequens: & quod ex diuersis idem ostendit: vt qui mundum nasci dicit: per hoc ipsum & deficere significat: quia deficit omne quod nascitur. Simillima est his argumentatio: qua colligi solent ex iis quæ faciunt ea quæ efficiuntur: aut cōtra: quod genus a causis vocant. Hæc interim necessario fiunt: interim plerunq: sed non necessario. Nam corpus in lumine vtiq umbram facit: & vmbra vbicunq est: ibi corpus esse ostendit. Alia sunt: vt dixi: non necessaria: vel vtrinq: vel ex altera parte. Sol colorat: non vtiq qui est coloratus: a sole est. Iter puluerulētum facit: sed nec omne iter puluerem mouet: nec quisquis est puluerulentus, ex itinere est. Quæ vtiq fiunt: talia sunt. Si sapientia bonum virum facit bonus vir est vtiq sapiēs. Ideoq boni est honeste facere: mali, turpiter. & qui honeste faciunt: boni: qui turpiter: mali recte iudicantur. At exercitatio plerunq robustum corpus facit: sed non quisquis est robustus exercitatus: nec quisquis exercitatus robustus est. Nec quia fortitudo præstat, ne mortem timeamus: quisquis mortem non timuerit: vir fortis erit existimandus. Nec si capitis dolorē facit: inutilis hominibus sol est, & hæc ad hortatiuum genus maxime pertinēt. Virtus facit laudem: sequenda igitur: voluptas infamiam: fugienda igitur. Recte autem monemur causas non vtiq ab vltimo esse repetēdas: vt Medea. Vtinā ne in nemore pelio. Quasi vero id eam fecerit miseram: aut nocentem: q illic ceciderit abiegna ad terrā trabes: & Phyloctetra Paridi. Si impasses tibi ego, nūc nō essem miser. Quo modo puenire quo libet retro causas legentibus licet.

Forte.

Ab efficientibus & effectis siue.
A causis.

Ab euentis.

Si fidem debet tutor. sic Vallen. codex manifeste habet: q̄q̄ id tacet Raph. Vbi autem vulgo legitur innumerabiliū. & Raph. legendū censet insolubiliū. Ald. argutius & vero similius scripsit immutabiliū. Fortiter consequentibus iunxerim. Sic Val. & Al. sicq reponendum Raph. censet: nisi q forte legit vbi illi hn̄t fortiter. non videtur aūt forte personæ docentis, congruere. Ordo aūt est. Ego iunxerim consequentibus fortiter. i. firmiter. quæq. i. etiam illa: quę ducuntur ex rebus præstātibus mutuam confirmationē: quæ quidā volunt videri pprij generis. i. speciei distinctæ a cōsequentibus & vocant ἐκ τῶ πρὸς ἀλλήλα. Cicero, sup. vocat. probabilia aut constantia ex rebus venientibus sub eandem rationē. Ego accusaui. &c. Valla adnotauit sic Ouidi. m. xiij. An falso palamedem crimine turpe est Accusasse mihi: vobis dānasse decorū? Hunc locum non attulit Quintilianus: quia non est absolutus cum fuerit dicendum: an palamedem mihi turpe est accusasse: vobis decorū damnasse? Hactenus ille: e cuius verbis confirmare nequeas, an Ouidius ex domitio: an domiti9 ex Ouidio an neuter ex altero: sed vterq ex seipso id dixerit. Adnotauit & hoc platonis libr. viij. de rep. ἀλλ᾽ ἐπεὶ γενομένῳ παντὶ φθορά ἐστιν. Nec si dixerit mundū natum ex nostris id dixerit: nō enī natum sed creatum credimus. Quæ vtiq talia fiūt talia sunt. Non video quid in his verbis desideretur: at neq si legantur vt Val-

mile inuenire. Eius generis hęc sunt. Non quemadmoduz quod mulieri debeas: recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita qd̄ pupillo: aut pupillæ debeas: recte possis eodem modo soluere. ℂ Ex cōtrarijs. Contraria sunt quæ in eodem posita genere longissime a se distant: vt bonum & malum. ℂ Ex repugnantibus. Repugnātia dicunt quæ ita copulātur. vt id qd̄ alicui contrariorum naturaliter iūctū est: reliquo cōtrario cōparetur: vt quoniam amicitiæ: atq inimicitiæ contraria sunt: inimicitias vero consequitur nocēdi voluntas: amicitia & nocendi voluntas repugnantia sunt. ℂ Ex consequentibus: siue adiunctis. Alium quidem locū ab adiunctis Cicero facit: alium a consequētibus. Et ab adiūctis quidem locuz propriū esse oratorum ait. In eo enī quęri quid ante rem: quid cum re: quid post rem euenerit. Ante rem aūt quæri quę talia sunt: apparatus: colloquia: locus constitutus: cōuiuium. Cū re vero peduz strepit9: crepitus hominuz corporum vmbræ: & si qd eiusmodi. At post rem pallor: rubor: titubatio: & si q̄ alia signa conturbationis & conscientiæ: præterea restinctus ignis: gladius, cruentus: cæteraq: quæ suspicionē facti possunt mouere. Hinc aperte colligimus ea a Cicerone adiuncta vocari: quæ vnicuiq rei finitimam habeant naturā: vt timori pallor adiūctus est. Hæc aūt talia sunt: vt sæpius quidem vicinis sibi adhærescant: neq tamen ex necessitate ijs: quibus vicina sunt: adesse cogātur. Nā sæpe timori pallor assistit: nō tn̄ semper veluti cū dissimulatione premitur metus. Ideo verissimilia ex adiunctis argumēta nascuntur. Locum vero a cōsequētibus & antecedentibus & repugnantibus proprium esse dialecticorum ait. Ionegeq ab adiunctis esse diuer

Cōtraria

Repugnā

Ab adium

Adiūcta dicantur.

sum asserit. Nam coniun-cta inquit: de quibus paulo ante dictum est: non semper eueniunt. Consequētia autem semper. Ea enim dico consequentia. quæ rē necessario consequuntur. Itēq; & antecedentia: & repugnantia. Quicquid eīn sequitur quanq; rem: aut antecedit: id cohæret cū re necessario: & quicqd repugnat id eiusmodi ē: vt cohærere nū q̄ possit. Hæc quidem Tullius Fabius vero & consequentia cum adiunctis copulat: & consequentium duo eē genera ait: alia naturæ: alia temporis: neq; se de nominibus anxiū esse. dum ipsa vis rerū intelligatur. ℂ Sed cum sint in dubitata vim habent pene signorū innumerabilium. Quid sibi velit hoc loco genitiuus iste innumerabiliū: ingenue fateor: mihi non liquet. Sensui certe non congruit. Quare deprauatus esse hic quoq; loc⁹ videtur. Insolubilium autem fortasse legendū est. ℂ Illa sequentia pagomena: quæ postea facta sunt ἐπαγόμενα in quibusdam exemplaribus rectius mihi legi videtur. Ad verbum enim ἐπαγόμενα illata transferunt παραγόμενα vero deriuata dicuntur. Signat aūt differentiam Fabius inter ea: quæ consequentia vocant: & q̄ sequentia, Consequentia eīn adiuncta adhærentiaq; dicuntur: nullumq; definitū respiciūt tempus: sequentia vero dicūtur postea facta aut futura. deniq; futurū tempus respiciunt. Ab vtrisq; aūt argumēta ducunt. ℂ Itaq; non dubito hæc quoq; consequentia. Aut adiungere: aut certe simile verbū sensus exposcere videtur. ℂ Et vocant ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. Cicero ex rebus sub eādem rationē venietibus. ἐκ τῶν πρὸς ἄλληλα. hoc est ex ijs quæ se inuicem tenent. Cicero autem cum alibi tum in primo rhetorico. de his plene tractat. Sic eīn scribit. In ijs rebus: quæ sub eandem rationem cadunt: hoc modo probabile est. Nā si rhodijs turpe non est portorium locare: nec Hermacreonti quidem est turpe conducere. ℂ Forte ex consequentibus iunxerit. Nisi aut quis nominatiuus: aut quid tale ascribatur: aut certe iunxerun: vt sit primæ personæ legatur neq; sensus: neq; oratio integra videbitur: certe verbum illud iunxerit: ad quē nominatiuū cōmode possit referri non habet. ℂ Ego accusaui: vos dānastis. Hæc sententia a Domitio Afro de decimotertio metamorphoseos libro videtur esse accepta. Nam ibi Vlysses sic ait. An falso Palamedem crimine turpe est: accusasse mihi vobis dānasse decorum? ℂ Vt qui mundum nasci dicit per hoc ipsum & deficere significet: vt sit modi indicatiui: significat est legēdū. Solus autem Plato ex omnibus philosophis vt inquit Aristoteles: mūdū generare ausus est: ex quo colligitur ipsum quæ a Moyse de mūdi principio literis prodita sunt: perlegisse: eoq; nouum philosophis dogma inuexisse: atq; vt veritati cōsonum approbasse. ℂ Quod genus a causis vocant. Causa est: qua præcedente aliqd efficitur non tempore: sed proprietate naturæ: vt diei causa est ortus solis. Effecta vero sunt: quæ aliquibus efficiuntur causis non tempore præcedentibus: sed natura. Quatuor aūt causarum species dicuntur esse: efficiens: forma: materia: finis: a quibus maxima argumentorū copia in omni disputatiōe: vt inquit Cicero sumi potest. Nam & ipse hunc locum copiose describit. Proximus est inquit locus efficientiū rerum: quæ causæ appellantur. Deinde rerum effectarū ab efficientibus causis. Causarum igitur genera sunt duo: vnum: quod vi sua id quod sub ea vt subiectum est: certe efficit. vt ignis accendit. Alterum: quod naturā efficiendi non habet: sed sine quo effici non possit: vt si quis æs causam statuæ velit dicere: q; sine eo effici non possit: & quæ sequuntur. ℂ Quæ vtiq; talia fiunt: talia sunt. Hoc præceptum obscurius esse videt: q̄ vt Quintiliani candori conueniat. Superuacuū deinde: neq; admonitione dignū iudicari potest. Quis eīn vel rudis dubitet: ea quæ talia fiunt: talia esse? Quare tametsi inuitus facio: vt aliquid verborū ascribam: quæ in nullis legerim exemplarib⁹: tamen ne ab instituto recedam: tria hæc verba sentio apponenda. Qualia quæ faciunt: vt legatur: Quæ vtiq; talia fiunt: talia sunt qualia quæ faciunt. Meæ vero emendationi etiā: quæ subijciuntur. exempla assipulant. Hunc autem locū Cicero ab effectis vocat: sicq; eum exponit. Coniūctis inquit huic causarum loco ille: qui efficitur ex causis: vt eīn causa quid sit effectū indicat. sic quod effectum est: quæ fuerit causa: demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus & poetis: sæpe etiam philosophis: sed ijs: qui ornate: & copiose loq possunt: mirabilem copiā dicendi: cum denunciant: quid ex quaq; re sit futurū. Earū eīn cognitio cognitionē euentorū facit. ℂ Recte autē monemur causas non vtiq; ab vltimo esse retinendas. Sensus integritas retinendas aspernatur: repetendas autem recte forsitan legeretur. Hoc autem Cicero quoq; in primo rhetoricorū admonet dicit. Remotio est: quod vltra q̄ satis est petitur: huiusmodi est. Q; .P. Scipio si Corneliā filiā Sēpronio Gracco non collocasset: atq; ex ea duos filios graccos procreasset: tantæ seditiones natæ non essent. Quare hoc incommodum Scipioni ascribendum videtur. Huiusmodi est illa quoq; conquestio: Vtinam ne in nemore Pelio securibus cæsæ cecidissent abiegnæ a terrā trabes. Longi⁹ eīn repetita est q̄ res postulabat. ℂ Et phyloctetæ Paridi. Si par esses tibi. Corrupte quidē sic legitur: Emendate vero si imperasses tibi. Hæc vero exēpla de priscorum tragœdijs sumpta esse cōstat de Medea: atq; Phyloctetæ conscriptis: quæ Fabulæ notiores sunt: q̄ vt hic sint enarrandæ. ℂ Quo modo peruenire quo libet retro causas legētibus licet. Pro legentibus quidā agētibus legunt. Sed legentibus sensui magis conuenire videtur: vt intelligamus colligentibus.

lēn. ea habet & vocat locum ab euentis. Quæ vtiq; fiunt talia sunt. Nā sensus est. Cum ea quæ faciūt nec semper nec omnia talia faciunt: vt iter puluerulentū facit: sed nec omne: nec semper. Nam iter super petrā non facit puluerulentum: nec super puluerem humefactum: at quæ fiunt, vtiq; .i. omnino & necessario talia sunt: hoc est ab effectis & euentis trahitur certum argumentū: vt si sapientia bonum virū facit sapiens est necessario vir bonus. Esse repetendas Vallen. Habet: Q; illic cecidere abiegna ad terrā trabes. Sic Vallen. habet: & recte nam adnotauit Petrus Crinitus de honesta disciplina li. xv. cap. vj. citans Acciniarum carmen in uiolatum quod corrupte in rhetoricis ad herenniū legebatur: nomē trabes in ntō singularis veteribus vsurpatuz sicut plebes. canes. duces. sepes & multa alia. Carmen aūt Acciniȷ de argo naui est tale. Vtinam ne in nemore pelio securibus Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes.

Trabes. in ntō singulari.

nio plato ad mētem. ysi de mū-

sa quid sit

sarū gene rot.

RAPH.

ℂ His illud adijcere ridiculum putarem: nisi eo Cicer

His illud adiicere ridiculum putarem nisi eo Cicero vteretur:

quod coniugatum vocant:vt Eos qui rem iustam faciant iuste facere:quod certe nõ eget probatione.Quod compascuũ est:cõ pascere licere.Quidam:hæc:quæ vel ex causis:vel ex efficienti bus diximus† alieno nomine vocant ἐκβάσεις .i.exitus.Nã nec hic aliud tractatur:q̃ quid ex quoq̃ eueniat. Apposita vel cõpe ratiua dicũtur:q̃ maiora ex minorib⁹:minora ex maiorib⁹:paria ex parib⁹ pbãt. Cõfirmaẽ cõiectura ex maiore. Siqs sacrilegiũ fa cit:faciet & furtũ.Ex minore.Qui facile ac palã mẽtitur:peierabit. Ex pari.Qui ob rem iudicandam pecuniam accipit:& ob dicẽ dum falsum testimoniũ accipiet.Iuris cõfirmatio est huiusmo di.Ex maiore.Si adulterũ occidere licet:& loris cædere.Ex mi nore.Si furem nocturnum occidere licet:quid latronẽ?Ex pari. Quæ poena aduersus interfectorem patris iusta est:eadem ad uersus matris.Quorũ omniũ tractat⁹ versatur in syllogismis. Illa magis finitiõibus:aut qualitatibus prosunt.Si robur corpo ribus bonum non est:minus sanitas. Si furtum scelus:magis sa crilegium.Si abstinentia virtus:& continentia.Si mundus pro uidentia regitur:administranda est respublica.Si domus ædifi cari sine ratione nõ potest:quid agendũ in naualium cura & ar morum?Ac mihi quidem sufficeret hoc genus:sed in species se catur.Nã ex pluribus ad vnũ:& ex vno ad plura(Vnde est q̃d semel & sępius)& ex parte ad totum:& ex genere ad speciem:ex eo quod continet ad id quod cõtinetur:vt ex difficilioribus ad faciliora:& ex longe positis ad propiora:& ad omnia:quæ cõtra hæc sunt eadem ratione argumenta ducuntur.Sunt eñ & hęc maiora & minora:aut certe vim similem obtinẽt:quæ si prose quamur:nullus erit ea cõcidendi modus.Infinita est enim rerũ comperatio:iucũdiora † grauiora:magis necessaria:honestiora vtiliora.sed omittamus plura:ne in eam ipsam:quã vito loqua citatem:incidam.Exemplorũ quoq̃ ad hæc infinitus est nume rus. Sed paucissima attingã.Ex maiore pro Cecinna.Qui ex ercitus armatos mouet:is aduocationem togatorũ non videbi tur mouisse?Ex faciliore in Clodium & Curionem.Ac vide: an facile fieri tu potueris:cum is factus non sit:cui tu concessisti. Ex difficiliore.Vide quæso Tubero:vt qui de meo facto non du bitem:de Ligarii audeam confiteri.Et ibi.An sperandi Ligario causa non sit:cum mihi apud te locus sit:etiam pro altero dep candi.Ex minore pro Cecinna.Ita ne vero scire esse armatos sat est:vt vim factam probes:in manus eorũ incidere non est satis? Ergo:vt breuiter contraham summã:ducuntur argumenta a personis:causis:locis:tempore(cuius tres partes diximus præ cedens:coniunctũ:insequens)facultatibus(quibus instrumẽ tũ subiecimus)modo id est:vt quicq̃ sit factũ:finitione:gene re:specie:differentibus:propriis:remotione:diuisione:initio:in crementis:summa:similibus:dissimilibus:pugnantibus:conse quentibus:efficientibus:effectis:euentis:iugatis:cõperatione: quæ in plures diducitur species.Illud adiiciẽdum videtur:du ci argumenta non a confessis tantum:sed etiam a fictiõe:quam

A coniugatis. Alio. Ab apposit[is] cõparatiuis. Ad cõiecturã. A maiori. A minori. A pari. Ex iure. A maiori. A minori. A pari. Ad finitiões. A minori. A maiori. A pari. Multiplices cõparationis species. Gratiora. Exempla. A maiori. A faciliori. A difficiliori. A minori. Argumento rũ genera. Affictione.

ro vteretur:quod coniuga tum vocant. Atqui:ne ri diculuz hoc putes Fabi & Aristoteles in topicis locuz a cõiugatis tradit. Cõiuga ta aũt sunt quęcũq̃ ab vno nomine varia prolatione flectuntur:vt a iustitia ius stum iuste:vel vt Cicero de scribit. Coniugata dicũtur quæ sunt ex verbis generis eiusdem. Eiusdẽ autẽ gene ris verba sunt:quæ orta ab vno varie cõmutantur:vt sapiens:sapiẽter:sapiẽtia. Hæc verborum cõiugatio συζυγία græce dicitur:ex qua huiusmodi est argumẽ tum. Si cõpascu⁹ ager est: ius est cõpascere. ¶ Quidã hęc q̃ vel ex causis:vel ex ef ficientibus diximus:alie no nomine vocant ἐκβάσεις. Corrupte diximus & alieno mihi legi videntur. Emendate vero diximus: & alio legẽtur. ἐκβάσις autem ad verbum trasfer tur egressio:vł egressus:exi tus:euentus. ¶ Appositi ua:vel comparatiua dicũ tur:quæ maiora ex mino ribus:minora ex maiorib⁹ paria ex paribus confirmã tur. Vt confirmant actiue legatur:ibiq̃ distiguatur: sensus integritas exposcit: Hunc autem locum Cice ro comparationem vocat. ¶ Si domus ædificari sine ratione non potest qd agẽ dum:si naualium cura & armorum:vnius particu læ deprauatione totus sæ penumero sensus confun ditur:quod quidẽ hic facile perspici potest. Naz si par ticula loco in præpositiõis posita totum implicat sen sum:qui aliter perspicuus est. In ergo si expuncta lega tur:hoc modo. Quid agen dum in naualium cura & armoruz: ¶ Sed in species secatur. In cõparatione Ci ce. hæc inquit esse spectãda numeruz:speciem vim:& quãdam ad res alias velut affectionẽ:quæ omnia ex[em] plis a Fabio explicantur. Aut difficilioribus ad faci liora. Aut difficta inter tot copulas haud q̃q̃ recte po ni mihi videtur. Quare est

Cõiuga[ta] dicantu[r]

græci καθ' ὑπόθεσιν vocant. Et quidem ex omnib⁹ iisdem locis: quibus superiora: quia totidem species esse possunt fictæ: quot veræ. Nam fingere hoc loco: id est proponere aliquid: quod si verum sit: aut soluat quæstionem aut adiuuet. Deinde id: de quo quæritur: facere illi simile. Id quo facilius accipiant iuuenes: nōdum scholam egressi: primo familiaribus magisq; vsitatis exemplis ostendā. Lex est: qui parētes non aluerit vinciatur. Non alit quis: & vincula nihilominus recusat. Vtitur fictione: si miles: si infans sit: si reip. causa absit. Et illa contra optionem fortium, si tyrannidem petat: si templorum euersionem. Plurimūq; virium ea res habet contra scriptum. Vtitur his Cicero pro Cecinna. Vnde tu: aut familia: aut procurator tuus: si me villicus tuus solus deiecisset? Si vero ne habeas quidem seruum præter eum: qui me deiecerit: & alia in eodem libro plurima. Verum eadē fictio valet & ad qualitates. Si Catilina cum suo consilio ꝉ nefariorum hominū: quos secum eduxit: hac de re posset iudicare: condemnaret Lucium Murænam. & ad amplificationē. Si hoc tibi inter cœnam in illis immanibus poculis tuis accidisset. Sicut & si resp. vocem haberet.

Nefandorū

expungenda: ac eius loco ex præpositio reponenda: vt legatur ex difficiliorib⁹ ad faciliora. ℂ Nullus erit ea concedendi modus. Loco concedendi legatur concidendi hoc est in minutas partes diuidendi. ℂ Quas græci καθ' ὑπόθεσιν ad verbum per suppositionē trāsferri potest. ὑπόθεσις nāq; interdum causam interdū significat suppositionēq;. Vnde & propositiones hypotheticæ dicūtur: in quibus neq; esse: neq; non esse aliquid simpliciter dicitur: verum sub cōditiōe: vt si hoc est: illud non est. ℂ Id quod facilius accipiant iuuenes nondū scholā egressi primo familiarib⁹ magis q̄ vsitatis exemplis ostendā. Duabus mēdis hic implicatur sensus: quarum altera librariorum incuria videtur esse admissa: altera imperiti alicui⁹ temeritate adiecta. Nam & quo litera rasa legendum est. & q; loco illius q̄ videtur esse reponēdū hoc modo. primo familiaribus magisq; vsitatis exēplis ostendam. Exēpla enī quæ subijcit Fabius ex declamatiōib⁹ sumpta sunt: quæ & familiares: & vsitatæ iuuenibus scholasticis erāt. ℂ Simile si infans. Sic quidē recte legi videtur: cū hactenus quod sciam: flagitiū inesse nō sit animaduersum. Quod quidem eo magis est mirādū: q; illud simile nihil ad propositū facit. Nihil enī dictum est: cui simile aliquid possit inferri. Nō igitur simile. Sed s litera duntaxat ascripta & diuisionis signo apposito: si miles vel refragātib⁹ exēplarib⁹ legēdū esse affirmari. Nā vt īfantes qui nō aluissent parentes non vincirent: ita nec milites. quippe qui reipu. causa abfuissent. ℂ Et illa, contra optionē fortium: si tyrannidem petat. S. litera t. rasa legatur Inde sensus inchoetur. hoc modo. Si tyrannidem petas. ℂ Si vero ne habeas quidem seruū. Et copula qua duo exempla de oratione Ciceronis pro Cecinna sumpta cōiungantur videtur ascribenda hoc modo. Et si ne habeas quidem seruum. ℂ Si hoc tibi inter cœnam. De secūda in Antonium inuectiua desumptum est hoc exemplum. ℂ Sic & si respu. vocē haberet. Illud sic aduerbium videtur esse vt redundans eradendum. Nihil enim sensui est necessarium. Nam fictiōis aliud exemplum subijcit Fabius de Ciceronis oratione sumptum.

...ositiões.
...heticæ
...cantur.

bene re-
...i.

Vt eos qui rē iustā faciūt iuste facere. Aristo. in politicis. Impossibile est iuste agere non iusta agētibus. Videtur tamē discrimē: inter bona agere aut dicere: & bene: nam qui ex malo ꝑposito agit aut dicit: licet bona sint quæ agit & dicit: male agere & dicere videtur: quia iuste a deo dānat. Verum non propter opus aut dictum sed voluntatem: bene enī agit & dicit. sed male vult. Persistendū est autem in genere bonitatis: nā qui orationē dñicā bona voluntate diceret: sed male ꝓnunciaret: diceret bona & bene: & tamen male: quia imperite. ℂ Diximus habet Vallen. sed alieno nomine: & recte. nā alienū id nomen probat q; non sit appropriatū. Nā (inquit) nec hic aliud tractatur q̄ quid ex quoq; eueniat. & id Aldus alieno impressit habet aūt Vallen. Apposita: vbi Aldus & Raph. Appositiua: & vbi illi legunt confirmant: Vallen. habet probant. Confirmatur: quā lectionē ego germanā & verā puto. Aut difficilioribus. Vallen. habet: vt ex difficilioribus. Iucundiora. gratiora. Vallen. habet: grauiora: idq; sequar: nā grauiora tangentur dum vtiliora docet. Concidendi habet Vallen. nō concedendi. Et Ergo vt breuiter contrahā: nō ego. Id quo facilius accipiant & magisq; apertissime habet Laurentianus codex. Si miles. sic optime reposuit Raph nā Vallen. etiā simile fuit. Si tyrānidem petas: sic quidē Vallen. habet: Aldus tū petat impressit: paruiq; meo iudicio refert: nec sentētia declarat quæ obscurior videtur: sed sic elucidanda. Et illa. s. fictio. aut dicenda contra optionem. i. electionem fortium (vt ænei. i. Pars optare locū tectis) si quis enī quia fortis sic optari volet: dicetur ei si tyrānidem petas: si tēplorum euersionē: optari debeas quasi fortis? q. d. minime. Si me villicus tuus solus &c. Ad hoc Valla. Vlp. li. i. de verborum significatione. Vnicus seruus familiæ appellatione non continetur: ne duo quidē familiā faciunt. Nefariorū. Vallen. habet nefandorum. Sic nō reddās: sed ab auctoris persona positum noscetur: nō de corpore exempli esse.

Has fere sedes accepimus probationū in vniuersum: quas nec generatim tradere sat est: cum ex qualibet earum innumerabi-

ℂ Eadem sunt & potentissimæ & minimæ: quia cōmunibus ex præceptis inuenienda sunt. Nō solum

lis argumentorū copia oriatur:nec per singulas species exequi patiatur natura rerū: quod qui sunt facere conati:duo pariter subierunt incōmoda:vt & nimiū dicerēt:nec tamē totū. Vnde plurimi cū in hos inexplicabiles laqueos inciderunt:omnē etiā quē ex ingenio suo poterāt habere conatū:velut astricti certis legū vinculis perdiderūt:& magistrū respicientes:naturā ducē sequi desierūt. Nam vt per se nō sufficiet scire omnes probationes:aut a personis, aut a rebus peti: quia vtrūq; in plura diuiditur:ita ex antecedētibus:& iūctis:& insequentibus trahenda esse argumenta:qui acceperit protinus:in hoc sit instructus:vt quid in quaq; causa dicendū sit:ex his sciat: praesertim cū plurimae probationes in ipso causarū cōplexu reperiātur: ita vt sint

Eoq; sunt

cum alia lite nulla cōmunes:† haeq; sint & potētissimae:& minime obuię quia cōmunib⁹ ex pręceptis propria inueniēda sunt,

A circūstantia.

Hoc genus argumentorum sane dicamus ex circūstantia: quia περίστασιν dicere aliter nō possumus: vel ex iis:quae cuiusq; causae propria sunt:vt in illo adultero sacerdote: qui lege qua vni⁹ seruandi potestatem habebat: se ipse seruare voluit:propriū est controuersiae dicere. Non vnū nocentem seruabis:quia te adultero dimisso adulteram occidere nō licebit. Hoc enim argumētum lex facit:quae prohibet adulteram sine adultero occidi. Et illa.in qua lata est lex:vt argentarii dimidium ex eo quod debebant:soluerēt:creditum suū totum exigerent. Argentarius ab argentario solidum petit. Proprium ex materia est argumentū creditoris. Idcirco adiectum esse in lege:vt argentarius totum

In omnes

exigeret. Aduersus enim alios nō opus fuisse lege cum †omnes praeterq̄ ab argentariis totum exigendi ius haberēt. Cū multa autem nouantur in omni genere materiae:tum praecipue in his quaestionibus:quae scripto constant: quia vocum est in singulis ambiguitas frequens: adhuc in coniunctis magis. Et haec ipsa plurium legum:aliorūve scriptorum:vel congruentium:vel repugnantium complexu varientur: necesse est: cum res rei:aut ius iuris quasi signum est. Non debui tibi pecuniam:nunq̄ me appellasti:vsuram nō accepisti, vltro a me mutuatus es. Lex est: qui patri proditionis reo nō affuerit:exhaeres sit. Negat:nisi si pater absolutus sit:qd signi! Lex altera. Proditionis damnatus: cū aduocato exulet. Cicero pro Cluentio. P. Popilium: & Tiberiū Guttam dicit nō iudicii corrupti:sed ambitus esse damnatos:quid signi! ꝙ accusatores eorum:qui erant & ipsi ambitus damnati:e lege sint:post hanc victoriam restituti. ¶ Nec minus

Probādū qd propositionis est.

in hoc curae debet adhiberi:quid proponendū: q̄ quomodo sit: quod proposueris:probandum. Hic omnino vis inuentionis: si non maior:certe prior. Nam vt tela superuacua sunt nescienti quid petat:sic argumēta:nisi pręuideris:cui rei adhibenda sint. Hoc est:qd comprehendi arte non possit. Ideoq; cū plures eadē didicerint:generibus qdē argumentorū similibus vtētur:alius tamē alio plura:quibus vtatur: inueniet. Sit exēpli gratia ꝓposita cōtrouersia:quae minime cōmunes cū aliis q̄stiones habet.

sensus huius verba minus congrue sunt iūcta:sed etiā ipse sibi cōtrarius esse videtur. Quonāq; modo si potentissimę sunt ꝓbationes minimę eē possint: aut cōtra! Emēdari autē sic mihi posse videtur: si nō ea: sed eo legatur: ae minime sine diphthōgo scribatur: & obuię nominatiuus ascribatur: ac inueniendę legatur: hoc modo. Eoq; sunt & potentissimae & minime obuiae:quia communibus ex pręceptis inueniēdae sunt. ¶ Vel ex iis:q̄ cuius causę propria sunt. cuiusq; legēdū esse apte cōstat. ¶ Potestatē habeat b lr̄a ascribat: vt habebat ita sensu exigēte legatur. Est aūt cōtrouersia declamatoria. ¶ Quia aū adultero dimisso: adulteram occidere nō licebat. Hoc idē & Paulus iurisconsultus cōfirmat in sententiis libro secūdo de adulteriis. Inuentā inqt in adulterio vxorē maritus ita demū occidere potest: si adulterū domi suae dep̄hendat.

Adulterā q casu occide liceat.

¶ Aduersus enim alio nō opus fuisse lege: Alios pro alio legendū esse ne admonitione quidem est dignū. ¶ Cū oēs ꝑter q̄ ab argētariis totū exigendi ius haberent. Sic quidē recte legi videtur:sed in ꝑpositio forsitan est ascribēda: vt legat: Cū in oēs. Argentarij autē sunt:qui gręco noīe trapezitę etiā vocātur:quos vulgo campsores appellāt:nō quidē minutulos qui pecunias solū permutant:sed q multorum acceptas pecunias custodiūt:cū opus fuerit reddituri. Minuti autē illi a nostris nūmularij. a graecis collyuistae vocant.

Argentarij dicantur.

Nūmular dicantur.

¶ Vsuram accepisti. Non particula negatiua sensui necessaria:in aliis exēplaribus est recte ascripta: vt legatur vsurā non accepisti. ¶ Q; accusatores eorū: qui erāt ipsi ambitus damnati:e lege sint posthac victoriam restituti. Post hāc vt ad victoriā referatur: non posthac legēdū esse patet. Modestinus aūt iurisconsultus

Cum Thebas euertiſſet Alexander: inuenit tabulas: quibus cētum talenta mutuo Theſſalis dediſſe Thebanos continebatur. Has: q͞a erat vſus cōmilitio Theſſalorū donauit iis vltro: poſtea reſtituti a Caſſandro: repoſcūt Thebani Theſſalos. Apud Amphictyonas agitur. Centū talenta & crediſſe eos conſtat: & nō recepiſſe. Lis omnis ex eo ꝙ Alexander ea Theſſalis donaſſe dicitur, pendet: conſtat quoq; illud: non eſſe iis ab Alexandro pecuniam datā. Quæritur ergo: an perinde ſit: q͞d datum eſt: ac ſi pecuniā dederit. Quid proderūt argumentorum loci: niſi hæc prius videro: nihil eū egiſſe donando: non potuiſſe donare: non donaſſe? Et prima quidē actio facilis: ac fauorabilis repetētium iure: q͞d vi ſit ablatum. Sed hinc aſpera: & vehemens quæſtio ex oritur de iure belli dicentibus Theſſalis: hoc, regna, populos, fines gentium: atq; vrbiū contineri. Inueniendum contra eſt: quo diſtet hæc cauſa a cæteris: quæ in poteſtatem victoris venirent nec circa probationē res hæret: ſed circa propoſitionem. Dicamus primū in eo: q͞d in iudicium deduci poteſt: nihil valere ius belli: nec armis erepta: niſi armis poſſe retineri. Itaq; vbi illa valeant: non eſſe iudicem: vbi iudex ſit: illa nihil valere. Hoc inueniendum eſt: vt adhiberi poſſit argumentum. Ideo captiuos ſi in patriam ſuam redierint: liberos eſſe: quia bello parta non niſi eadem vi poſſideātur. Proprium eſt & illud cauſæ: q͞d Amphictyones iudicant: vt alia apud cētumuiros: alia apud iudicem priuatū in iiſdē quæſtionibus ratio ſit. Tum ſecūdo gradu non potuiſſe donari a victore ius: quia id demū ſit ei⁹: quod teneat. Ius quod ſit incorporale appręhendi manu non poſſe. Hoc reperire difficilius: q̄ cum inueneris argumentis adiuuare. vt alia ſit conditio hæredis: alia victoria: quia ad illum ius: ad hūc res tranſeat. Proprium deinde materiæ: ius publici crediti tranſire ad victorem non potuiſſe: quia quod populus crediderit: omnibus debeatur: & q͞diu quilibet vn⁹ ſuperfuerit: eſſe eum totius ſummæ creditorem. Thebanos autem non omnes in Alexandri manus fuiſſe. Hoc non extrinſecus probatur: quæ vis eſt argumēti: ſed ipſum per ſe valet. Tertii loci pars prior magis vulgaris. Non in tabulis eſſe ius: Idq; multis argumentis defendi poteſt. Mens quoq; Alexandri duci debet in dubiū. Honorarit eos an deceperit. Illud iam rurſus materiæ propriū: & velut nouæ cōtrouerſiæ: ꝙ reſtitutione recepiſſe ius: etiam ſi q͞d amiſerint: Thebani videntur. Hic & q͞d Caſſander velit: quęritur. Sed vel potentiſſima apud Amphictyonas æqui tractatio eſt.

Quilibet.

itaq;

Honorarit.

ſultus libro. xlviij. ad legē Iuliā de ambitu ſic ſcribit. Qua lege q͞s eſt damnatus ſi aliū cōuicerit: in integrū reſtituitur. ¶ Ideoq; cū plures eadē didicerit: generib⁹ argumentorum ſimilibus vtentur. ¶ Eius hic integer ſit ſenſus: Fabij tamen elegantia: vt quidē particula aſcribatur: mihi expoſcere videtur: vt legat̃ hoc modo generibus quidē argumentorū. Q͞d vt ſentiā ea: quæ infert exceptione maxime adducor. Frequenter eñi ita vtimur hac particula q͞dē: vt exceptio ſequat̃. ¶ Apud Amphyctionas agitur: Amphictyones: vt & Plini⁹, & Cicero ponūt: publicū erat græciæ concilium. ¶ Hæc regna populos. Hoc legendū eſſe non hæc facile eſt ex cōtextu videre: vt ad ius referatur. ¶ Ideo ſi captiuos in patriā ſuā redierint liberos eē. prępoſtero ordine ſic legit̃. Legēdum eſt autē hoc modo. Ideo captiuos ſi in patriam ſuā redierint. ¶ Itaq; multis argumentis defendi poteſt. Idq; loco illi⁹ itaq; particulæ mihi legendum videtur.

ASCENSIVS.

¶ Eoq; ſunt &c. Vallenſis habet: hęq; ſint & potētiſſimę & minimę obuiæ: quia cōmunibus ex ꝓceptis propria īueniēda ſunt &c. ſecūdū quā lectionē ſint approbatur: vt reſpondeat illis: reperiantur ita vt ſint: & propria. ſ. præcepta inuenienda. quæ lectio quia ꝓpior veræ viſa a nobis repoſita eſt: qui tamen Raphaelis malit: reponat eā. Similiter q͞d Ald. & Raph. habent. Non vnū nocentem ſeruabas: quia ante adultero dimiſſo adulteram occidere non licebat: Valla meo quidē iudicio multo melius habet: Non vnū nocentē ſeruabis. ſ. ſi te ſeruabis: ſed duos: q͞a te adultero dimiſſo: adulterā occidere nō licebit. Cętera fere vt ꝓcipit habendū Raph. Val. habet: vt cuiuſq; habebat. Alios &c. habet tamē Cū oēs nō in oēs: quia forte ſenſus eſt: cū oēs. ſ. creditores qui cūq; eſſent: haberēt ius exigendi. ſ. creditū: ꝓterq̄ ab argentarijs. Vſurā nō accepiſti: ſic Valleñ. Hic oīno vis inuentionis &c. Valleñ. habet. hic ſi nō vis inuentionis maior: certe prior: ſed parui refert. Habet Valleñ. Hoc regna &c. Hoc. ſ. iure belli. Quæ ad poteſtatē. Valleñ. habet in poteſtate: ſed Aldus melius in poteſtatem quia ſequitur venirent non eſſent. Ideo captiuos &c. ita Valleñ. habet. Et adnotata quædā ſcitu non indigna: quæ quia Raphael vt inde accepta diſſimulet non plene recitat duxi reponēda. De Amphictyonibus itaq; ſcripſit ſic. Plin. lib. xxxv. Siquidē Amphictyones quod eſt publicum gręcię cōcilium hoſpitia ei gratuita decreuere. Cicero ſecūdo Rhetoricorum. Amphyctiones cōmune græciæ conciliū. Adſcriptū quoq; habet hęc. Epidau

rus, Athenæ, Prasium, Aegina, Nauplia, Orchomenus, Hermione: hæ septem vrbes cõuentũ celebrabant. Amphictyonũ, ab Amphictyone Deucalionis filio nũcupatũ. Successere autẽ Argiui pro Nauplijs & Lacones pro Prasijs. Adnotauit pterea de rebus corporalibus & incorporalibus hæc. Paulus de diuisione rerũ & qualitate. Quędã pterea res corporales sunt: quædã incorporales. Corporales sunt q̃ sua natura tangi possunt veluti fundus, homo, vestis, auiũ, argentũ: & deniq; aliæ res innumerabiles. Incorporales sunt quę tangi nõ possunt: qualia sunt q̃ in iure cõsistũt: sicut hæreditas, vsusfructus, vsus, obligationes, quoquo modo cõtractę. Nec ad rem ptinet q̄ in hæreditate res corporales cõtinẽtur. Nã & fructus qui ex fundo percipiũtur corporales sunt: & id qđ ex aliqua obligatione nobis debetur, plerũq; corporale est, veluti: fundus, homo, pecunia. Nã ipsum ius successionis, & ipm ius vtendi, & ipm ius obligationis incorporale est. Eadẽ in institut. &c. Habet aũt. Quia ad illũ ius &c. Vbi quibusdã ad eũ legitur. Habet quoq; vt cæteri (quos quidẽ vidi) oẽs: itaq; multis argumẽtis: vbi Raph. reposuit idq; melius &c. Sane vbi oẽs habẽt: honorant eos an deceperit. sentire videtur Valla: aut is q codicẽ eius scholijs depinxit: scribendũ honorauerit: scriptũ est eñ sic: forte scribẽdum est honerarit hoc est q̄ eos Alexander honerauerit ad reddẽdũ totũ pretium Thebanis, quasi pudori eorũ remisisset qđ debebãt reddere: Vt Papinianus lib. xxxv. ad legẽ Falcidiã Si filio suo duos substituerit, & alteri⁹ portionẽ honorauerit: tractari solet, an ex sola sua persona Falcidiã possit idẽ inducere substitutus &c. & alibi in iure ciuili millies. Scribitur aũt honus p h. vt Varro lib. j. de origine linguæ latinę: Honos ab honesto honere Itaq; honestũ dicitur honeratũ. & dictũ honus est honos qui sustinẽt remp. &c. Aul. Gellius lib. ij. Sic lachrymas, sic sepulchrũ, sic ahenũ, sic incohare, sic eluhari, sic hallucinari, sic honera, sic honustũ dixerũt. In his verbis oĩbus literæ seu spiritus istius nulla ratio visa est: nisi vt firmitas & vigor vocis quasi quibusdã neruis additis tẽderetur. ¶ Ad expositionẽ aũt illius: Non in tabulis esse eius adscripsit: vt si dicã. Ergo quisquis tabulas aut occuparit aut habuerit ius habebit: non ille penes quẽ tabulæ non fuerint: eritq; hac ratione: fur dñs rei: non ille a quo tabulæ surreptę sunt. Hoc argumentũ erit a proprio.

Corporali

Incorpora

Honus.
Honos.

Aspirata quis.

¶ Hæc nõ icc irco dico: q̄ inutilem horum locorũ: ex quibus argumenta ducũtur: cognitionẽ putem: alioqui nec tradidissem: sed ne siqui cognouerint ista: si cætera negligãt: perfectos se protinus atq; consummatos putent: & nisi in cæteris: quæ mox pręcipiẽda sunt: elaborauerint: mutam quandam scientiam consecutos intelligãt. Nec enim artibus editis factũ est: vt argumẽta inueniremus: sed dicta sunt omnia: anteq̃ pręciperẽtur: mox ea scriptores obseruata: & collecta ediderunt. Cuius rei probatio est: q̄ exemplis eorum veteribus vtuntur: & ab oratoribus illa repetũt: ipsi nullum nouũ, & qđ dictum non sit, inueniunt. Artifices ergo illi qui dixerunt. Sed habenda iis quoq; gratia est: per quos labor nobis detractus est. Nam quæ priores beneficio ingenii singula inuenerunt, nobis & non sunt requirenda: & notata omnia. Sed non magis hoc sat est: q̃ palæstram didicisse: nisi corpus exercitatione: continẽtia: cibis: ante omnia natura iuuetur. Sicut contra: ne illa quidem satis sine arte profuerit. Illud quoq; studiosi eloquẽtiæ cogitẽt: neq; omnibus in causis ea quę demonstrauimus: cuncta posse reperiri: neq; cum proposita fuerit materia dicendi: scrutanda singula: & velut ostiatim pulsanda: vt sciant: an ad probandum id: qđ intendimus: forte respondeant: nisi cum discunt: & adhuc vsu carent. Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatẽ: si semper sit necesse: vt tentantes vnũquodq; eorũ: quod sit aptũ: atq; conueniẽs experiẽdo noscamus. Nescio an etiã impedimento futura sint: nisi & animi quędã ingenita natura: & studio exercitata velocitas recta nos ad ea: quæ conueniũt causæ ferant. Nam vt cantus vocis plurimũ iuuat sociatã neruorũ cõcordia: si tamen tardior manus: nisi inspectis: dimensisq; singulis: quibus quæq; vox fidibus iungenda sit: dubitet: potius fuerit esse contentum eo quod simplex canẽdi natura tulerit. Ita huiusmodi pceptis debet qdẽ apta esse: & citharæ modo intenta ratio doctrinæ: Sed hoc exercitatione

RAPH.

¶ Sed ne siqd cognouerint ista. Si qui: litera d erasa legẽdum est. Nec eñ artib⁹ editis factũ est: vt argumẽta inueneremus. Sẽsus exigit vt inueniremus legat. ¶ Artifices quoq; illi: q dixerũt. In alijs exẽplaribus ergo ascriptũ legitur. & recte quidẽ. Sed vitiose quoq; est ptermissum. Nã ea quoq; particula sensu integro necessaria videtur vt legatur. Artifices ergo illi quoq; qui dixerũt. ¶ Sic cõtra. ne illa quidẽ satis sine arte profuerint. Emendatione indigere videtur hic sensus: quę quidẽ ita demũ adhiberi potest: si ut sylla ba ascribat: quo sicut legatur. hoc modo. sicut cõtra. ¶ Vt sciant An probandũ id qđ intẽdim⁹ forte respõdeant. Ad prępositionẽ huius integritas sensus ascribi exposcit: vt legatur. Vt sciant an ad probandum. ¶ Infinitã enim faciet ipsa res discẽdi tarditatẽ. Dicẽdi s litera expuncta legendum est. ¶ Sic oratoris cogitatione nihil moretur: hæc varietas argumẽtorũ & copia. Pro cogitatione legendũ esse cogitationẽ supuacuũ esset admonere: nisi ita legeretur. Sic aũt est distinguẽdũ: vt illi nominatiui varietas & copia ad verbũ illud moret referãtur.

multa consequendum: vt quemadmodum illorum artificum: etiā si alio spectent: manus tamē ipsa consuetudine ad graues: acutos:mediosq; horū sonos fertur: sic oratoris cogitationē: nihil moretur hæc varietas argumētorum: & copia quasi offerat se: & occurrat. Et vt literæ, syllabæq; scribentiū cogitationē nō exigunt: sic rationes sponte quadam sequantur.

¶ Hæc enim non &c. Vallen. non est particula enim: videturq; redundans. Habet ne si qui &c. sed inuenerimus. Vbi Aldus reposuit vt Rap. inueniremus. Habet etiam. Artifices ergo: sicq; habendum existimo. Sensus autem est: Artifices ergo fuerunt illi qui dixerūt: s. causas. i. oratores: nec putē apponendā particulam quoq;: ea enim ponitur in sequēti particula. Habet præterea Sicut cōtra. Et dicēdi tarditatem. Recta. sup. via: debet quidem apta esse. Vallen. habet aptata. Habet etiam cogitationem: & ita distincta verba vt Raph. vult: sed addidit particulam sed, scribendo: sed quasi &c. Item habet cogitationem & rationes: & vbi est sponte addidit quadam: vt omnia quæ Raph. reposuit & plura vni exemplari debeamus. Verum licet Valla & Ald. habeāt q̄ q̄ collationē separet: sequar tamen Raph. & qui legam: aut vt qui capite sequenti.

¶ De exemplis. Cap. XI.



Ertium est genus ex iis: quę extrinsecus adducuntur in causam: græci vocant παράδειγμα quo nomine & generaliter vsi sunt in omni similium appositione: & specialiter in iis: quæ rerum gestarum auctoritate nitūtur. Nostri fere similitudinem vocari maluerūt: quod ab illis parabole dicitur: hoc alterum exemplum: q̄q̄ & hoc simile est: & illud, exemplum. Nos quo facilius propositū explicemus: vtrūq; παράδειγμα esse credamus: & ipsi appellemus exēplū. Nec vereor: ne videar repugnare Ciceroni: qui collationem separet ab exemplo. Nam idem argumentationē diuidit in duas parteis: inductionem: & ratiocinationem: vt plerīq; græcorū in παραδείγματα & ἐπιχειρήματα dixeruntq; παράδειγμα ῥητορικὴν ἐπαγωγήν. Nam illa: qua plurimum est Socrates vsus: hanc habuit viam: cum plura interrogasset: quæ confiteri aduersario necesse esset: nouissime id: de quo quærebatur: inferebat: vt simile concessisse: id est inductio. Hoc in ratiocinatione fieri non potest. Sed qd̄ illic interrogatur: hic fere sumitur. Sit igitur illa interrogatio talis. quod est pomum generosissimū? nonne quod optimum? concederetur. Quis equus generosissimus? nonne qui optimus et plura? in eundem modum: deinde cuius rei gratia rogatum est: quid homo? nonne is generosissimus, qui optimus? fatendum erit. Hoc in testium interrogatione valet plurimum: in oratione perpetua dissimile est: etenim sibi ipse respondet orator: quod pomum generosissimum? puto qd̄ optimū. & qs equus? qui velocissimus. ita hominū non qui claritate nascēdi: sed q virtute maxime excellet. Omnia igitur ex hoc genere sumpta necesse est: aut similia esse: aut dissimilia: aut cōtraria. Similitudo assumitur interim & ad orationis ornatum. Sed illa cū res exiget. Nunc ea: quæ ad probationē per-

Inductio.

Similitudo.

¶ Quasi offerat se: & occurrat. Sed particula idcirco ab imperitis est omissa: qa male superiora distinxerāt Verum nisi ascribatur sensus non percipitur. Sic ergo legatur. Sed quasi offerat se: & occurrat. ¶ Et vt literæ: syllabæq; scribentiū cogitatione non exigunt: sic ratione sponte sequantur. Pro cogitatiōe sensus orationisq; integritas exposcit cogitationem. Pro ratione vero rationes legē dum esse: vel refragrantibus exēplaribus contenderim. Rationes autem pro argumentis accipiuntur. Argumentum nāq; est: vt diximus ratio rei dubiæ faciens fidem.

Argumētū quid.

¶ Tertiū est genus: ex iis quæ extrinsecus adducuntur in causam græci vocāt παράδειγμα. Est verbū: vt redundās ex capitis huius initio videt eradendū. ¶ Nec vereor: ne videar repugnare Ciceroni: q̄q̄ collationem separet ab exemplo. Sic quidem legitur: sed mēdose: vt sentio. Q̄q̄ ēm particula nō ociari modo: verum sensui quoq; confusionē afferre videtur. Eradenda est igitur ac eius loco. Qui relatiuum ascribēdum: vt legatur Qui collationem separet ab exemplo. Cicero autem in primo rhetorico. sic præcipit. Cōparabile est quod in diuersis reb⁹ similem aliquā rationem continet. Eius sunt partes tres imago: collatio: exemplum. Imago est oratio demōstrans corporum: aut naturarum similitudinem. Collatio est oratio rem cum re ex similitudine conferens. Exemplum est quod rem auctoritate: aut casu alicui⁹ hominis: aut negotij confirmat: aut infirmat. ¶ Dixeruntq; παράδειγμα ῥητορικὴν ἐπαγωγήν hoc ē dixerunt exemplum rhetoricam inductionem. Hoc autem & Aristoteles tum in rhetoricis: tum in primo posteriorum analyticorū præcipit cū inquit.

…mago.

…llatio. …emplum …id.

tinent:exequar. Potentissimũ autem est inter ea: quæ sunt huius generis: quod proprie vocamus exemplum:id est rei gestæ: aut vt gestæ vtilis ad persuadendum id:quod intenderis:commemoratio. Intuendum igitur totum simile sit: an ex parte:vt aut omnia ex eo sumamus:aut quæ vtilia erunt. Simile est. Iure est occisus Saturninus:sicut Gracci. Dissimile. Brutus occidit liberos proditionem molientes. Manlius virtutem filii morte mulctauit. Contrarium. Marcellus ornamenta Syracusanis hostibus restituit. Verres eadem sociis abstulit. Et probandorum & culpandorum ex his confirmatio eosdem gradus habet. Etiã in iis: quæ futura dicemus: vtilis similium admonitio est: vt si quis dicens Dionysium idcirco petere custodes salutis suæ: vt eorum adiutus armis tyrannidem occupet: hoc referat exemplum:eadem ratione Pisistratum ad dominationem peruenisse. Sed vt sunt exempla interim tota similia:vt hoc proximum:sic interim ex maioribus ad minora: ex minoribus ad maiora ducuntur. Si propter matrimonia violata vrbes euersę sunt:quid fieri adultero par est? Tibicines cum ab vrbe discessissent: publice reuocati sunt:quanto magis principes ciuitatis viri: & bene de rep. meriti:cum inuidiæ cesserint: ab exilio reducendi?

Præceptum exemplorum vsurpãdorũ.
A simili.
A dissimili.
A cõtrario.
Exẽpli a toto simili.
A maiorib⁹.
A minorib⁹.

¶ Tertium est genus. Sic habet codex noster: licet Raph. illud est vt redundans expungendum censeat: vt sit ordo tertium genus ex iis &c. græci vocant. Verũ vt opinor Quintilianus ipse & qui ita scribendum putauerunt neutiq̃ redundans: sed ad elegantiam pertinẽs censuerunt: vt sit similis locutio Vergilianæ. Est in secessu longo locus: insula portũ efficit. Est locus hesperiam graii cognomine dicunt: vt subaudiatur quem aut quam. Sic hoc loco subaudiendum relinquent: quod græci vocant. quomodo eruditi locuti sunt plurimi. Vnde nec Aldus expungendum censuit. Quod. s. exempli genus: ab illis parabole dicitur. Vnde adnotauit Valla. Hieronymus ad Gelasiam quæstione. vj. Parabolen hoc est similitudinem: quæ ab eo vocatur q᷑ alteri παραβάλλεται: hoc est assimilatur & quasi vmbra præuiũ veritatis est. Habet autem concessisse vt sit: inferebat concessisse id de quo quęrebatur: vt simile. s. concesserat. Habet autem inferret: quo modo legam sic: vt cum plura interrogasset: quæ confiteri aduersario necesse esset: nouissime id, de quo quęrebatur inferret vt simile concessisse. Quis equus generosissimus? nonne qui optimus? sic vera est lectio: habet tamen Vallen. Quid equus? qui generosissimus nonne qui optimus? Ita hominum: sic Ald. & Val. Vt sit ita is hominũ erit optimus qui &c. Pyrrhus est interfectus: habet Vallen.

Parabolę.

ὥσ ἀυτοσ δὲ καὶ οἱ ῥητορικοὶ συμπείθουσιν. ἢ γὰρ διὰ παραδειγμάτων: ὅ ἐστιν ἐπαγωγή, ἢ διὰ ἐνθυμημάτων ὅπερ ἐστὶ συλλογισμοσ. Id est. Similiter autem & oratores persuadent. Aut enim per exempla: quod est inductio: aut per enthymemata: quod quidem est syllogismus. ¶ Nouissime id de quo q̃rebatur: inferebat vt simile conecessisset. Vni⁹ particulę defectu totus hic confunditur sensus: qui certe illustratur: si cui datiu⁹ ascribatur hoc modo: vt cui simile concessisset. Frequentissime autẽ vt particula cum relatiuo cũ apud alios plerosq;: qui post Ciceronem floruerunt: tum apud Fabium iunctũ inuenitur: pro vtpote: quo fere non vtitur Fabius. Inductio autẽ: vt Cicero definit est oratio: quę rebus nõ dubiis captat assensionẽ eius qui cũ instituta est: quibus assensionibus facit: vt illi dubia quędam res propter similitudinẽ earum rerũ: quibus assensit: probet: velut apud Socraticum Aeschinem demonstrat Socrates cũ Xenophontis vxore & cum ipso Xenophonte Aspasiã locutam. Ratiocinatio vero: est oratio ex ipsa re probabile aliq̃d eliciẽs: q̃d expositum: & per se cognitũ sua se vi: & ratiõe cõfirmet. ¶ Q̃d equus generosissimus? Quid legendũ est: non q̃d. ¶ Aut enĩ sibi ipse respondet orator. Aut particula quæ in sensus principio est: vt iterum saltem apponatur: ratio exposcit q̃d quia nõ fit: mendose legi puto. Emendatur autẽ si aut particula eradatur ac eius loco & copula reponatur. hoc modo. Et enim sibi ipse respõdet orator. ¶ Dissimilitudo assumitur interim: & ad orationis ornatum. Sic quidẽ legitur: sed corrupte vt mihi videtur. Non enim dissimilitudo ad orationis ornatũ adhibetur: sed similitudo: vt Fabius ipse in octauo apte ꝑcipit. Præclare vero inq̃t ad inferendã rebus lucẽ repertę sunt sĩlitudines: quarũ alię sunt q̃ ꝓbationis gratia inter argumẽta ponũtur. Aliæ ad exprimendã rerũ imaginẽ cõpositæ: q̃d est huius loci propriũ: & quæ sequũtur. Quid q᷑ Fabius eo ordine singula exequitur: quo etiã ꝓposuit. Quare similitudo vel refragãtibus exẽplaribus mihi legendũ videtur. Est aũt similitudo oratio traducẽs ad rẽ quãpiã aliquid ex re dispari simile. Ea sumitur aut ornandi causa: aut probãdi: aut apertius dicendi: aut ante oculos ponẽdi. ¶ Vt si quid dicens Dionysiũ. Si quis legendũ esse ne admonitione quidẽ est dignũ. Dionysius aũt Siciliæ fuit tyrannus: qui vt narrat Cornelius Nepos: manu fortis: & bello peritus fuit: & id q̃d in tyranno non facile reperitur: minime libidinosus: non luxuriosus: nõ auarus: nullius rei deniq; cupidus: nisi singularis: perpetuiq; imperii ob eãq; rem crudelis. Huic filius Dionysius omni turpitudine inquinatus in tyrannide successit: qui tandem Syracusis pulsus Corinthi pueris ludũ aperuit: vt refert Cicero libro tertio quæstionũ Tusculanarum. Sed de patre Fabius sentit Pisistratus vero Athenarum fuit Tyrannus: de quo Iustinus in secũdo multa scribit. Hic cum & ingenio: & doctrina: & eloquẽtia plurimũ polleret: effecit vt sibi satellites ad corporis tutelam publice decernerentur: quibus acceptis arcem simul: & libertatem occupauit.

Vt cũ rel[atiuo] pro vtpo[te].
Inductio quid sit.
Ratiocin[atio] quid.
Similit[udo] quid.
Dionysi[us] fuerit.
Pisistrat[us] qui.

RAPH,

¶ Non tantũ afferet momẽti Horatius & Torquatus: quantũ illa mulier: cuius manu Pyrrhus interfectus. ¶ Cuius est verbum sæpenumero eleganter prętermittatur: hic tamen est verbum mihi ascribẽdum videtur. hoc modo. Pyrrhus est interfect⁹. Horatij autem Coclitis fortitudo: qui vnus hostium impetum: dum a tergo pons a suis euerteretur: sustinuit: deinde se in Tyberim armatum coniecit ad suosq; tranauit: si cui est ignota: is legat secundum Liuij librum: vbi huius viri gesta copiose narrantur. Ex septimo quoq; eiusdem auctoris volumine percipiet T. Manlium: qui primus Torquatus fuit appellatus: cum Gallo quodam eximia corporis magnitudine in singulare certamẽ descendisse: eoq; interfecto Torquem aureum ablatũ collo suo circundedisse: indeq; Torquatum cognominari cœpisse. Quænam vero fuerit ea mulier a qua Pyrrhus rex Epirotarum fuit interfectus non memini me legisse. Nam & Cor. Nepos: & Iustinus: & Plutarchus scribunt quidem Pyrrhum Epirotarum regem: cum aduersus Antigonum Argos obsideret: a vetula quam non nominant: tegula vtraq; manu e tecto demissa fuisse interfectum. ¶ Quod ipsum est ex maioribus ad minora. Nisi corrigatur hic sensus minus videtur esse verus. Neq; enim maior est fœminæ virtus q̃ viri. Sed quia rarior idcirco admirabilior. Quare vt pro maioribus legendum est minoribus: ita minora in maiora videntur commutanda. ¶ Simile est hoc p Muræna. Hoc pronomen vt superuacuũ mihi videtur expungendum. ¶ E cõtrario vero exemplo censoriam notam. e præpositio vt superuacua expungatur: contrario illq; exem

Horatius Cocles.

Torquatus.

rrhi Epiro um regis rs.

¶ Ad exhortationem vero præcipue valent imparia. Admirabilior in fœmina q̃ in viro virtus. Quare si ad fortiter faciendũ accendatur aliquis: non tantum afferet momenti Horatius & Torquatus: quantum illa mulier cuius manu Pyrrhus est interfectus: & ad moriẽdum non tam Cato & Scipio: q̃ Lucretia: quod ipsum est ex †maioribus ad minora. Singula igitur horũ generum ex Cicerone (Nam vnde potius?) exẽpla †ponamus! Simile est hoc pro Muræna. Etenim mihi ipsi accidit: vt cũ duobus patriciis: altero ĩprobissimo: altero modestissimo atq; optimo viro peterem: superaui tamen dignitate Catilinam: gratia Galbam. Maius minoris pro Milone. Negant intueri lucem esse fas ei: qui a se hominem occisum esse fateatur: in qua tandem vrbe hoc homines stultissimi disputant! nempe in ea: quæ primum iudicium de capite vidit. M. Horatii fortissimi viri: qui nondum libera ciuitate: tamen populi Romani comitiis liberatus est: cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. Minus maioris: Occidi non Spurium Melium: qui annona leuanda: iacturaq; rei familiaris: quia nimis amplecti plebem videbatur: in suspicionem incidit regni appetendi: & cætera: deinde. Sed eum (auderet enim dicere cum patriam periculo liberasset) cuius nefandum adulterium in puluinaribus: & totus in Clodium locus. Dissimile ex se plures causas habet: fit enim genere: modo: tẽpore: loco: cæterisq;: per quæ fere omnia Cicero præiudicia: quæ de Cluentio videbantur facta: subuertit. Contrario vero exemplo censoriam notam laudando censorem Aphricanũ: qui eum: quem peierasse conceptis verbis palam dixisset: testimoniũ etiam pollicitus: si quis contradiceret: nullo accusante traducere equum passus esset. Quæ quia erant longiora: non suis verbis exposui. Breue autem apud Vergiliũ contrarii exemplũ est. At non ille satum: quo te mentiris Achilles: Talis in hoste fuit Priamo: Quędam autem ex iis: quæ gesta sunt: tota narrabimus: vt Cicero pro Milone. Pudicitiam cum eriperet militi tribunus militaris in exercitu Caii Marii: propinquus eius imperatoris: ab eo interfectus est: cui vim afferebat. Facere enim probus adolescens periculose q̃ perpeti turpiter maluit: atq; hunc ille summus vir scelere solutum periculo liberauit. Quædam significare satis erit: vt idem ac pro eodem. Neq; enim posset ille Hala Seruilius: aut. P. Nasica: aut. L. Opimius: aut me consule senatus non nefarius haberi: si sceleratos interfici nefas esset. Hæc ita dicentur: prout nota erunt: vel vtilitas causæ: aut decor postulabit. Eadem ratio est eorum: quę ex poeticis fabulis ducuntur: nisi q; iis minus affirmationis adhibetur: cuius vsus qualis esse deberet: idem optimus auctor: ac magister eloquẽtię ostẽdit. Nã huius quoq; generis eadẽ in oratione reperietur exemplũ. Itaq; hoc iudices nõ sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriæ prodiderunt: eum qui patris vlciscendi causa matrem necauisset: variatis hominũ sententiis: non solum diuina: sed etiam sapientissimę deæ sen

Ab imparibus.

ex minorib⁹ ad maiora.

promamus

Simile.

Maius.

Minus.

Dissimile.

Cõtrariũ.

Aen. ij.

Exemplorũ præcepta.

Ex poeticis.

Aesopi fabulæ. tentia liberatum. Ille quoq; fabulæ: quæ etiam si ab Aesopo originem non acceperunt (Nam videtur earum primus auctor Hesiodus) nomine tamen Aesopi maxime celebrantur: ducere animos solent: præcipue rusticorum: & imperitorū: qui & simplicius, quæ ficta sunt audiunt: & capti voluptate facile iis qui bus delectantur: consentiunt. Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiā traditur reduxisse: nota illa de membris humanis aduersus ventrem discordantibus fabula: & Horatius: (in epistolis.) ne in poemate quidem humilem vsum huius generis putauit Olim quod vulpes ægroto cauta leoni. ἄινον græci vocant: & αἰσώπου ποιητόν & vt dixi λόγους μυθικούς. Nostrorum quidā non sane recepto in vsum nomine apologationē. Ex parœmia. cui confine est παροιμίας genus illud: qđ est velut fabella breuior: & per allegoriā accipit: nos nostrū inqt onus: vos clitellas.

ASCENSIVS.

¶ Quod ipsum est ex maioribus ad minora. Sic Vallen. Aldus tamē Raph. secutus imprimendū curauit ex minoribus ad maiora: quē sequar: licet contra resolui posset sic. Si Lucretia exēplo sui multū animauit ad consciscendā sibi necē: non cōtinuo tantūdē fecerint Cato & Scipio. Quo modo procedamus a maiore ad minus negatiue. Nā vnde potius? per parenthesim insertū est: nā ordo est Ponamus: aut (vt legere ausim si exēplar arrideret) promamus singula exēpla bonorum generū ex Cætero. Nam vnde sup. promamus aut ponamus potius? q. d. ex nullo. Simile est hoc, sic Val. & Ald. E cōtrario vero exēplo. sic Ald. & priusq̄ repositus esset Vallen. Raph. tñ Contrario legit. Ego vero legendū puto: A cōtrario vero exemplo sup. subuertit &c. aut Contrarij vero exēplo: quia sequitur Breue autē apud Virgiliū contrarij exemplū est. Vbi Vallen. vt in cæteris oīb[9] Virgiliū scripsit: & sunt magni nominis auctores qui Politianū nō sequuntur in Vergilij scriptione: Nam marmorarijs certe modicū fidei est adhibendum qui a pscripto sæpe aberrant. In Vallen. est a contrario: Itē vtilitas & ducuntur. Sed nescio quō scriptū habeat Meneuius: vbi & Liuio & Quintiliano nūc scribitur Menenius. Præterea in Vallen. nō est in illis versibus Qđ dixit: sed Olim qđ vulpes &c. Neq; ponendū est in illis versibus cū vnus sit versiculus: nec dixit: cū in Horatio sit Respondit, referā. Vbi vero Aldus & cæteri recte μυθικούς impresserunt scriptum habet Vallen (nescio quo errore) λιβυκούς. Præterea vbi Raph. parœmias, Aldus & Val. παροιμίας in nominādi casu scripserunt: vt sit appositio: legam libentius cum Raph. Est autē parœmia prouerbium: Clitellæ. Clitellæ sunt velut cellæ humiles in dorso iumentorum quibus onera imponūtur: decentq; asinos mulos & id genus vilia iumenta. Vnde nos nostrū honus q. d. honorificum portamus aut portabimus: vos clitellas.

plo censoriam notam Cicero pro Cluentio euertit: cū inquit: video igitur iudices animaduertisse Censores in iudices quosdam illius iudicij Iuniani: cum istam ipsam causam subscriberent. Hic primū iudices illud cōmune proponā nunq̄ animaduersionibus censorijs hanc ciuitatē ita contentam: vt rebus iudicatis fuisse. Neq; in re nota consumam tempus exēplis. Ponam illud vnū. C. Getam cū a. L. Metello & Cn. Domitio cēsoribus ex senatu eiectus esset: censorem ipsum postea esse factum: & cuius mores a cēsoribus erāt rephensi: hūc postea & populi Romani: & eorum: qui in ipsum animaduerterant moribus pfuisse: & quæ sequuntur. ¶ Hæc ita dicentur prout nota erūt vel vtilitatis causæ: aut decor postulabit. Correcte in alijs exemplaribus legitur vtilitās loco vtilitatis. ¶ Eadem ratio est eorum quæ ex poeticis fabulis dicūtur. i vocali in u conuersa ducūtur esse legendum videtur. ¶ Siquidem & Meneni[9] Agrippa T. Liuius in secūdo primę decadis libro secessionē plebis in sacrum montem ob fœneratorum crudelitatē copiose describit: simulq; (Cur pleb sacrū mo secessent.) vt oratiōe Menenij Agrippæ optimi: ac facūdissimi viri: qui ad eam ab senatu orator fuerat missus: ita cum patribus in gratiā redijt: vt sibi quoq; magistratus sacrosanctos creare liceret: qui sibi aduersus consules auxilio essent. Sicq; primū duo tribuni plebis fuere creati. ¶ Qđ dixit vulpes ægroto cauta leoni. Aliter apud Horatium in primo epistolarū legitur. Olim qđ vulpes ægroto cauta leoni Respondit: referam. ἄινον græci vocant & αἰσώπου ποιητὸν vt dixi λόγους μυθικούς. ἄινον greci fabulā vocant: vt est apud Hesiodū αἰσώπου ποιητὸν autē trāsfertur ab Aesopo factū. Nā vt secūdo scribit. A. Gellius. Aesopus ille e Phrygia fabulator (Aesopus fuerit.) haud immerito sapiens existimatus est: cū quæ vtilia monitu suasuq; erāt nō seuere: neq; imperiose pcepit, & censuit: vt philosophis mos est: sed festiuos delectabilesq; apologos est cōmētus: & q̄ sequunt, Enni[9] aūt huius modi apologos in satyris scite admodū & venuste: vt idē Gellius refert: versib[9] q̄dratis cōposuit quorum hi duo memorię sunt cōmēdādi. Hoc erit tibi argumētū semp in prōptu sitū, Ne qđ expectes amicos qđ tu per te agere possis. λόγοι vero μυθικοὶ sermōes fabulosi dicunt. μυθος. n. fabulā significat. ¶ Cui cōfine est παροιμίας genus illud. παροιμία pūerbiū dr. ¶ Non nostrū inqt onus. Nos loco negat. onus videt reponēdū: hoc mō. Nos nostrū inquit onus vos clitellas. Significatur autē hoc prouerbio neutrā partē sine labore abituram.

¶ Proximas exemplo vires habet similitudo: pcipueq; illa quæ ducitur citra vllam translationū mixturam ex rebus pene paribus: vt qui accipere in cāpo consueuerūt: iis candidatis: quorū nūmos suppressos esse putāt: inimicissimi solent esse: sic huius

¶ Proximas exēpli vires: loco exempli legendū esse videtur exēplo. Sic aūt est distinguendū ne sensus natura distincti cōfundātur. ¶ Quæ ducitur citra vllā

modi iudices infesti tum reo venerāt. Nam παραβολὴ: quā Cicero collationē vocat: longius res: quæ cōparantur: repetere solet: nec hominū modo inter se opera similia spectantur: vt Cicero pro Muræna facit. Q; si e portu soluētibus: qui iam in portū ex alto inuehuntur: prædicere summo studio solent: & tempestatum rationem: & prædonum: & locorum (ꝙ natura fert: vt iis faueamus: qui eadem pericula: quibus nos perfuncti sumus ingrediantur) quo me tandem animo esse oportet; prope iam ex magna iactatione terram videntem in hunc: cui video maximas tempestates esse subeundas! Sed παραβολὴ a mutis atq; etiam inanimis interim huiusmodi ducitur. Et quoniam similium alia facies in tali ratione: admonendum est rarius esse in oratione illud genus: quod εἰκόνα græci vocant (in quo exprimitur rerum: aut personarum imago: vt Cassius: quis istam faciem planipedis senis torquens) q̃ id: quo probabilius fit: quod intendimus: vt si animum dicas excolendum similitudine vtaris terræ: quæ neglecta sentes atq; dumos: exculta fructus creat. aut si ad curam reipublicæ horteris: ostendas apes etiam formicasq; non modo muta: sed etiam parua animalia in commune tamen laborare. Ex hoc genere ꝯ dictum est illud Ciceronis. Vt corpora nostra sine mente: ita ciuitas sine lege, suis partibus: vt neruis ac sanguine: & membris vti non potest. Sed vt hoc corporis humani pro Cluentio: ita pro Cornelio equorum pro Archia saxorum quoq; est vsus similitudine. Illa (vt dixi) propiora: Vt remiges sine gubernatore: ita milites sine imperatore nihil valere. Solent tamen fallere similitudinum species. Ideoq; adhibendum est his iudicium. Neq; enim vt nauis vtilior noua q̃ vetus: sic amicitia. Vel vt laudanda quæ pecuniam suam pluribus largitur: ita quæ formam. Verba sunt in his similia: largitionis & vetustatis: vis quidem longe diuersa pecuniæ & amicitiæ. Itaq; in hoc genere maxime quæritur: an simile sit: quod infertur. Etiam in illis interrogationibus Socratis: quarum paulo ante feci mentionem: cauendum: ne incaute respondeas: vt apud Aeschinem socraticum male respōdit Aspasia Xenophontis vxor. Quod Cicero his verbis transfert. Dic mihi quæso Xenophontis vxor: si vicina tua melius habeat aurum q̃ tu habes: vtrum ne illius: an tuum malis! illius inquit. Quid! si vestem: & cæterum ornatum muliebrem, precii maioris habeat q̃ tu habes: tuum ne: an illius malis! respondit illius vero. Agesis inquit: si virum illa meliorem habeat q̃ tu habes: vtrum ne tuum virum malis: an illius! hic mulier erubuit: merito, male enim responderat: se malle alienum aurum q̃ suum. Nam est id improbum. At si respondisset: se malle aurum suum tale esse: quale illud esset: potuisset pudice respondere: malle se virum suum talem esse: qualis melior esset.

A parabole

Ab imagine

ductum

¶ Proximas exemplo vires. Vallensis habet Proximas exēpli vires: sed parui refert nisi ꝙ Vallensis antiquiorem putem lectionem. habet autem translationū. In cāpo. s. Martio Romæ: vbi comitia fiebant. Tū reo venerāt. Nō est in

trāslationem mixturam. Translationū legendū esse patet. ¶ Nā parabole quā Cicero collationē vocat lōgius res quæ parantur repetere solet. Comparantur vt legamus sensus exposcere videtur. ¶ Et tempestatum rationē: & prædonū: & locorum natura affert. Q; particula librariorum incuria omissa videtur et reponenda: ac fert legendū non affert hoc modo: Qđ natura fert. Sic autē in oratione pro Muręna legitur. ¶ Quod εἰκόνα græci vocant. εἰκὼν latine dicitur imago: quā in primo rhetorico. sic Cicero definit vt paulo ante dixi. Imago est oratio demōstrās corporū aut naturarū similitudinē ¶ Vt Cassius: Qui istam faciem lani pedi senis torquens: Hoc quidē dictum menda non caret. Sed quia nō extat opus: vnde est sumptū: ne corrigi quidem facile potest: nisi forte planipedij legamus: perinde ac si diceret comici senis. Planipes nāq; genus est poematis comœdiæ simile: q Mimus a græcis vocatur. ¶ Q̃ id: quod probabilius sit quod intēdimus. Quo litera d erasa legendum est hoc modo. Quo probabilius. ¶ Aut si ad curam reipublicæ hortens: ostendes apes etiam formicasq;. ostendas legendum vt modi similes copulētur. Apes autem eam reipublicæ speciem imitantur: quæ μοναρχία dicitur. Regem enim creant: penes quem sit summa rerum. Formicæ vero δημοκρατίαν sequi videtur. Nam ad tempus iudices sibi cōstituere a pleris q; dicūtur: q reipublicę ꝑsint ¶ Illa vt dixi ꝓpiora: vt remi sine gubernatore: ita milites sine imperatore nihil valere. Remiges nō remi legendum ēē satis ex ipso patet sensu. ¶ Velut laudāda: vel atq; vt particulæ nota subdiuisionis sunt distinguēdæ ne vna dictio: cum sint duæ: esse videatur. ¶ Etiā si in

Valleñ. venerãt: vt subaudiatur per zeugma a superiore fuerant. habet paranť vbi Aldus parẽtur: Raph. comparentur impressit & comparantur imprimẽ‑dum præcepit. Præcipere summo studio solent. Sic Valleñ. & Ald. vbi h̃ iph. non absurde impressit prædicere. magis eñ prædicũt q̃ præcipiunt. Quod na tura affert, sic Valleñ. Legã tñ: q; natura fert. i. quia natura facit. Quis istã faciẽ lanipedi senis torquens: sic Valleñ. sed cerno vestigia lanipedis: Aldus aũt pla nipedis impressit. Quo probabilius fit: etiã Valleñ. habet & ostendas. Ex hoc genere dictũ est. Aldus impressit ductũ est. Valleñ habet reniges et vel vt diu sas particulas. Item Etiam in illis: nõ etiã si in illis: sed Aspasie vbi reliqui: vt in rhetoricis Ciceronis nũc legitur Aspasia leguntur. Itẽ respõdit: illud vero: Age sis (inquit) si virum illa meliorem. I tẽ: merito, male eñ &c. Item. Nã est id im probum: non hoc, habet.

illis interrogatiõib⁹ Socra tis. Si particula vt sensum perturbans eradenda vide tur. ℂ Age si inquit. Sis p̃ si vis in primo Ciceronis rhetorico. vñ hoc sumptũ est legitur: quemadmoduʒ meliorem non maioreʒ vt statim infertur. ℂ Merito enim male respõderat. Eñ particula in tertium locuʒ videtur transferenda: vt le‑gatur: merito. Male eñ re‑sponderat: se malle alienum aurũ q̃ suum. ℂ Nam est id hoc improbum. Alterum horum pronominum est eradendum.

Scio quosdam inani diligentia per minutissimas partes ista se‑
cuisse: & aliquid esse simile minus vt simia homini: & marmo‑
ra deformata prima manu: aliqd plus, vt illud. Non ouum tam
simile ouo. Et dissimilibus in esse simile: vt formicæ & elephan‑
to genus: quia sunt animalia. Et similibus dissimile: vt canibus
Cõtrariorũ modi. catulos: & matribus hœdos: differunt enim ętate. Contrariorũ
quoq; aliter accipi opposita: vt noctẽ luci: aliter noxia: vt aquã
frigidam febri: aliter repugnantia: vt verũ falso: aliter separata:
vt dura non duris. Sed quid hæc ad prasens propositũ magno
Arg. ex iure simili. pere pertineant, non reperio. Illud est annotãdum magis: argu
mẽta duci ex iure: simili: vt Cicero in topicis. Ei cui dom⁹ vsus
fructus relictus sit: nõ restituturũ hæredem: si corruerit: qa nõ
restituat seruum: si is decesserit. Ex contrario nihil obstat: quo‑
A contrario minus iustũ matrimonium sit mente coeuntium: etiã si tabulę
signatę non fuerint. Nihil enim proderit signasse tabulas: si mẽ
A dissimili. tem matrimonii non fuisse constabit. Ex dissimili quale est Ci
ceronis pro Cecinna: vt si quis me exire domo coegisset armis:
haberem actionem: si quis introire prohibuisset, non haberem.
Dissimilia sic deprahenduntur: non si is qui argẽtum omne le
gauit: videri potest signatã quoq; pecuniã reliquisse: ideo etiã
quod est in nominibus dari voluisse creditur. Αμαλογίαμ qui‑
dam a simili separauerunt: nos eam subiectam huic generi pu
tamus. Nam vt vnum ad decem: † sic decem ad centum: simile
Et. certe est: & vt hostis: sic malus ciuis. q̃q̃ hæc vlterius quoq; pro
cedere solent. Si turpis dominæ consuetudo cum seruo: turpis
domini cũ ancilla: si mutis animalibus finis voluptas: idem ho‑
mini. Cui rei facillime occurrit ex dissimilibus argumentatio.
Non idem est dominum cũ ancilla coisse: quod dominam cum
Ab auctori‑tate. seruo. Nec si mutis finis voluptas: rationabilibus quoq;. Immo
ex contrario: quia mutis; ideo non rationabilibus. Adhibetur
extrinsecus in causam: & auctoritas. Hæc secuti græcos: a qui‑
bus κρίσεις dicuntur: iudicia aut iudicationes vocant: non de
quibus ex causa dicta sentẽtia est (Nam ea quidem in exemplo‑
rum locum cedunt) Sed si quid ita visum gentibus: populis: sa‑
pientibus viris: claris ciuibus: illustribus poetis referri potest.
Ne hæc quidem vulgo dicta: & recepta persuasione populari si

ℂ Et vt marmora defor‑mata: vt particula: vt sen‑sum perturbans. ac super‑uacua mihi videť expũgẽ da. ℂ Nõ ouũ tam simile ouo. Plauti dictũ est: sum‑ptum de comœdia: quæ in scribiť Captiui duo. ℂ Vt Cicero in topicis. Eum: cui domus vsus fruct⁹ legat⁹ sit: non restituturum hære‑di: si corruerit. Non libra‑riorum culpa: sed correcto ris alicuius ne dicam cor‑ruptorẽ: parũ eruditi: pror susq;: & iudicio: & diligen‑tia carentis hunc sensum p̃ uersum esse manifeste Cice ronis ipsi⁹ verba declarãt. Hoc eñ eodem exemplo lo cũ a simili exponit. Si ędes hæ inquit exesæ corruerint vitiumue fecerint: quaruʒ vsus fructus legatus est: hę res restituere nõ debet: nec reficere non magis q̃ seruuʒ restituere: si is cui⁹ vsus fru ctus legat⁹ esset deperisset. Restituere Putauit aũt iste loci huius corruptor: restituere verbũ id demum significare quod reddere cũ pro eo: quod est instaurare atq; reficere fre‑quentissime accipiať: Quo errore ductus ei in eum: & hæredem in datiuum hæ‑redi peruertit. Sic igiť emẽ‑date legetur: vt Cicero I to picis ei: cui dom⁹ vsus fru ctus legatus sit: non restitu turũ hęredem: si corruerit. ℂ Quominus iustum ma trimonio sit mente coeun‑tium: & etiam si tabulæ si gnatæ non fuerint. Matri‑moniuʒ pro matrimonio legendum est: necnon & co pula: vt cessans videtur ex pungenda. Colligitur autẽ

ne vſu fuerint teſtimonia. Sunt enim quodãmodo vel potentiora: etiam ꝙ nõ cauſis accommodata: ſed liberis: & odio: gratia: mentibus: ideo tantum dicta factaq; : quia aut honeſtiſſima: aut veriſſima videbantur. An vero me de incommodis vitæ differẽtem nõ adiuuabit earum perſuaſio nationum: quæ fletibus natos: lætitia defunctos proſequuntur? Aut ſi miſericordiam cõmendabo iudici: nihil proderit ꝙ prudentiſſima ciuitas atheníenſium: non eam pro affectu: ſed pro numine accepit? Nõ illa ſeptem præcepta ſapientum non ne quaſdã vitæ leges exiſtimamus? Si cauſam veneficii dicat adultera: non Marci Caronis iudicio damnata videatur: quí nullã adulteram non eandem eſſe veneficam dixit? Iam ſentẽtiis quidẽ poetarũ non orationes modo ſunt refertæ: ſed libri etiam philoſophorum Qui ꝗꝗ inferiora omnia præceptis ſuis: ac literis credunt: repetere tamen auctoritatem a plurimis verſibus non faſtidierunt. Neq; eſt ignobile exemplum: Megarios ab athenïẽſibus cum de ſalamine cõtenderent: victos Homeri verſu: qui tamen ipſe in nõ omni editione reperitur: ſignificans Aiacem naues ſuas athenïẽſibus iũxiſſe. Ea quoq; quę vulgo recepta ſunt: hoc ipſo ꝙ incertum auctorem habent: velut omniũ fiũt: quale eſt. Vbi amici: ibi opes. & conſciẽtia mille teſtes. Et apud Ciceronem. Pares autem (vt eſt in vetere prouerbio) cum paribus facillime congregãtur. Neq; enim duraſſent hæc in æternum niſi vera omnibus viderentur. Ponitur a quibuſdam: & quidem in parte prima deorũ auctoritas: quæ eſt ex reſponſis: vt Socratem eſſe ſapientiſſimũ: id rarum eſt. Tamen vtitur eo Cicero in libro de haruſpicum reſponſis. Et in concione contra Catilinã: cum ſignum Iouis columnæ impoſitum populo oſtendit. Et pro Ligario cum cauſam Caii Cæſaris meliorem: quia dii hoc iudicauerint: confitetur. Quæ cum propria cauſæ ſint: diuina teſtimonia vocantur: cum aliunde acceſſuntur argumenta. Nonnunꝗ contingit iudicis quoq; : aut aduerſarii: aut eius: qui ex diuerſo agit dictũ aliquod aut factum aſſumere ad eorum: quæ intendimus fidẽ. Propter quod fuerunt qui exempla: & has auctoritates probationum inartificialium eſſe arbitrarentur: ꝙ ea non inueniret orator: ſed acciperet. Plurimum autem refert. Nam teſtis: & quæſtio: & his ſimilia de ipſa re: quæ in iudicio eſt: pronunciant. Extra petita niſi ad aliqua præſentis diſceptationis vtilitatem ingenio applicantur: nihil per ſe valent.

A iudicio gẽtis.
Ciuitatis.
Sapientis
Clari ciuis.
Poetæ.
Vulgi.
Deorũ oraculis.
Aduerſarij vel iudicis.

hoc ex ea iuris regula. Nuptias vero non concubitꝰ: ſed conſenſus facit. ❡ Non ſi quis argentum legauit: videri poteſt ſignatã quoq; pecuniã reliqſſe: ideo etiam quod eſt: in nominibꝰ noluiſſe creditur. Deprauatus hic quoq; locꝰ facile ex Ciceronis topicis: vñ hoc exẽplum eſt ſumptũ: emẽdatur. Sic enim locũ a differentia Cicero narrat. Nõ ſi vir vxori legauit argentũ omne: quod ſuum eſſet: idcirco ꝗ in nominibus fuerunt: legata ſunt: multum enim refert in arca ne poſitum ſit argẽtũ: an in tabulis debeat. Quare hic quoq; legẽdũ eſt. Non ſi is q argentum omne legauit: videri poteſt ſignatã quoq; pecuniam reliquiſſe: ideo etiam: qđ eſt in nominibꝰ voluiſſe creditur. Nullo autẽ pacto ſiquis & noluiſſe ſenſui congruunt. ❡ Analogiã quidã a ſimili ſuperauerũt Separauerunt legendũ eſſe ne admonitione quidẽ eſt dignum. Analogia vero ꝓportio trãſſertur. ❡ Nam vt vnum ad decem & decẽ ad centum ſimile eſt certe. Loco & copulæ ſic aduerbium ſenſus expoſcere videt: vt legamus. Nã vt vnũ ad decem ſic decem ad centuȝ. ❡ Turpis domino cũ ancilla, Pro domino ſenſus integritas expoſcit vt dñi reponatur. ❡ Hæc ſecuti gręcos a quibus κριδειό dicuntur iudicia: aut: iudicationes vocantur: de quibus ex cauſa dicta ſentẽtia eſt. Mẽdis non carent hi ſenſus: ꝗ facile ſic tolluntur. ſi vocẽ legatur: vt actiuum ſit: ac nõ particula negatiua aſcribatur: vt legatur nõ de quibus ex cauſa dicta ſentẽtia eſt. Non autem aduerbiuȝ aſcribẽdum eſſe ac ile ex ea quæ ſequitur exceptione: ꝑcipitur. Nam res iudicatæ ad exempla referuntur: nõ ad auctoritatem: vt aperte exponit Fabius. Nam ea inquit in exemplorum locum cedunt. Deinde ſubijcit. Quæ ad auctoritatem referantur: hoc modo: ſed

Vt aquam frigidam febri. Aldus frigidaȝ ſolum habet: Vallẽſ. ſuperſcriptũ in vt ſit i febri: quia aqua frigida nõ eſt noxia febri: ſed homini in febri. Verũtamẽ dicimus: aquam frigidã contrariã febri. ſ. medicinã. Idẽ Aldus impreſſit Ei cui domus &c. & hæredem: cum Vallẽſ. cõtra habeat: intellexeritq; forſitan: ſi domus corruerit non eſſe reparandam ab vſufructuario: cum ſenſus ſit vt ex Cicerone bene & docte conuincit Raph. hæredẽ non reſtituturũ eã vſufructũ habẽti. Ecõtrario. Val. & Ald. habent ex cõtrario. Item matrimoniũ ſit mẽte coeũtiũ, etiã ſi &c. Item Non ſiqui &c. & intelligitur facile licet non ſcribatur is. Item voluiſſe vterq; habet. Verum vbi Aldus & Raph. legunt ἀπολογίαν. Vallẽſ. habet ἀποεπιο v quidam ſeparauerunt &c. habet aũt & decem ad centum: ſed quia ſequitur, ſic malus ciuis: ſequar Raph. ꝗꝗ Aldus ſecutus non eſt. Aldus &

Val. habent domini posset tamen cō̄strui vt legatur dn̄o: sic cō̄suetudo cum ser uo est turpis dominę: consuetudo cū ancilla est turpis dn̄o. Vallen̄ autē distin= xit vt impressum a nobis est: & ita melius reor distinctum q̄ vt Raph. sentit di stinguendū: quod probat particula em̄: secundo loco poni solita. Vt aūt cætera taceam: Megareos est in codice Vallen̄.

si quid ita visum gentibus. Huiusmodi aūt probatio: quæ ab auctoritate sumit= & artis expers: & i testimo= nio collocata esse a Cicero= ne dicitur. Sic enim in topi cis scribit. Testimonium autē nunc dicimus omne: quod ab aliqua re externa sumitur ad faciendā fidem. Per sona autē nō qualiscūq; testimonij pondus habet. Ad faciendā em̄ fidem auctoritas quæritur. Sed auctorita= tem: aut natura: aut tempus affert. Naturę auctoritas in virtute inest maxime: In tēpore autem multa sunt: quæ afferunt auctoritatem: Ingeniū: opes: ætas: fortuna: ars: vsus: necessitas concursus etiā rerum fortuita= rū. ¶ Ne hæc quidem vulgo dicta & recepta persuasione populari sine vsu fuerint testimonia. Sic quidem di stinguitur: sed male: vt mihi videtur. Ita nanq; est distinguendū vt Testimonia sequentis sensus initiū sit hoc modo. Testimonia sunt em̄ quodāmodo. ¶ Earū persuasio nationū. Thraciæ sunt illæ nationes: vt Valerius Maximus refert. ¶ Nā illa septē præcepta sapientū. De numero sapientū qui olim floruisse dicuntur magna est apud græcos discordia. Sed Thaleti hoc sapiens ascribitur dictū. Nosce teipsum. Chiloni Lacedæmonio. Nihil nimis. Pittaco Mitylenæo. Tēpus nosce. Bianti Prienæo. Plurimi sunt mali. Cleobulo. Fortunæ mu tationes fortiter perferre disce. Peniādro Corinthio. Exercitatio totū pōt Anacharsidi scythæ. A lingua, ven= tre, pudēdis abstine. ¶ Si causam veneficij dicat in adultera: in præpositio sensum perturbās expūgat. ¶ Nō orationes modo sunt refectæ: c littera eradatur: vt loco eius r lig da reponat. Refertæ em̄ hoc est plenæ legēdū est. ¶ Neq; est ignobile exemplū Megarius ab Atheniensibus cū de salamine contēderent victus Homeri ver su. Megarus quidē legi potest: vt si accusatiuus græcus tametsi Megareos cōtenderim esse legendū victus ve= ro nisi in victos cōuertat sensui cōtextuiq; nō cōuenit. Hoc idē aūt exemplū: & Aristoteles in primo rhetori= corū affert ex primo iliados ἐκ σαλαμῖνος δ᾽ αἴας ἄγεν δυοκαιδεκα νῆας. στῆσε δ᾽ ἄγων ἵν᾽ ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. hoc est Aiax vero Salaminius egit. xij. naues. Stetit aūt vbi atheniensiū locatæ erant pha= langes. Est aūt Megara vrbs iuxta Isthmū media inter peloponnēsum. Atticā: & Bœotiam: cuius nauale erat enisæa. Dicta est aūt Megara a Megaro Apollinis filio. Multæ vo sunt vrbes hoc noīe appellatæ. Nā & in thes salia: & in ponto: & Illirico: & in Sicilia Megara est quæ antea Hyble vocabatur: vnde Megareus trisyllabū no men patriū deriuat. Salamis aūt insula est cū vrbe atticæ adiacens. ¶ Vbi amici: ibi opes. Hoc dicto & Plau tus vtitur in truculento: verū est verbū qđ memorat vbi amici: ibidem opes. ¶ Ponitur a quibusdā: & quidē in parte prima deorū auctoritas. Horū e numero: & Cicero est: qui in topicis sic scribit. Diuina hæc fere sunt testimonia. Primū oratiōes. Oracula em̄ ex eo ipso appellata sunt: q; inest ijs deorū oratio. Deinde res: quib9 in sunt: quasi quædā opera diuina primū ipse mundus: eiusq; omnis ordo: & ornatus: deīde aerei volat9 aui um: atq; cantus deinde eiusdē aeris sonitus: & ardores: multarūq; rerū in terra portēta: atq; etiā per exta inuē ta præsensio. ¶ Tamen vtitur eo Cicero in libro de haruspicū responsis: Cicero in ea oratione haruspicū respō sa exponit in Clodiū: ostendit. p deorū prouidentia Romanū imperiū natū esse: auctū: atq; conseruatū: ¶ Et in concione contra Catilinā. Actione tertia in Catilinā sic Cicero ait. Quibus ego si me restitisse dicā: nimiū mihi sumā & non sim ferēdus: Ille ille Iuppiter restitit. Ille capitoliū: ille hæc tēpla; ille hanc vrbē: ille vos om nes saluos eē voluit. Dijs ego immortalibus ducibus hāc mentem voluntatēq; suscepi: atq; ad hęc tanta in= dicia perueni. ¶ Dictū aliquid aut factū. Cū dictū factūq; substātiua sint: aliquod nō aliqđ est legendū. ¶ Pro pter quod fuerūt qui exēpla: & has auctoritates. Ex ijs est etiā Cicero: vt ex eius topicis clare patet. Sic em̄ in= quit. Quæ aūt sumuntur extrinsecus: ea maxime ab auctoritate ducuntur. Itaq; græci tales argumentatiōes ἀτέχνους vocant: id est artis expertes.

Auctorit... afferant.

Septē sc... bus ascri...

Megara... corum. Salamin...

Oracul... & vnde...

## De vsu argumentorum. Cap. XII.



Aec fere de probatiōe vel ab aliis tradita: vel vsu percepta in hoc tempus sciebā: nec mihi fiducia est: vt ea sola esse contendā. Quinim= mo hortor ad quærendum: & inueniri posse fateor: quæ tamen adiecta fuerint: non mul= tum ab his abhorrebunt. Nunc breuiter quē admodum sit vtendum his subiungā. Tradi tum fere est argumentū oportere esse confessum Dubiis em̄ p= bari dubia qui possunt? Quædam tamen: quæ in alterius rei p bationem ducimus: ipsa probanda sunt. Occidisti virū. Eras em̄ adultera, Prius de adulterio conuincendum est: vt cū id cœpe= rit esse pro certo: fiat incerti argumentū. Spiculū tuū in corpo re occisi inuentum est. Negat suum. Vt probationi prosit: pro= bādum est. Illud hoc loco monere inter necessaria est: nulla esse firmiora: q̄ quæ ex dubiis facta sunt certa. Cædes a te facta est:

RAPH.

¶ Hæc fere de probatione vel ab alijs tradita: vel vsu præcepta: Percepta scribē= dū esse facile est videre. Hic autem quemadmodum ar gumētis vti debeat orator apertissime Fabius ostēdit posteaq̄ vnde ducātur mō strauit. ¶ Cruentā vestem habuisti cū hęc sic ratio: p= positionis em̄ causalis con iunctio recte forsitan ascri= beretur: hoc modo. Cruētā enim vestē habuisti. ¶ Ita q; si non possunt valere: q a magna sunt. Sēsus inte gritas exposcit: vt non p ti cula negatiua ascribatur. Hoc modo. Quia magna non sunt. ¶ Si etiā non vt fulmine. Nihil quidem hic

verborum deest. Sed etiam copula in primum locum est transferenda: hoc modo etiā si nō vt fulmine. ¶ Vt cupiditas cā sceleris fuit: quæ sit vis eius. Si particula: vt ascribatur: sensus exposcit: vt legatur vt si cupiditas cā sceleris fuit. ¶ Et velut carne spoliatos act⁹ ostēderint recte in alijs exēplaribus artus legit̄. ¶ Aduersus inferiorem: partem an superiorem t litera expuncta parem legendū ē: qui nō videt frustra arti oratoriæ studet. ¶ His quidez probatiōes adijciūt: quas παθητικαό vocant: ductas ex affectis. Quidā nō quidem legendum est παθητικαὶ vero probationes ad verbum transferunt passiuę: hoc est: quæ ab affectu & passione animi proueniunt. Nā πάθοσ latine affectus passioq̧ dicitur: quod vltimū verbū in rarissimo est priscorū vsu. ¶ Quint⁹ varius succonensis ait. De huius varij patria nō conueniunt inter se auctores. Alij nanq̧ Hispanū vocāt: vt Pædianus in oratiōe p Scauro Qu. Vari⁹ Hispanus. M. Scaurum principē Senatorē socios i arma ait cōuocasse. M. Scaur⁹ princeps Senator negat. Testis nemo est, vtri vos Quirites conuenit credere? Qua voce ita omnium commutauit animos: vt ab ipso etiam tribuno dimitteretur. Alij Veronensem vocant: vt Valerius in capite de fiducia sui. Nec desunt exēplaria in quibus hic quoq̧ Veronensis legit̄. ¶ Quid igitur inquit tu nō fecisses: ego feci. Quod legendū esse clare patet. De hoc χo Aristoteles. quoq̧ secundo rhetoricorum mentionem facit. Fuit enim iphicrates. Atheniensium dux clarissimus tāto consilio: tantaq̧ prudentia: vt & probus Aemylius: & Plutarchus referūt: vt & in re militari multa correxerit: & nunq̄ eius culpa rē male gesserit athenięses: Antiphon χo Athe

aetic pro nes. … nt⁹ vari⁹ … ates qui … on.

Secundi Præcepti Exempli. | Tertium. | Quartum. | Quintum. | Sextum. | Septimum | Octauum. | Nonum. | Decimum. | Vndecimū. Affirmatiōe

cruentam enim vestem habuisti. Non est tam graue argumentum: si fatetur: q̄ si conuincitur. Nam si fatetur: multis ex causis potuit cruenta esse vestis. Si negat: hic causæ cardinē ponit: in quo si victus fuerit: etiam in sequentibus ruit. Non enim videtur in negando mentiturus fuisse: nisi desperasset id posse defendi: si confiteretur. Firmissimis argumentoru[m] singulis instandū. Infirmiora congreganda sunt: quia illa per se fortia non oportet circūstātibus obscurare: vt qualia sunt appareāt. Hęc imbecilla natura mutuo auxilio sustinentur. Itaq̧ si nō possunt valere: quia magna non sunt: valebunt quia multa sunt: quę ad eiusdem rei probationem omnia spectanr. Vt siquis hæreditatis gratia hominem occidisse dicatur. Hęreditatem sperabas: & magnam hæreditatem: & pauper eras: & tum maxime a creditoribus appellabaris: & offenderas eum: cuius heres eras: & mutaturum tabulas sciebas. Singula leuia sunt: & cōmunia. Vniuersa vero nocent: etiam si non vt fulmine: tamen vt grandine. Quædam argumenta ponere satis non est: adiuuāda sunt: vt si cupiditas causa sceleris fuit: q̄ sit vis eius: ira quantum efficiat in animis hominū talis affectio. Ita & firmiora erūt ipsa: & plus habebunt decoris: si non nudos: & velut carne spoliatos artus ostēderint. Multum etiam refert si argumento nitemur odii: vtrum hoc ex inuidia sit: an ex iniuria: an ex ambitu: vetus an nouum: aduersus inferiorem: parem: an superiorē: alienum: an propinquū. Suos habent omnia ista tractatus: & ad vtilitatem partis eius: quam tuemur referenda sunt. Nec tamen omnibus semper: quæ inuenerimus: argumentis honerandus est iudex: quia & tedium afferunt: & fidem detrahunt. Neq̧ enim potest iudex credere satis esse ea potentia: quæ non putamus ipsi sufficere: qui dicimus. In rebus vero apertis argumentari tā sit stultum: q̄ in clarissimum solem mortale lumen inferre. His quidā probationes adiiciunt: quas παθητικὰσ vocant: ductas ex affectibus. Atq̧ Aristoteles quidem potētissimum putat ex eo qui dicit si sit vir optimus: quod vt optimum est: ita longe quidem sed sequitur tamen videri. Inde enim illa nobilis Scauri defensio. Quintus Varius sucronēsis ait: Aemylium Scaurū remp. Po. Ro. prodidisse. Aemylius Scaurus negat. Cui simile quiddā fecisse Iphicrates dicitur: qui cum Aristophōtem: quo accusante: similis criminis reus erat: interrogasset: an is accepta pecunia rempu. proditurus esset: isq̧ id negasset: Quod igitur (inquit) tu non fecisses: ego feci? Intuēdum autem: & qui sit apud quem dicimus: & id: quod illi maxime probabile videat̄: requirendū. Qua de re locuti sumus: & in procemii: & in suasoriæ p̄ceptis. Altera ex †asseueratiōe probatio est. Ego hoc feci? tu mihi hoc dixisti? Et oh facinus indignū: & similia: q̄ non debēt deesse quidem orationi: & si desunt multum nocent: non tamē habēda sunt inter magna præsidia: cum hoc in eadē causa fieri ex vtraq̧ parte similiter possit.

Vel ab vsu pcepta habet Vallẽ. Quia magna sunt. Sic Vallẽ. Dubitẽ an sit scribendũ quia magna non sunt: licet Aldus Raph. sequaẽ: nisi in probando dicat: Singula leuia sunt. Vt cupiditas. Neq; Val. neq;. Ald. si habent: nec apponerem qa facile subaudiẽ. Habet parem nõ partem. Sane subobscurũ videẽ illud quod tamen omnes eodẽ modo habẽt. Quod vt optimũ: ita longe quidẽ: sed sequitur tñ: videri. cuius mihi sensus videtur: qd̃ scilicet esse optimũ virũ; est optimũ s. argumentũ ad stãdũ verbis eius: ita videri aliquẽ optimũ esse virũ: sequitur quidem longe. i. cũ difficultate: sed tñ sequiẽ. Hoc est qui vir optimus est:
Suetonẽ. non sine difficultate talis habetur. habeẽ tñ. i. tãdẽ ita videtur vt est. Q. Varius succonensis. Notauit Valla ab Asconio eundẽ dictũ Hispanũ: a Valerio maximo Veronẽ. legã aũt sucronẽ. qa sucro flu. est Hispanię iuxta Valẽtiam: vñ a
Qui & quis Valerio Valẽtin⁹ forte dict⁹. Habet Vallẽ. Qd̃ igiẽ nõ qd. Itẽ intuẽdũ autẽ & q̃ sit apud quẽ &c. q̃ ẽ vera lectio. vt ĩ bucolico. Attñ iste deus q̃ sit &c. Et rursus necq̃ sim q̃ris alexi: vbi q̃ p quis: qa seqtur s: qs aũt p qualis: passim poniẽ: vt Eunuchũ quẽ dedisti nobis? quas turbas fecit? Itẽ Quis nou⁹ hic nr̃is successit sedib⁹ hospes. Quẽ sese ore gerẽs &c. Altera ex affirmatiõe. Sic Valla & Aldus: q̃ lectio si admittaẽ oporet ironia subsit s3 siue p ironiã. siue p amarã ĩterrogationẽ dicanẽ: vim negãdi habebũt: vñ legã aut cũ Ra. asseueratiõe: aut acclamatiõe.

niẽsis fuit orator. ¶ Intuẽdum autẽ & quis apud quẽ dicimus. Nõ quis sed qualis vt legatur sensus exposcit: ac sit verbũ ascribatur hoc modo: & q̃lis sit apud quẽ dicimus. ¶ Qua de re locuti sumus: & proœmij & suasorię præceptis. Et copula priore loco posita eradatur: ab in locũ eius inpositio reponatur: vt legamus. In proœmiij & suasorię pręceptis. ¶ Altera ex affirmatione probatio est. Quænã sit hæc probatio ex affirmatione: non satis mihi liquet. Neq; eñ magis ex affirmatione probatio constat: q̃ ex negatione. Interdũ nãq; affirmãdo: interdũ probamus negãdo. Quare si quo niti possem exẽplari vetusto: pro affirmatione censerẽ asseueratione esse legendũ. Est eñ asseuerare inter ipsa argumenta probationesq; admiscere vim animi atq; motũ. Sed quid vetusta requiro exẽplaria? quãdo Fabius ipse hoc idem alibi alijs verbis præcipit? Sic eñ ait Cũ præsertim quorũdã probatio sola sit in asseueratione & perseuerãtia. Quare vel reluctantibus exemplaribus quęcunq; mihi videre contigit asseueratione pro affirmatione contẽdenm esse legendum: Id quod exẽpla quoq;: quæ subijciuntur facile demõstrant: quorũ duobus interrogatio tertio inest exclamatio: quæ exornationes maxime asseuerationi conueniũt. ¶ Cũ in hoc eadem causa. In pręposition in tertium locũ videtur transferenda: vt legatur. Cum hoc in eadem causa. Asseruare

Duodecimũ Illę firmiores ex sua cuiusq; persona probationes: quæ credibilem rationem subiectam habent: vt vulneratus: aut filio orbatus non fuerit alium accusaturus q̃ nocentem: quando si negocium innocẽti facit: liberet eum noxa qui admiserit. Hinc & patres aduersus liberos & aduersus suos quisq; necessarios auctoritatem petunt. Quęsitum etiam: potentissima argumenta prí
Decimũ tertium. mo ne ponenda sint loco: vt occupent animos: an summo: vt inde dimittant: an partita primo: summoq; vt homerica dispositione in medio sint infirma: an a minimis crescant. Quæ prout ratio causæ cuiusq; postulabit: ordinabuntur, vno (vt ego censeo) excepto: ne a potẽtissimis ad leuissima decrescat orõ. Ego
Breuiter Fabius q̃ alij prolixe. hæc breuiter demonstrasse contentus ita posui: vt locos ipsos: & genera q̃ possem apertissime ostẽderem. Quidã executi sunt verbosius: quibus placuit proposita locorum communium materia: quo queq; res modo dici posset ostẽdere. Sed mihi supuacuum videbatur. Nam & fere apparet quid in † inuidiam: quid
Iniuriam. in auaritiam: quid in testem inimicum: quid pro teste amico dicendum sit. Et de omnibus his omnia dicere infinitũ est: tã Herculẽ q̃ si controuersiarum: quę sunt: quæq; futurę sunt quęstiones: argumenta: sententias tradere velim. Ipsas autem argumẽtorum velut sedes, non me quidem omnes ostendisse confido: plurimas tamen. Quod eo diligentius faciendũ fuit: quia declamationes quibus ad pugnã forensem velut prępilatis exerceri solebamus: olim iam ab illa vera imagine orandi recesserunt: at
Declamationũ eneruatio. q; ad solam compositę voluptatem neruis carent, non alio medius fidius vitio dicentium: q̃ quo mancipiorum negociatores formę puerorũ virilitate excisa lenocinantur. Nã vt illi robur

RAPH.

¶ Hinc & patres aduersus liberos q̃sq; necessarios auctoritatẽ petunt. Duo verba huic sensui desunt: quæ reponenda videnẽ: hoc modo: hinc & patres aduersus liberos & suos quisq; necessarios auctoritatem petũt ¶ An summo vt idẽ dimittant. Inde legendũ esse clare patet. Vt intelliganẽ animi a firmissimis argumẽtis ita debeer dimitti: vt postea non audiant leuiora. ¶ Vt Homerica dispositio ne in medio sint ĩfirma. Nestor apud Homerũ ita aciẽ instruit vt infirmiores milites ĩ medio collocet. ¶ Aut a minimis crescant. An loco aut legendum esse facile ex ipso percipitur sensu: vt vnum sit e quæstionis mẽbris. ¶ Ego hoc demõstrasse contentus: hæc legendũ esse liquet. ¶ Nã fere apparet quid in iniuriã. Sic quidem recte legi videtur sed rectius forsitã in inuidiã legeretur. ¶ Quod eo diligentius faciendũ fuit: quia declamatiões ad pugnã forẽsem velut præpilatis exerceri solebamus. Quibus relatiuum librariorũ negligẽtia prętermissum omnino Infirma i[n me]dio collo[canda]

ac lacertos:barbā q; ante omnia:& alia:quæ natura propria maribus dedit:parum existimant decora:quęq; fortia:si liceret:forent:vt dura molliunt:ita nos habitum orationis ipsum virilē & illam vim stricte:robustēq; dicendi tenera quadam elocutionis cute operimus:& dum leuia sint:ac nitida:q̄tum valeant nihil interesse arbitramur. Sed mihi naturam intuēti nemo nō vir spadone formosior erit. Nec tam auersa vnq̄ videbitur ab opere suo prouidentia:vt debilitas inter optima inuēta sit. Nec id ferro speciosum fieri putabo:quod si nasceretur monstrum erat †Licet iuuet ipsum effœminati sexus mendacium: nunq̄ tamen hoc cōtinget malis moribus regnū:vt si qua preciosa fecit:fecerit:& bona. Quapropter eloquentiā licet hanc( vt sentio enim dicā )libidinosam †resupina voluptate auditoria p̄bēt: nullam esse existimabo:quæ ne minimū quidē in se indiciū masculini & incorrupti: ne dicam grauis & sancti viri ,ostēdet. At vero statuarum artifices:pictoresq; clarissimi: cū corpora q̄speciosissima fingēdo:pingendoue effingere cuperent:nunq̄ tamē in hunc inciderunt errorem: vt Bagoam aut Megabyzum aliquem in exemplū operis assumerent sibi:sed Doryphoron †illū: aptum:vel militiæ:vel palæstræ ,aliorū quoq; iuuenum bellicorum:& athletarum corpora †decorare existimauerūt. Nos qui oratorem studemus effingere non arma:sed tympana eloquentiæ demus! Igiť & ille quē instituimus:adolescēs: q̄maxime pōt cōponat se ad imitationem veritatis:initurusq; frequenter forensium certaminum pugnam:iam in schola victoriam spectet & ferire vitalia:ac tueri sciat:& præceptor id maxime exigat: & inuētum pręcipue probet. Nā vt ad peiora iuuenes laude ducuntur:ita laudari in bonis gaudent. Nunc illud mali est: q; necessaria plerunq; silentio transeunt. Nec in dicendo videtur inter bona vtilitas. Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere:& in hoc sępe repetēda. Nunc ad ordinē inceptū reuertamur.

[Right margin: Prouidētia. .i. deus. — Libidinem. — resupinā. — Legā vilū — Decora vere]

est reponendum: vt legať. Quia declamationes quibus ad pugnam forensem velut præpilatis exerceri solebamus. Præpilata vero iacula dicūtur obtusiora: q bus in pugnarum simulachris milites vti solent. Liuius lib. xxxvj. Tertio die rudes inter se in modū iustæ pugnæ concurrerunt præpilatisq; missilibus iaculati sunt. ℂ Atq; ad solā compositæ voluntatē, n litera in p conuersa voluptatem legendum esse constat. ℂ Parum existimant decora i vocali ascripta existimāt legatur. Nā existimare significat iudicare quod maxime sensui congruit. ℂ Sed mihi naturā intueri nemo nō vir spadone formosior erit. Pro illo infinito intueri datiuus intuenti: vt reponatur: & sensus & ratio loquendi exposcit. ℂ Libidinem iuuet ipsum effœminatum sexus mendaciū. Effœminati q̄dē recte in aliis legitur exēplaribus. Sed p illo accusatiuo libidinem fortassis licet aduersatiua coniunctio recte ascriberetur. ℂ Quæ ne minimū quidem in se iudiciū masculini. Indicium esse legendū aperte sensu mōstratur. ℂ Vt Bogoam aut Megabyzum aliquem. Nomina quidē sunt propria fortasse spadonum. Sed de his nihil alibi me legisse memini præterq̄ apud iustinum de eo Megabyzo: qui cū Dario in magos coniurauit. ℂ Sed doryphoron illum vel militiæ vel palæstræ vt aptum ascribatur: quē admodum in aliis quoq; legitur. exēplaribus sensus exposcit. Doryphoros vero hastam ferens interpretať: de quo Pli. li. xxxiiij. Polycletus Sicyonius Doryphoron viriliter puerum fecit. ℂ Aliorum quoq; iuuenū bellicorū. Tametsi in exemplaribus: quæ quidē ego viderim sic legatur: sensus tamen integer hinc nullus idcirco habetur: quia aliquid necessarium de esse videtur Forsitan autem quo ablatiuus recte ascriberetur hoc modo. Quo aliorum quoq; iuuenum bellicorū & athletarum corpora decorare existimauerūt. ℂ Et ferire vitalia: aut tueri sciat: & præce

[Left margin: pilata q̄. — timare q̄d — abyzus. — phoros — terpretet]

Valla habet: & aduersus suos quisq; necessarios: vnde Raph. tam feliciter diuinauit. vt honerica &c. Ad q̄d Valla. In quarto iliados vbi dicitur Nestor imbecilliores in medio collocasse. Ego hęc breuiter. sic Vallen̄. Quid in iniuriā, sic Vallen̄. & Ald. nō inficias tn̄ eam quin in inuidiam legi posset: eo q; sequitur: in auaritiam. Quibus ad pugnam &c. sic Vallen̄. & ad solam compositæ voluptatem & parum existimant decora. & Sed mihi naturā intuenti. Item Effœminati sexus. Item libidinem iuuet. vt sit: iuuet q̄tūuis libidinē: non absurde tamē legatur licet. Item, vt sentio eñ dicam non dicamus. Habet quoq; resupinam voluptate: vbi malim legere resupina vt referatur ad auditoria. dictumq; sit resupina auditoria: pro eo quod est resupini. .i. molles & effœminati auditores. Habet Vallen̄. indiciū. Vbi aūt legiť. Vt Bachiā aut Megabundū: legā aut cū Aldo Bacchiā aut Megabyzū: aut cū Vallen̄. Bagoā: q adnotatū habet q; Bagoa erat dari j & postea Alexādri scortū. habet Vallen̄. illū aptū &c. Adnotauit q; Vt scripsit Thucydides: Doryphorō polycletus effinxit quam statuā sibi magistrā ait fuisse Lysippus. Pli. li. xxxiiij. Polycletus Sicyonius Doryphoron viriliter puerum fecit. ideo autē dixit illū: quia: hoc quoq; nomine vocatus est ille nephandus de quo Suetonius ait. Conficeretur a Doryphoro liberto: cui etiam sicut ipsi Sporus: ita ipse denupsit. Vbi vero omnes legunt decorare Vallen̄. habet decora vere: q̄d placet. habet igitur & ille: quod item probo.

[Right margin: Bagoa.]

ptor id maxime erigat. Cum vtrũq; pręstare debeat orator: vt & vitalia ferire: hoc est: aduersariorum argumẽta destruere: ac infirmare: & sua construere: atq; confirmare sciat: loco illius disiunctionis aut hæc copula ac videtur reponenda & r litera in x conuersa exigat est legendum. ℭ Ille igitur: & quem instituimus adolescentẽ. Et copula: vt superuacua expungatur. ℭ Sed hæc & in alio nobis tractata sunt opere. Hoc Fabij opus in quo de causis corruptæ eloquentiæ differit: vt ante etiam diximus: non extat.

## De refutatione. Cap. XIII.



Efutatio dupliciter accipi potest. Nã & pars defensoris tota est posita in refutatione: q̃ q̃ dicta sint ex diuerso debẽt vtriq; dissolui: & hæc est proprie: cui in causis quart⁹ assignatur locus. Sed vtriusq; similis conditio est. neq; vero ex aliis locis ratio argumentorum in hac parte peti potest: q̃ in confirmatione. Nec locorum: aut sententiarũ: aut verborum: & figurarũ alia conditio est. Affectus plerunq; hæc pars mitiores habet. Non sine causa tamen: difficilius semper est creditum (Quod Cicero sæpe testatur) defendere: q̃ accusare. Primũq; est res illa simplicior. Proponitur enim vno modo: varie dissoluitur: cũ accusatori satis sit plerunq; verum esse id: quod obiecerit. Patronus neget: defendat: transferat: excuset: deprecetur: molliat: minuat: auertat: despiciat: derideat. Quare indirecta fere: atq; (vt sic dixerim) clamosa est actio. Hinc mille flexus: & artes desiderantur. Tum accusator præmeditate pleraq; domo affert. Patron⁹ etiam inopinatis frequenter occurrit. Accusator dat testem. Patronus ex re ipsa refellit. Accusator criminum inuidia: & si falsa sit: materiam dicẽdi trahit, de parricidio: sacrilegio: maiestate: quæ patrono tantũ neganda sunt. Ideoq; accusationibus etiam mediocres in dicendo suffecerunt. Bonus defensor nemo nisi qui eloquentissimus fuit. Nam vt quod sentio semel finiam: tanto est accusare q̃ defendere: q̃to facere q̃ sanare vulnera facilius. Plurimum autem refert: & quid protulerit aduersarius: & quo modo. Primum igitur intuendũ est id: cui responsuri sumus: proprium sit eius iudicii: an ad causam extra accersitum. Nam si est proprium: aut negandũ: aut defendendum: aut trãsferendum. Extra hæc in iudiciis fere nihil est. Deprecatio quidẽ quæ est sine vlla specie defensionis rara admodum: & apud eos solos iudices: qui nulla certa forma pronunciandi tenentur: q̃q̃ illę quoq; apud Caium Cęsarẽ: & triũuiros p diuersarum partium hominibus actiones: etiam si precibus vtuntur: adhibent tamen patrocinia: nisi hoc non fortissime defendẽtis est dicere. Quid aliud egimus Tubero: nisi vt quod hic potest: nos posse mus. Q; si q̃do apud principem: aliumve: cui vtrum velit liceat, dicemus: Dignum quidem morte eum pro quo loquemur: †clemẽti tamen seruãdũ esse: vel talem. Primũ omnium nõ erit res nobis cum aduersario: sed cum iudice: deinde forma deliberatiuæ magis materiæ: q̃ iudicialis vtemur. Suadebimus enim vt laudem humanitatis potius q̃ voluptatem vltionis concupiscat. Apud iudices quidem secundum leges dicturos sententi-

Patroni partes.

Deprecatio.

Clementia.

RAPH.

ℭ Refutatio dupliciter accipi potest. Hæc quoq; quę de refutatione differit Fabius: si mendę tollantur facillima perceptu esse videtur. Primũ autem refutationẽ dupliciter accipi posse ostẽdit: deinde iisdem ex locis argumenta sumi in refutatione: ex quibus in confirmatione. Postea difficilius eẽ defendere q̃ accusare multis colligit argumentis: ac demum: quibus modis q̃ ab aduersariis dicta sunt refutari possint: p̃cipit. ℭ Et hoc est proprie cui ĩ causis quartus assignatur locus. Hæc legendum esse clarius patet: q̃ vt admonendũ sit. Ea refutatio autẽ qua vtriq; dicta ex diuerso dissoluũtur: quartuʒ sibi fere in oratione vendicat locũ. ℭ Nã vt quod sentio semel finiaʒ tanto est accusare q̃ defendere q̃ facere: q̃ sanare vulnera facili⁹. Quãto facere legẽdum esse facile est ex ipso cõtextu videre. ℭ Deprecatio quidem: quę est sine illa specie defensionis: rara admodum. Pro illa legendum esse vlla clar⁹ patet. ℭ Nisi hoc fortissime defendentis est dicere. Non particula recte in quibusdam aliis exẽplaribus est ascripta: vt legatur. Nisi hoc non fortissime defendentis est dicere. ℭ Q; si quando apud principem: aliumve: cui vtrũ velit liceat: dicemus: dicendum erit. Duo vltima verba: vt q̃ sint a candore elegantiaq; Fabij aliena: & ab aliquo imperitorum iudicioq; carentium ascripta: ac sensum deniq; contextũq; confundentia: mihi videntur: vel refragantibus exẽplaribus transuerso calamo allinẽda. Non enim q̃d nobis dicẽdõ sit cum apud principem agimus præcipit Fabius: sed id p̃bat: q̃d superius proposuit: dep̃cationem sine vlla defensiõis

Refutatio duplex.

am de confessis præcipere ridiculum est. Ergo quæ neq; negari: neq; transferri possunt: vtiq; defendenda sunt: qualiacunq; sint: aut causa cedendum. Negandi duplicem ostendimus formam: aut non esse factum: aut non hoc esse: quod factū sit. Quæ neq; defendi: neq; transferri possunt: vtiq; neganda. Nec solum si finitio potest esse pro nobis: sed etiam: si nuda inficiatio super est. Testes erunt. Multa in eos dicere licet. Chirographum. de similitudine literarum differēdum. Vtiq; nihil erit peius q̄ cōfessio. Vltima est actionis controuersia: cum defendēdi: negādi ue non est locus: translatio. Atqui quædam sunt: quæ nec negari: nec defendi: nec transferri possunt. Adulterii rea est: quæ cū anno vidua fuisset: enixa est: lis non erit. Quare illud stultissime præcipitur: quod defendi non possit: silentio dissimulādum si quidem est id: de quo iudex pronunciaturus est. At si extra causam sit adductum: & tamen coniunctum: malim quidem dicere: nihil id ad quæstionem: nec esse in his morandum: & minus esse q̄ aduersarius dicit: tamen velut huic simulationi obliuionis ignoscam. Debet enim bonus aduocatus pro rei salute breuem negligentiæ repræhensionem non pertimescere. Vidēdum etiam: an simul nobis plura aggredienda: an amoliēda singula. Plura simul inuadimus: si aut tam infirma sunt: vt pariter impelli possint: aut tam molesta: vt pedem conferre cū singulis non expediat. Tum enim toto corpore enitendum: & vt sic dixerim: detecta fronte pugnandū est. Interim si resoluere ex parte diuersa dicta difficilius erit: nostra argumenta cum aduersariorum argumentis conferemus: si modo hoc: vt valentiora videantur: effici poterit. Quæ vero turba valebunt: diducenda erunt: quod paulo ante dixi. Eras hæres. & pauper: & magna pecunia appellabaris a creditoribus: & offenderas: & mutaturū tabulas testamenti sciebas. Vrgēt vniuersa. At si singula quæq; dissolueris: iam illa flamma: quæ magna congerie conualuerat: diductis: quibus alebatur: cōcidet. Vt si vel maxima flumina in riuos diducantur: qualibet transitum prębent. Itaq; propositio quoq; secundum hanc vtilitatem accommodabitur: vt ea nūc singula ostendamus: nunc complectamur vniuersa.

Cū defendēdum est. Cū negandū

Cū trāsferēdum. Cū nihil est medij est.

Extra cām adductum.

Cū plura aggredimur.

Cū singula.

Et hæc est proprie. sic Aldus. Vallen̄. tamen hoc habet: forte ita ab auctore scriptum vt totum qđ ante dixerat referat. Hinc mille fletus: Vallen̄. habet flex⁹. Ex ipso refellit: Vallen̄. habet ex re ipsa. Quāto facere q̄ sanare. Sic Vallen̄. manifeste habet. Habet Primū igit̄ nituendū. Et sine vlla specie defensionis. Item nō fortissime defendentis. Rara admodum. subaudi est in iudicijs: a superiore em̄ intelligitur. Dicemus: dicendum erit. sic Valla: nec videtur quicq̄ superfluum: Nam ordo est: si dicemus: dicendum erit quod sequitur verum Aldus expunxit dicemus: & Raph. sentit dicendum & erit expungenda. Clæmentia tamen. Vallen̄. habet clæmēti tamen. quod placet vt in gratiam iudicis dicatur: Aldus tamen clæmentia impressit: paruiq; refert cum de clæmentia iudicis loquatur. Aut causa cedendum. sic Ald. & Val. nec opus est vt ascribatur præpositio a. Chirographū. sup. erit hec est si erit chirographū l testimoniū. Val. & Al. hn̄t differendū: & recte: q̄a p̄cessit licet: vt vtrūq; impsonaliter dicat̄. Valla habet. i. relatio: sed credā scriptū p̄eo qđ est tralatio. Atq; q̄dā. Vallen̄. habet Atq q̄dā &c. Valla h̄ & em̄ cōiūctū. Nihil id ad q̄stionē: sic Vallen̄. & intelligit̄: facere aut pertinere: vnde nō est abijcienda particula id. habet impelli possunt. At habet, secundum & cætera quæ Raph. reponit.

Specie raram admodū esse: Ideoq; subijcit primū omniū non erit res nobis cum aduersario: sed cum iudice. ¶ Vtiq; defendēda sint qualiacunq; sunt: aut a cā cedēdū. Sint verbū modi subiūctiui ac sūt idicatiui vtrūq; in alterius locū trāsferenda videtur: & a præpositio expungenda: vt legatur: vtiq; defendēda sunt qualiacūq; sint: aut causa cedēdum. ¶ Chirographū. De similitudine literarum differendum. Emendate in quibusdam exemplaribus differemus legi aiaduerti. ¶ Vltima est actionis controuersia cum defendendi: negandiue non est locus. i. relatio Translatio mihi legendū videtur. Ad translationem em̄ tunc confugimus: cum neq; negare factū: neq; defendere possum⁹: vt aliquo iuris remedio e crimine: qđ neq; negari neq; defēdi potest: elabamur. ¶ Atq; quędā sunt. At illa particula q; expuncta legendū est. ¶ Si quidem est id: de quo iudex pronunciaturus est. Nota hypodiastoles distinguēda sunt si quidem ne vnū verbum esse credatur cū duo esse manifeste ex ipso sensu p̄cipiatur. ¶ At si extra causam sit adductū: & tamen coniunctū: malim quidē dicere: nihil ad quæstionē. varie quidem legitur hic locus: vnde facile apparet esse deprauat⁹. Alij nanq; locotillius tamen legūt tātū. Mihi tamē potius placet: vt intelligamus extra causam quidem esse adductū: sed tamē cum causa esse cōiunctum. ¶ Vt pariter impelli sint. Possint mihi legēdum videtur: q̄uis sit quoq; eleganter: legi posse non inficier. Sū em̄ verbum cū infinito more græcorū frequēter iungitur in ea significatiōe qua possū. S; a Fabij stylo fere hęc figura ē aliena. ¶ Vt si singl'a q̄q; dissolueris. At māifeste nō vt legēdū ē p̄z. ¶ Itaq; p̄positio quoq; secūdū hāc vtilitatē accōmodabit̄: Secūdū legēdum esse nemo nō videt.

…quō elegā… infinito …atur.

cum omnia semel. ¶Nam interim qđ pluribus collegit aduersarius: satis est semel proponere: vt si multas causas faciendi: qđ arguit: reo dicet accusator fuisse: nos non enumeratis singulis semel hoc intuendū negamus: quia non quisquis causam faciendi sceleris habuit: & fecerit. Sępius autē accusatori congerere argumenta: reo dissol uere expediet. Id autem: qđ erit ab aduersario dictū: quomodo

Cōtra falsū. refutari debeat: intuendū est. Nam si erit palam falsum: negare satis est: vt pro Cluentio Cicero eum: quem dixerat accusator:

Palam aut cōtrariū aut stultum. epoto poculo cōcidisse: negat eodem die mortuū. Palam etiam contraria: & superuacua & stulta rephendere nullius artis est. Ideoq; nec rationes eorū: nec exēpla tradere necesse est. Id quoq;

Obscurum. (obscurū vocant) qđ secreto: & sine teste: aut argumento dicit factū, satis natura sua infirmū est. Sufficit enim φ aduersarius

Oratoris officium. non probat. Item si ad causam non pertinet. Est tamen interim oratoris efficere: vt quid aut contrariū esse: aut a causa diuersum: aut incredibile: aut superuacuū: aut nostrę potius causę videatur esse coniūctum. Obiicitur Oppio: φ militum cibariis detraxerit asperum crimen: sed contrariū ostendit Cicero: quia iidem accusatores obiecerūt Oppio: φ is voluerit largiēdo corrumpere exercitū. Testes in Cornelium accusator lecti a tribuno codicis pollicetur. Facit hoc Cicero superuacuū: quia ipse fateatur. Petit accusationē in Verrem Quintus Cęcilius: φ fuerat quęstor eius: ipsum Cicero vt pro se videretur: effecit. Cętera

Loci cōes a coniectura finitione qualitate. quę proponūtur cōmunis locos habent. Aut em̄ coniectura excutiūtur: an vera sint. Aut finitione: an ppria. Aut qualitate an inhonesta, iniqua, improba, inhumana, crudelia, & cętera: q̄ ei generi accidūt. Eaq; nō modo in ppositionibus: aut rationib⁹ sed in toto genere actionis intuēda: an sit crudelis: vt Labieni in Rabiriū lege perduellionis. Inhumana: vt Tuberonis Ligarium exulē accusantis: atq; id agentis: ne ei Cęsar ignoscat. Superba vt in Oppiū ex epistola Cottę reū factū. Proinde pcipites: insidiosę: impotētes dephēdūtur. Ex quibus tamē fortissime inuaseris: qđ est: aut omnib⁹ periculosum: vt dicit Cicero p Tullio. Quis hoc statuit vnq̄: aut cui concedi sine summo omniū periculo potest: vt eū iure potuerit occidere: a quo metuisse se dicat ne ipse posterius occideretur? Aut ipsis iudicibus vt p Oppio monet pluribus: ne illud actionis genus in equestrē ordinē ad-

Cōtemnēda mittāt. Nōnūq̄ tamē quędā bene contemnūtur: vel tāq̄ leuia: vel tāq̄ ad causam nihil pertinētia. Multis hoc locis facit Cice-

Confutatio. ro. Sed hęc simulatio interim hucusq; procedit: vt q̄ dicēdo refutare nō possumus: quasi fastidiēdo calcemus. Quoniam vero

Similium. maxima pars eorū similibus cōstat: rimandū erit diligētissime: quid sit in quoq; qđ assumitur dissimile. Id in iure facile dephēditur. Est em̄ scriptū de rebus vtiq; diuersis: tātoq; magis ipsa rerū differentia potest esse manifesta. Illas vero similitudines: q̄ ducūtur ex mutis animalibus: aut inanimis: facile est eludere.

Exēplorū. Vetera indubitata. Exēpla rerū varie tractāda sunt si nocebūt: quę sīt dubia erūt fabulosa dicere licebit: sin † vera: maxime qdē dissimilia. Neq; em̄

¶Ideoq; nec rationes eorū: exēpla tradere necesse est: nec particula a librariis omissa est reponēda: vt legatur nec exēpla. ¶Itē si ad causam nō pertinet. Sic quidē recte legi videtur. Sed loco illius pticulę si forsitan qđ rectı⁹ legeretur. Perspicuus certe magis foret sensus. Qđ em̄ ad causam nō pertinet satis sua natura infirmū est. ¶Testes in Cornelium accusator lecti a tribuno codicis pollicet. Cornelius hic maiestatis fuit accusatus: φ cū tribunus plebis esset: ipse p rostris codicē legisset: non vt moris erat scribę legēdū tradidisset. Dixerūt autē in eū: vt inqt Pędianus: infesti testimonia principes ciuitatis: qui plurimū in senatu poterāt. Qu. Hortēsius Qu. Catullus. Qu. Metellus Pius. M. Lucullus. L. Lepidus. Dixerūt aūt hoc vidisse cū Cornelius codicē pro rostris ipse recitaret. qđ ante Corneliū nemo fecisse existimaretur. ¶Ipsum Cicero: vt pro se videretur: efficit. Vt sit pteriti temporis i vocali in e cōuersa effecit legendū esse videtur. Cicero aūt prima in Verrē actione hoc facit. Quapropter inqt si tibi iudiciū postulas dari: qđ tecū vna fecerit: cōcedo: si id lege pmittitur. Si n autē de accusatione dicimus: cōcedas oportet: iis: q nullo suo peccato impediūtur: quo min⁹ alterius peccata demōstrare possint. Ac vide quātū interfuturū sit inter meā: atq; tuā accusationē. Ego. n. quę tu sine Verre cōmisisti Verri crimini datur⁹ sum: φ te nō phibuerit: cū summā ipse haberet potestatē. Tu cōtra ne q̄ ille quidē fecit: obiicies: ne qua ex pte coniūctus cū eo reperiare. ¶An finitione: an ppria. Aut finitione legēdum esse patet. ¶An sit crudelis vt Labienis in Rabiriū s litera expūcta Labieni legaſ. T. nāq; Labieni accusatio crudelis a. M. Tullio demōstratur pro. C. Rabirio

fieri potest vt paria sint omnia:vt si Nassica post occisum Graccũ defendatur exẽplo Halæ:a quo Melius est interfectus.Meliũ regni affectatorẽ fuisse. a Gracco leges modo latas esse populares.Halã magistrũ equitũ fuisse. Nassicam priuatũ eẽ dicatur. Si defecerint omnia tum videndũ erit: an obtineri possit:ne illud quidẽ recte factũ. Quod de exẽplis idẽ etiã de iudicatis obseruandũ.Quod autẽ posui referre quo quicq; accusator modo dixerit:huc pertinet:vt si est minus efficaciter locutus: ipsa ei⁹ verba ponãtur:si acri & vehementi vsus fuerit oratione:eandẽ rem nostris verbis mitioribus proferamus:vt Cicero de Cornelio.Codicẽ attigit:& protinus cũ quadam defensione: vt si pro luxurioso dicendũ sit.Obiecta est paulo liberalior vita. Sic & p sordido parcum:& pro maledico liberum dicere licebit. Vtiq; nunq̃ committendum est : vt aduersariorum dictum cum sua cõfirmatione referamus: aut etiã loci alicuius executione adiues:nisi † cũ eludẽda:Apud exercitum mihi fueris,inquit: tot annis forũ nõ attigeris:abfueris tã diu: & cũ tã lõgo interuallo veneris: cũ iis qui in foro habitarunt: de dignitate contendas!

Iudicatorũ refutatio.

cũ eludẽdo

¶ Nec exempla:sic Vallẽ. habet.sed si ad causam non pertinet vbi quod legit Raph.habet fere cætera quæ Raph.reponit:vnde posthac ea pcipue dicã q̃ aut non habet:aut melius aut peius habet.Quis ergo statuit: Vallẽ. habet.Quis hoc statuit. Non habet illud id:sed quia sententiam illustrat apponatur. Nec habet dubia in anteriore particula vt Raph. recte ponit: sed ne vera quidem: immo vetera quocirca legendum putem:quæ si vetera erunt fabulosa dicere licebit:sin indubiata,maxime quidẽ dissimilia. Obiecta est paulo liberalior vita sic melius q̃ in Vallẽ liberior vita:quia sequitur:& pro maledico liberum. Aut etiam loci alicuius executione sic Vallẽ. Aldus tamen ioci impressit sed non sequar:quia iocus executus aut excussus nõ fuerit:vt locus ab accusatore bene adductus.

Perduellionis reo. ¶ In humana vt Tuberonis. hoc Cice. aperte ostẽdit p Qu. Ligario cum inquit. Si enĩ in exilio est: sicuti est: quid amplius postulatis! an ne ignoscatur! hoc vere multo acerbi⁹: multoq; duri⁹. Quod nos domi petimus precibus & lachrymis prostrati ad pedes nõ tã nostræ causæ fidentes: q̃ huius humanitati id ne impetrem⁹ oppugnabis: & in nostrũ fletũ irrũpes ! & nos iacentes ad pedes supplicũ vocẽ prohibebis ! Si cũ hoc domi faceremus : qđ & fecim⁹ & vt spero nõ frustra fecimus: tu repente irruisses: & clamare cœpisses. C. Cæsar caue credas. caue ignoscas. caue ne fratrũ pro fratris salute obsecrantiũ misereare: nõne omnẽ humanitatẽ exuisses! ¶ Vt dicet Cicero p Rullio. Dicit ac Tullio recte ĩ aliis legitur exẽplaribus. Hæc aũt Ciceronis oratio nõ extat: sicut nec pro Oppio qdẽ. ¶ Vt cũ iure potuerit occidere. Cuius oratio vnde hæc sũt descripta nõ extet: ex sensu tamẽ ipso aperte colligitur c literam e vocalẽ cõuersa eum esse legendũ. ¶ Quid fit in quoq;: qđ assumitur: dissimile: hic est distinguendũ: q̃uis exẽplaria refragentur. Id autẽ pronomen ita videtur ascribendũ: vt sequentis sensus sit initiũ: hoc modo. Id in iure facile dephenditur. ¶ Exempla rerum varie tractanda sunt: si nocebunt: quæ si vera erunt fabulosa dicere licebit. sin dubia maxime quidem dissimilia. Deprauatus est hic locus. vt mihi quidẽ videtur verborũ transpositione solũ. Nam vtraq; hæc vera & dubia alterius locũ occuparũt. Hoc autẽ ordine emẽdate legetur. Quæ si dubia erũt fabulosa dicere licebit. Sin vera maxime quidẽ dissimilia. nec ignoro quosdã aliorũ exemplariũ correctores vera in vetera cõmutasse. Quod an sensui congruat viderint ipsi. Mihi certe sic legendum vt dixi: videtur: nisi forte indubitata pro illo nominatiuo dubia legaẽ. tunc enim vetera recte legeretur. Si enĩ vetera essent: potius fabulosa propter vetustatẽ: q̃ dissimilia dicerentur. Vera autẽ si sint non aliter q̃ si dissimilia dicantur possunt refutari. ¶ Aut etiam ioci alicuius executione adiuues. Pro executione quidam legãt excussione: quod an recte legatur viderint ipsi. Mihi quidem executione recte legi videtur: ioci vero corrupte. Neq; enim sensui congruit. Loci autem fortassis emẽdate legeretur: id quod exemplo quod subiicitur aperte demonstratur. Locum enim a Seruio Sulpitio tractatum ita exequitur Cicero pro Muræna ambitus reo: vt ipsum eludat.

Cicero= ationes tent.

¶ Præterea in contradictionibus : interim totum crimen exponitur:vt Cicero pro Scauro cõtra Bostarem facit:velut orationem diuersę partis imitatus. Aut pluribus propositionibus iũctis:vt pro Vareno cum iter per agros: & loca sola faceret cum Populeno in familiam ancharianam incidisse dixerunt: deinde Populenũ occisum esse: illico Varenum vinctum adseruatum: dum hic ostẽderet:quid de eo fieri vellet. Quod est vtile:si erit incredibilis rei ordo:& ipsa expositione fidem perditurus. Interim per partes dissoluitur:qđ contextu nocet:& plerũq; id est tutius. Quædã contradictiones natura sunt singulæ. Id exẽplis

Crimẽ totũ exponitur.

Pluribus propositionib⁹ iunctis.

Crimen per partes dissoluitur.

¶ Præterea de cõtradictionibus interim totũ crimẽ exponitur. Inuitus quidẽ facio: vt aliquid verborũ aut adiiciã contextui: aut detraham. Sed cum liberũ cuiq; suũ relinquatur iudicium: nõ ab re fuerit: quid de hoc quoq; loco sentiam explicare. Quid enim sibi velit illa præpositio de mihi non liquet. Ociosa certe est ac sensuz ita perturbat:

Cõmunia.

non eget. Cõmunia bene apphendũtur nõ tantũ: quia vtriusq; sunt partis: sed quia plus prosunt respondenti. Neq; enim pigebit, qđ sæpe monui referre: cõmune, qui prior dicit cõtrariũ facit. Est enim contrarium quo aduersarius bene vti potest. At enim non verisimile est tantũ scelus M. Cottam esse cõmentũ! Quid? hoc verisimile est tantum scelus Oppium esse conatum! Artificis autẽ est inuenire in actione aduersarii: quę inter semet ipsa pugnent: aut pugnare videantur: quæ aliquando ex rebus ipsis manifesta sunt: vt in causa Cæliana: Clodia aurũ se Cælio commodasse dicit: qđ signũ magnæ familiaritatis est: venenum sibi paratum: qđ summi odii argumentum est. Tubero Ligariũ accusat: q; is in Aphrica fuerit & q̃ritur: q; ab eo ipse in Aphricam non sit admissus. Aliquãdo vero præbet eius rei occasionẽ minus considerata ex aduerso dicentis oratio: quod accidit: pręcipue cupidis sententiarum: vt ducti occasione dicendi nõ respiciant: quid dixerint: dum locum pręsentẽ: nõ totam causam intuētur. Quid tam videri potest contra Cluentium q̃ censoria nota! Quid tã contra eũdem q̃ filiũ ab Egnatio corrupti iudicii: quo Cluentius Oppianicũ circũuenisset: crimine exhæredatum! At hæc Cicero pugnare inuicẽ ostendit. Sed tu Acci cõsideres: censeo diligẽter: vtrũ Censoriũ iudiciũ graue velis esse: an Egnatii: si Egnatii: leue est: qđ Cẽsores de cæteris subscripserũt. Ipm ẽm Egnatiũ: quẽ tu grauẽ esse vis: de senatu eiecerũt. Sin autẽ censoriũ: hũc Egnatiũ: quẽ pater cẽsoria subscriptione exhæredauit: cẽsores in senatu: cũ patrẽ reiecissent: retinuerũt.

Rephensu sa alia vitia.

Illa magis vitiose dicũtur: q̃ acute rephẽdũtur: argumentũ dubiũ p necessario: cõtrouersum p cõfesso: cõmune pluribus pro proprio: vulgare: supuacuũ, serius constitutũ: cõtra fidẽ. Nam & illa accidũt parũ cautis: vt crimen augeãt: qđ pbandũ est: de facto disputẽt: cũ de auctore q̃ratur: impossibilia aggrediãtur: pro effectis relinquant vixdũ incohata: de homine dicere: q̃ de causa malint: hominũ vitã rebus assignẽt, vt siqs decemuiratũ accuset: nõ Appiũ, manifestis repugnẽt: dicãt qđ aliter accipi possit: summã q̃stionis nõ intueãtur: nõ ad ppposita respondeãt. Qđ vnũ aliquãdo recipi potest: cũ mala causa adhibitis extrinsecus remediis tuẽda est: vt cũ peculatus Verres reus fortiter: & industrie tutatus cõtra Piratas Siciliã dicit. Eadẽ aduersus cõtradictiones nobis oppositas pcepta sunt. Hoc tamẽ amplius q; circa eas multi duobus vitiis diuersis laborant. Nã qdã etiã in foro tãq̃ molestã rẽ & odiosam ptereũt: & iis plerũq;: quæ cõposita domo attulerũt, cõtenti sine aduersario dicũt: et si licet multo magis in scholis: in quibus nõ solũ cõtradictiones omittũtur: verũ etiã ipsę materiæ: sic plerũq; fingũtur: vt nihil dici pro altera parte possit. Alii diligẽtia lapsi verbis etiã: vel sentẽtiolis omnibus respondendũ putãt: qđ est & infinitũ: & superuacuũ. nõ enim causa rephẽditur: sed actor. quẽ ego semper videri mallẽ sic disertũ: vt si dixerit: qđ rei p fuerit: ingenii credat laus esse nõ causæ. Si q̃n forte nõ lędat: causę nõ ingenii culpa.

Vitiũ nolentiũ contradictionib' occurrere.

Vitiũ nimis occurrentiũ.

vt nisi eradatur verus ac integer haberi nõ possit: q præsertim cum exemplis: quæ inferũtur conueniat. Neq; inficior in ppositione loco illius de commode ascribi posse. Nam in contradictionibus interim totum crimen exponitur: id qđ probant exempla: quæ subiiciuntur de Ciceronis orationib' (quæ nõ extãt) descripta. Interim per partes dissoluitur. ¶ Qđ est vtiq; si est incredibilis rei ordo: & ipsa expositione fidem perditurus. Nisi aut vtile: aut faciendũ: aut qd tale ascribatur: sensus integritas non habetur. Quare sic puto legendũ. Quod est vtiq; faciendũ. ¶ Commune: qui prior dicit cõtrarium: quo aduersarius bene vti potest. Facit verbũ librariorũ incuria i hoc omissum in aliis exemplaribus recte est ascriptũ. Sic ẽm legitur. Cõmune qui prior dicit cõtrariũ facit: quo aduersarius bene vti potest. ¶ Qđ accidit pcipue cupiditas sentẽtiarum. Cupidis legendum est. ¶ Quod Cluentius Opianicũ circũuenisset. Quo litera d erasa legatur ita sensu exigẽte. ¶ Quẽ pater censoria subscriptione exhæredauit. Et subscriptione & eiicerẽt in oratione Ciceronis p Cluẽtio: vnde hæc sunt descripta: emendate legit. ¶ Illa magis vitiose dicũtur: qđ acute reprehendũtur, q̃ loco qđ relatiui sensus exposcit. ¶ Cõmune pro pluribus: pro proprio vulgare. Corrupte sic & legitur & distinguit. Hoc aũt modo castigate: vt pro ppositio expungat: et legat: Cõmune pluribus p pprio: hic aũt est distinguendũ. ¶ Seruis ꝯstitutũ: Pro seruis legẽdũ ẽ serius certũ est. ¶ Manifestis nõ repugnãt: dicãt qđ aliter accipi possit. Nõ pticula ne sensum in cõtrariũ peruertat: expũgẽda: ac repugnẽt: & dicãt legẽdũ esse mihi videtur. hoc modo. Manifestis repugnent. dicant qđ aliter accipi possit.

¶ Non ad pposita respondent. Proposita & respondeãt. sine cõtrouersia est legẽdũ. ¶ Et industrie tuti⁹ cõtra Piratas Siciliam dicatur. Tutatus recte ĩ alijs exẽplaribus legitur. ¶ Nã quidã etiam foro tãq̃ molestiam rem: & odiosam prætereũt. In præpositio mihi ascribẽda videtur: vt in foro legatur. ¶ Etenim plerũq; quæ cõposita domo attulerunt: cõtenti sine aduersario dicunt. Enim particula sensum perturbãs expungatur: ac loco eius ijs ablatiuus reponatur: vt legatur: & ijs plerũq;. ¶ Qđ est infinitũ & superiora. Hic quidẽ corrupte. In alijs vero exemplaribus castigate legitur superuacuũ non autem superiora.

ASCENSIVS.

¶ Præterea de cõtradictionibus. Sic Vall. sed melius Ald. vt Rap. in contradictionibus reposuit. Ego tñ puto de cõtradictionibus in margine scribendũ inscitia librarij insertũ. Vinctũ adseruatũ: sic Val. & Ald. Raph. aũt codex habuit obseruasse. Qđ est vtiq;. sic & Valleñ. sed Aldus pro vtiq; vtile impressit. Communeq; prior dicit cõtrariũ facit. Est eñ cõtrariũ quo &c. sic Val. & Ald habet Valleñ. codex in gtõ Egnati p Egnatij: more antiquo. Adnotauit aũt Ciceronẽ dũ esset iunior aliqñ ĩ vitia illa q̃ Fabius enumerat incidisse: vt pro Quintio & pro Sex. Roscio. & Lactantiũ nõ raro. Habet Nã quidã etiam foro sine in: Item Etenim: vbi Aldus Raph. sequntur: & ego vtrũq; non inuitus. habet præterea et scilicet: vbi alij Et si licet &c. Cætera habet vt Raphael reponit.

¶ Itaq; illę repręhẽsiones: aut obscuritatis: qualis in Rullũ fuit: aut infantiæ in dicẽdo: qualis in Pisonẽ: aut inscitiæ rerũ: verborũq;: & insulsitatis etiã: qualis in Antoniũ est, accõmodãtur iustis odiis: suntq; vtiles ad cõciliandũ iis: quos inuisos facere volueris, odiũ. Alia respondẽdi patronis ratio: & aliquãdo non eorũ ratio modo: sed vita etiã: vultus deniq;: incessus: habitus recte incusari solet. Vt aduersus Quintiũ Cicero: nõ hæc solum: sed ipam etiã ptextã demissam ad talos insectatus est. Presserat eñ turbulẽtis cõcionibus Cluẽtiũ Quintius. Nõnũq̃ eleuãdæ inuidiæ gratia: quę asperius dicta sunt: eludũtur: vt a Cicerone Triarius. Nã cũ Scauri columnas per vrbẽ plaustris vectas esse dixit. Ego porro inqt: qui albanas habeo columnas: clitellis eas apportaui. Et magis hoc in accusotores cõcessum est: quibus cõuiciari aliquãdo patrocinii fides cogit. Illa vero aduersus oĩes & recepta: & nõ inhumana cõquestio: si callide qd acuisse: breuiasse: obscurasse: distulisse dicitur. Defensionis quoq; pmutatio repĥẽditur sæpe: sicut Accius aduersus Cluẽtiũ Aeschines aduersus Ctesiphontem. Cũ ille Ciceronẽ lege vsurũ modo: hic minime de lege dicturũ Demosthenẽ q̃rit. Declamatores vero in primis sunt admonẽdi: neu cõtradictiões eas ponãt: qb⁹ facillime respõderi possit: neu sibi stultũ aduersariũ fingãt. Facim⁹ aũt q maxime vberes loci: popularesq; sentẽtię nascunt: materiã dicẽdi nobis quo volum⁹ ducẽtib⁹: vt nõ sit ille inutilis versus. Nõ male rñdit: male eñ prior ille rogarat. Fallet hęc nos ĩ foro cõsuetudo: vbi aduersario nõ ipsi nobis respõdebimus. Aiũt Acciũ interrogatũ: cur causas nõ ageret: cũ apud eũ in tragoediis tãta vis esset optime rñdendi: optime hãc reddidisse rationẽ: q illic ea dicerent: q̃ ipe vellet: in foro eẽnt dicturi aduersarii: q̃ minime vellet. Ridiculũ est ergo in exercitationib⁹: q̃ foro pparant pri⁹ cogitare qd rñderi: q̃ qd ex diuerso dici possit. Et bon⁹ pceptor nõ min⁹ discipulũ laudaf debet: si qd p diuersa: q̃ siqd p sua pte acriter excogitauit. Rursus aliqd in scholis pmittẽdũ semp: in foro raro. Nã loco a petitore prio cõtradictõe vti: q possum⁹: vbi vera res agit: cũ aduersari⁹ adhuc nihil dixerit! Incidũt tñ pleriq; ĩ hoc vitiũ: vel cõsuetudine declamatoria: vel ẽt cupiditatę dicẽdi: dãtq; de se rñdẽtib⁹ venustissimos lusus: cũ mõ se ve

Rephensio inimicum decens.

Patronum decens.

Eludenda.

Accusatorẽ decens.

Omnes decens.

Declamãdi & vere agẽdi discrimẽ.

Accij respõsum.

¶ Qualis in Rullũ. Cicero in Rullum sic scribit. Concionem in primis aduocari iubet. Sũma cum expectatione concurritur. explicat orationẽ sane longam: & verbis valde bonis: vnũ erat quod mihi vitiosum videbatur: q tanta ex frequentia inueniri nemo potuit: qui intelligere posset quid diceret. Hoc ille: vtrũ insidiarum causa fecerit: an hoc genere eloquentiæ delectetur: nescio. ¶ Qualis in Pisonem. Ciceronis in Pisonẽ verba sunt hæc. Pauci ista tua luculenta vitia nouimus, pauci tarditatem ingenij: stuporem: debilitatẽq; linguæ: nunq̃ erat audita vox in foro: nũq̃ periculum factum consilij: nullum non modo illustre: sed ne notum quidem factum: aut militiæ: aut domi. ¶ Qualis in Antonium. Secunda in Antonium actione hæc leguntur. Iam inudeo magistro tuo: qui te tanta mercede: quantam iam proferam: nihil sapere docuit. Quid est minus non dico oratoris: sed hominis: q̃ obijcere aduersario: quod ille si verbo negarit: longius pgredi non possit qui obiecerit! & quæ sequũtur. ¶ Vt aduersus Quintiũ Cicero. Quintius iste tribun⁹ plebis fuit. qui turbulentis cõcionibus Cluentium vexauerat: In eum pro Cluẽtio hæc quoq; Cicero dixit. At q idẽ quãto in odio postea suis illis ipsis fuit: p quos in altiorẽ locũ ascenderat:

ro nihil dixisse: nec tam stulte dicturos: modo bene admonitos ab aduersario: & agere gratias: q adiuti sint: iocantur. Frequentissime vero id qđ firmissimū est: nūq̄ iis responsurū aduersariū fuisse: quæ proposita nō essent: nisi sciret: illa vera esse: & ad fatēdū cōscientia esset impulsus: vt pro Cluentio Cicero. Nā hoc p sępe dixti: tibi sic renūciari: me habere in animo causam hāc p̄sidio legis defendere: ita ne est! ab amicis imprudentes videlicet prodimur: & est nescio quis de iis: quos amicos esse arbitramur nobis: qui nostra cōsilia ad aduersariū deferat. Quisnā tibi hoc renūciauit! quis tā improbus fuit! cui autē ego narraui! nemo (vt opinor) in culpa est: nimirū tibi istud lex ipsa renunciauit.

ℂ Itaq; illę rephēsiones aut obscuritatis &c. aut infantię &c. sic legendū puto vt repetał particula aut: quæ sola in capite poni recusat. Sane q̄ Raph. adnotauit Vallen̄. codex habet oīa: nisi q dixti scripsit: vbi ille dixisti reposuit. Sane Ald⁹ Acciū geminato cc scribit: quem sequar q Acti dure sonet.

neq; iniuria. Facite enim vt non solum mores eius & arrogantiam: sed etiam vultum: atq; amictū: atq; illam vsq; ad talos demissam purpurā recordemini & quę sequūtur. ℂ Nō vnq̄ eleuandæ inuidiæ gratia: Nūq̄ legendū est: ne sensus in contrariū puertatur: ac Fabius a seipso dissentire videał hoc modo: Nō nū q̄ eleuandę inuidię gratia. ℂ Illa vero aduersus oēs: & recepta: & non humana cōquestio. In pticula ascribēda videł: vt legał nō inhumana. Talis eñ cōquestio humana est. ℂ Si calli delqd aquisse breuiasse. ℂ Quis nulla videtur exēplaria quæ mihi suffragētur. Tacuisse tamē ita mihi legendū esse videtur vt breuiasse. ℂ Sicut Appius aduersus Cluentiū: Cluentij accusator nō Appius: sed Accius a Cicerone vocał. Sic eñ inqt. Nūc quoniā ad oīa: q̄ abs te dicta sunt. T. Acci de Oppianici damnatione respōdi: ꝯfiteare necesse est: te opinione multū fefellisse: qđ existimaris me causam A. Cluentij nō facto eius: sed lege defensurū. Nā hoc sępe dixisti: tibi sic renūciari: me habere in animo causam hāc p̄sidio legis defendere. Ita ne est! Ab amicis videlicet imprudētes prodimur: & est nescio qs de ijs quos amicos nobis arbitramur: q nostra cōsilia ad aduersariū deferat. Quisnā hoc tibi renūciauit! quis tā improbus fuit! Cui ego aūt narraui! Nemo: vt opinor: in culpa est. Sed nimirū tibi istud lex ipsa renūciauit. Sed nū tibi ita defendisse videor: vt tota in causa mētionē nullā fecerim legis! & q̄ sequūtur: ex qb⁹ apte colligił quomō pmutatio defensionis sępe rephēdał. Sed aptius adhuc ex ijs q̄ Aeschines in Demosthenē a iudicibus petit. Sic. n. inqt: vt Leonardi Aretini potius: q eā orationē nup interp̄tatus est verbis vtar: q̄ græcis: q̄ quia a librarijs nō pcipiūtur: facile corrūpunł. Q si vobis audire placet Demosthenē: iubete ip̄m eūdē ordinē in excusando seruare quē ego in accusando. Nō eñ vitā Demosthenis prius discussi: neq; publica eius crimina: q̄q̄ vberē ad dicendū haberē materiā enodaui. Sed primo leges ostēdi: vetātes eū coronari: qbus red dēdis rationibus publice administratorū obnoxius esset. Deinde Ctesiphontē decreuisse coronā Demostheni de hoc ipso obnoxio redargui: nec ascripsisse cū rationē reddiderit. Sed vos: ac leges oino ꝑuipēdisse. Futuras etiā cauillationes aduersus ista dicēdas refutaui: quarū: vt memineritis oro. Secūdo vobis narraui leges de p̄conijs faciēdis: qb⁹ aperte cauetur: ne is q a populo coronatur: extra cōcionē pronūcietur. Ctesiphon aūt nō legē solū t trāsgressus: sed tēqus: & locū p̄conij faciēdi: nō in cōcione sed in theatro: neq; dū concio habereł: sed dū tragœdiæ agerētur pronūciari coronādū decreuit. Post hæc pauca de priuatis criminibus. multa de publicis locutus sū. Eodē igił ordine respōdere Demosthenē iubeatis. Ad legē: q̄ de obnoxijs est primū de p̄conijs secūdū: tertiū & maximū: quo dono sit dignus. Q si a vobis petał: vt alio dicēdi ordine vti sibi permittatis: ac in fine orationis suæ responsurū se legibus promittat: ne concedatis: neq; ignoretis hanc esse artē quādā ad iudiciū euertendū. Nō eñ quia tūc respondere velit: sed quia nō habet quid respondeat aliarū rerū iniectione vos in obliuionē rerū: ac criminis adducere conatur: & quæ sequūtur. ℂ Nā hoc p sępe dixi tibi sic renunciari. Dixisti legendū esse non solū ex sensu: sed ex oratione quoq; Cluentiana facile percipi potest.

Ciceron... Acciū v... — Aeschin... tio in D... sthenem...

ℂ At quidā contradictione nō cōtenti: totos etiam locos explicant. Scire se hoc dicturos aduersarios: & ita persecuturos: qđ factum venuste tēporibus nostris elusit Vibius Crispus vir ingenii iucundi: & elegātis. Ego vero inquit ista non dico. Quid eñ attinet illa bis dici! Nonnunq̄ tamen aliquid simile contradictioni poni potest: si quid ab aduersario testationibus compręhensum in aduocationibus iactatum. Respondebimus enim rei ab illis dictæ: non a nobis excogitatę: aut si id genus erit causæ: vt proponere possimus certa: extra quę nihil dici possit: vt cum res furtiua in domo depræhensa sit: dicat necesse est reus: aut se ignorante illatam: aut depositam apud se: aut donatam sibi: quibus omnibus etiā si proposita nō sint: responderi potest. At in scholis recte: & † probationibus & cōtradictionibus occurre-

Stulte p̄occupātes taxat.

Quādo contradictionib⁹ vt veris vtiliceat.

interpellationibus.

ℂ Quod factū venuste tēporibus nostris elusit Vibius Crispus vir ingenij iucundi: & elegantis. Huius Crispi dictum venustū refert Suetonius in vita Domitiani his verbis. Inter initia principat⁹ quotidie secretum sibi horarū sumere solebat: nec quicq̄ aliud q̄ muscas captare ac stylo p̄acuto configere: vt cuidam interrogāti. Est ne qs intus cū Cęsare: non absurde respōsum sit a Vibio Crispo: Ne musca qdem. ℂ Dicat necessarie ē reus:

Vibius. Crispus

mus:vt in vtrũq; locum:id est primũ & secundũ simul exerceamur:qđ nisi fecerimus:nũq̃ vtemur contradictione. Non enim erit cui respondeamus. Est & illud vitiũ nimiũ solliciti:& circa omnia momēta luctantis. Suspectam enim facit iudici causam: & frequenter: quę statim dicta omnē dubitationem sustulissent dilata ipsis praeparationibus fidem qerdunt: quia patronus & aliis crediderit opus fuisse. Fiduciam igitur orator prę se ferat, semperq; ita dicat:tãq̃ de causa optime sentiat. Qđ (sicut oĩa) in Cicerone praecipuũ est. Nam illa summa cura securitatis est similis: tantaq; in oratione auctoritas:vt probationis locũ obtineat dubitare nobis non audentibus. Porro qui scierit:qd pars aduersa:quid nostra habeat valentissimũ: facile iudicabit: quibus maxime rebus:vel occurrendum sit:vel instandum. Ordo quidem in parte nulla minus affert laboris. Nam si agimus: nostra confirmanda sunt primũ:tum quae nostris opponuntur refutanda. Si respondemus: prius incipiendum est a refutatione. Nascuntur autem ex iis:quae contradictioni opposuimus: aliae contradictiones. Eunt q; interim longius: vt gladiatorũ manus quae secũdae vocantur:fiunt & tertię:si prima ad euocandũ aduersarii ictum prolata erit. Et quartae si geminata captatio est: vt bis etiam cauere:bis repetere oportuerit. Quae ratio & vltra ducit. Sed illã etiam:quã supra ostendi:simplicem ex affectibus atq; ex affirmatione sola probationē recipit refutatio:qualis est illa Scauri:de qua dixi supra. Quin nescio:an etiam frequentior vbi quid negatur. Videndum praecipue vtriq; parti:vbi sit rei summa. Nam fere accidit:vt in causis multa dicantur: de paucis iudicetur. In his probandi:refutandiq; ratio est:sed adiuuãda viribus dicentis:& adornanda. Q̃libet eñ sint ad docendũ qđ volumus accõmodata:tamē erũt infirma:nisi maiore quodã oratoris spiritu implentur. Quare & illi cõmunes loci de testibus:de tabulis:de argumētis: aliisq; similibus magnã vim animis iudicũ afferũt. Et ii proprii:qbus factũ qdq; laudamus:aut cõtra, iustũ vel iniustũ docemus:maius aut min⁹: asperius aut mitius. Ex his aũt alii ad ꝓbationē singulorũ argumētorũ faciũt: alii ad pluriũ:alii ad totius causae inclinationē. Ex qbus sunt:q prępar ēt animũ iudicis:sunt q cõfirmēt. Sed p̃paratio quoq; aut cõfirmatio aliquãdo totius causae est: aliquãdo ꝑtiũ. Et ꝑinde: vt cuiq; cõueniũt subiiciēda. Ideoq; miror īter duos diuersarũ sectarũ velut duces nõ mediocri cõtētione q̃situ: singulisne q̃stionibus subiiciēdi essent loci:vt Theodoro placet:an prius docēdus iudex q̃ mouēd⁹:vt p̃cipit Apollodorus: tãq̃ perierit hęc ratio media & nihil cũ ipsius causę vtilitate sit deliberãdũ. Hęc pręcipiũt:q ipsi nõ dicũt in foro. Vt artes a securis:ociosisq; cõpositae ipsa pugnę necessitate turbētur. Nãq; oẽs fere q legē dicēdi quasi q̃dã mysteria tradiderũt certis nõ inueniēdorũ modo argumentorũ locis: sed condendorũ quoq; nos p̃ceptis alligauerũt:de quibus breuissime p̃locutus quid ipse sentiã.i.quid praeclarissimos oratores fecisse videam: non tacebo.

Sollicitudinis nimiae vitium.

Fiduciã ꝓ se ferat orator.

Ordo probationis & refutationis in agendo.

Probationē esse solius refutationis.

Quae videnda sint.

Quid quo referatur.

Necesse in aliis exemplaribus recte legitur. ❡ At in scholis recte & plenaribus contradictionibus occurremus. Deprauatum hũc sensum quidam sic emendant: vt pro plenaribus legant interpellationibus. & copula iterum adiecta. Ac isti quidem latinam: elegantemq; dictionē pro inepta inusitataq; reposuerunt: verum sensui minime conuenientem. Quonamq; pacto inter declamandum interpellationibus quis vtatur? cum fere sine aduersario dicatur; & interpellare sit loquentem sermone impedire: ac vt vulgo loquimur: interrũpere? quod quidem & turpe & a bono viro: hoc est ab oratore alienum esse iudicatur. Quonam igitur modo legendum esse dicemus? An vt minimũ a similitudine verbi fere in vetustis exemplaribus descripti recedamus: plenius forsitan a Fabio fuit scriptum? Nam in foro parcius vtendum esse contradictione: in scholis vero plenius & copiosius cõtradictionibus ipsis occurrēdum esse Fabius praecipit: vt pariter: & contradictiones excogitare: & eas soluere assuescamus. hoc enim est in primũ, ac secundum locum exerceri. ❡ Quod sicut in Cicerone omnia pręcipuum est. Verborum ordinem hic esse perturbatum facile autum sensu diiudicatur. In ordinem autem sic rediguntur. Quod (sicut omnia) in Cicerone praecipuum est. ❡ Vt gladiatorum manus: quae secundae vocãtur fiunt & tertiae: si prima ad vocãdum aduersium ictum prolata erit. Euocandum forsitan est legendum. Tametsi hęc gladiatorum consuetudo mihi est ignota. ❡ Sed illam etiam quã supra ostēdi simplicem ex affectibus atq; ex affirmatione sola probationem recipit refutatio. Pro affirmatione legendum esse asseueratione

ASCENSIVS.

¶ At in scholis recte, & plenaribus & contradictionibus. Sic quoq; Vallen. codex: sed mendose: nec placet qđ Raph. reposuit plenius: nā vult vtriusq; litigātium partes ab vno occupari: nec qđ Aldus supposuit: interpellationib⁹. Quocirca aut petitionib⁹, aut postulationibus, aut probationibus mallem reponere: aut demū propositionibus. Nam cōtendentiū alter proponit alter contradicit: declamatori vtrūq; licet. Si prima ad vocandū. Sic & Vallen. habet: non ad euocandū. Sed illā &c. atq; ex affirmatione &c. Sic & Vallen. & Ald. habet. non asseueratione vt Raph. reposuit. Habet autem Vallen. ad dicendum accōmodata: vbi Ald. secundū Raph. ad docendū. Habet etiam factum quoq;, non quodq;. Caetera vero vt raphael monet.

Eroratio sequabatur: quã cumulum quidã: conclusionem alii vocant. Eius duplex ratio est posita: aut in rebus: aut in affectibus. Rerũ repetitio & congregatio: quæ græce dicitur ἀναϰεφαλαίωσις a quibusdam latinorũ enumeratio: & memoriam iudicis reficit: & totam simul causam ponit ante oculos: & etiam si p singula minus† mouerat: turba valet. In hac q̃ repetem⁹ q̃ breuissime dicenda sunt: & quod græco verbo patet: decurrẽdum per capita. Nã si morabimur: non iam enumeratio: sed altera quasi fiet oratio. Quæ autem enumeranda videntur: cum pondere aliquo dicenda sunt: & aptis excitanda sententiis: & figuris vtiq; varianda: alioqui nihil est odiosius recta illa repetitione: velut memoriæ iudicũ† diffidentis. Sunt aũt innumerabiles: optimeq; in Verrem Cicero: si pater ipse iudicaret: quę diceret cum hæc probarentur: & deinde subiecit enumerationẽ. Aut cum idem: & in eundem per inuocationem deorũ spoliata a prætore tẽpla dinumerat. Licet & dubitare num quid nos fugerit: & quid responsuri sint aduersarii his & his. Aut quam spem accusator habeat omnibus ita defensis. Illa vero iucũdissima: si contingat aliquod ex aduersario ducere argumentũ: vt si dicas. Reliquit hanc partem causæ: aut inuidia premere maluit: aut ad preces confugit: & merito: cũ sciret hęc: & hæc. Sed nõ sunt singulę species prosequẽdæ: ne sola videãtur: quę forte nunc dixero: cum† occasiones: & ex causis: & ex dictis aduersariorum: & ex quibusdam fortuitis quoq; oriantur. Nec referenda modo nostra: sed postulandum est etiã ab aduersariis vt ad quędam respondeant. Id autem si & actionis superérit locus: & ea proposuerimus: quæ refelli non possunt. Nã prouocare quæ inde sint fortia: non arguentis est: sed monentis. Id vnum epilogi genus visum est plerisq; atticorum: & philosophis fere omnibus: qui de arte oratoria scriptum aliquid reliquerunt. Id sensisse atticos credo: quia athenis affectus mouere etiã per præconem prohibebat orator. Philosophos minus miror: apud quos

Enũeratio.

Moueret.

Diffidenti.

Accusatiões Aduersarij qñ vrgẽdi vt respondeant

Affectus p̃hibentes.

…umeratio.

…dignatio. …nquestio.

…umeratio …d.

vitii est loco affici, nec boni mores videntur: sic a vero iudice auertere: nec conuenire bono viro vitiis uti. Necessarios tamen affectus fatebuntur: si aliter obtineri vera: & iusta: & in commune profutura non possint. Caeterum illud constitit inter omnes etiam in aliis partibus actionis: si multiplex causa sit: & pluribus argumentis defensa utiliter ἀνακεφαλαιώσιν fieri solere. Sicut nemo dubitauerit multas esse causas: in quibus nullo loco sit necessaria: si breues: & simplices fuerint. Haec pars perorationis accusatori: patronoque aeque communis est. Affectibus quoque eisdem fere utuntur: sed rarius hic, ille saepius: ac magis. Nam huic concitare iudices: illi flectere conuenit. Verum & accusator habet interim lachrymas ex miseratione eius rei: quam ulciscitur. Et reus de indignitate calumniae conspirationis vehementius interim queritur. Diuidere igitur haec officia commodissimum: quae plerunque sunt: ut dixi: prooemio similia: sed liberiora: plenioraque. Inclinatio enim iudicum ad nos petitur initio parcius tum admitti satis est: & oratio tota superest. In epilogo vero est: qualem animum iudex in consilium ferat: & iam nihil amplius dicturi sumus: nec restat: quo seruemur. Est igitur utrisque commune conciliare sibi: auertere ab aduersario iudicem: concitare affectus: & componere. Et breuissimum quidem hoc praeceptum dari utrique parti potest: ut totas causae suae vires orator ante oculos ponat. Et cum viderit quid inuidiosum: fauorabile: inuisum: miserabile, aut sit in rebus, aut videri possit: ea dicat: quibus si iudex esset: ipse maxime moueretur. Sed certius est ire per singula. Et quae conciliant quidem accusatorem: in praeceptis exordii iam diximus. Quaedam tamen: quae illic ostendere satis est in peroratione implenda sunt magis: si contra impotentem: inuisum: perniciosum suscepta causa est: si iudicibus ipsis: aut gloriae damnatio rei: aut deformitati futura absolutio. Nam egregie in Vatinium Caluus. Factum inquit ambitum scitis omnes: & hoc vos scire omnes sciunt. Ci. quidem in Verrem etiam emendari posse infamiam iudiciorum damnato reo: dicit quod est unum ex supradictis. Metus etiam: si est adhibendus ut facit idem: hunc habeat locum fortiorem quam in prooemio. Qua de re quid sentirem: alio libro iam exposui. Concitare quoque inuidiam: odium: iram: liberius in peroratione contingit: quorum inuidiam gratia: odium turpitudo: iram offensio iudicis facit. Si contumax, arrogans: securus sit: quia non ex facto modo: dicto ve aliquo: sed vultu: habitu: aspectu moueri solet. Egregieque nobis adolescentibus dixisse accusator Cossutiani Capitonis videbatur: graece quidem: sed in hunc sensum: Erubescit Caesarem timere. Summa tamen concitandi affectus accusatori in hoc est: ut id: quod † obiecit aut quam atrocissimum: aut etiam si fieri potest: quam maxime miserabile esse videatur. Atrocitas crescit ex his: quid factum sit: a quo: in quem: quo animo: quo tempore: quo loco: quo modo: quae omnia infinitos anfractus habent. Pulsatum querimur: de re primum ipsa dicendum: tum si senex: si puer: si magistratus: si probus: si bene de rep. meritus: etiam si percussus sit a vili aliquo: contemptoque: vel ex contrario a potente nimium: vel ab eo a quo minime oportuit. Et si die forte solenni: aut iis temporibus: cum iudicia huius rei maxime exercerentur: aut in sollicito ciuitatis statu. Item in theatro, in templo, in con-

Anacephaleosi etiam alibi utendum. Ubi non utendum.

Praeceptum breue.

Quae in iudice facienda.

obiiciat

Atrocitatis incrementa.

Duci quid dicatur.

Areopagitae mos.

est odiosius recta illa repetitione velut memoriae iudicum diffidentis. ¶ Quis diffidentis quoque legi possit: ut ad oratorem referatur: styli tamen elegantia diffidenti litera s erasa ut legatur exposcere videtur. Id autem & Cice. praecipit: cum inquit. Hoc si semper modo tractabitur perspicue ab omnibus artificio quodam tractari intelligetur. Sin varietate & satietatem & hanc suspitionem vitare poterit. ¶ Illa vero iucundissima: si contingat aliquod ex aduersario dicere argumentum. Ducere mihi recte legi videtur: dicere vero corrupte. Nam duci argumentum: & materia proprie dicitur. Cum aliunde sumitur. ¶ Cum accusationes: & ex causis: & ex dictis aduersariorum. accusationes nihil ad hunc sensum occasiones vero maxime facere videntur. ¶ Quia Athenis affectus. Hoc in primo artis rhetoricae lib. & Aristoteles scribit: quod sic est interpretatum. Quare si quemadmodum in nonnullis ciuitatibus solet: maximeque in iis: quae bonis legibus gubernantur: sic in omnibus quoque iudiciis esset: nihil profecto haberent: quod dicerent. Nam cum omnes ita oportere legibus esse constitutum arbitrentur: quidam etiam vetant: ac prohibent praeter rem quicquam dicere ut & Areopagitae recte id ita putantes. Non enim oportet in iram: aut in inuidiam: aut in misericordiam impellendo a recto iudicem flectere: ne similes ei simus: qui eam: qua usurus sit: prius regulam inflectit. ¶ Ex miseratione eius rei: quem ulciscitur. Aut rei tollendum: aut quam est scribendum: quod sane rectius videtur. ¶ Inclinato enim iudicum ad nos petitur initio. Inclinatio i vocali ascripta pro inclinato legendum est. ¶ Quae patri offuisset. Affuisset quidem hoc est auxilio in iudicio fuisset sensui conuenit: offuisset vero id est nocuisset repugnat.

cione crescit inuidia. Et si nõ errore nec ira: vel etiã si forte ira: sed iniqua ꝙ patri affuisset: ꝙ respõdisset: ꝙ honores cõtra pete ret. Et si pl⁹ etiã videri potest voluisse q̃ fecit. Plurimũ tñ affert atrocitatis modus. Si grauiter: si cõtumeliose: vt Demosthenes ex pte percussi corporis: ex vultu feriẽtis: ex habitu inuidiã Midię q̃rit. Occisus ẽ: vtrũ ferro: an igne: an veneno. Vno vulnere: an plrib⁹. subito an expectatiõe tort⁹: ad hãc ptẽ maxime ptinet.

Inuidiæ.

…mosthenis …usatio in …diam.

¶ Ex habitu inuidiã Medeæ q̃rit. Midiæ scribendũ est. Midiã enim accusauit Demosthenes: ꝙ coronatus pugno ab eo fuisset percussus.

ASCENSIVS.

¶ Rerũ repetitio & ꝯgregatio &c. Sic Vall. & Ald. & inquã nõ etiã habẽt. Itẽ in affectibus: & enumeratio nõ renumeratio: & recta. nã in anacephaleosi: hoc est recapitulatiõe vt vulgo dicũt prius dicta enumerant: nõ numerata renumerant. ¶ Minus mouerat. Sic Ald. sed Vall. moueret habet. Item aptis sentẽtijs. Itẽ diffidẽtis: nec reponã diffidẽti. Itẽ ducere argumẽtũ. Itẽ cũ accusationes: vbi occasiones reposuit Aldus: vt Raph. monuit: ego dubitẽ en occursiones potius scribat. Quę inde sint fortia. Vallẽ. habet quę desint: dubito an legẽdũ sit: q itidẽ &c. Sed rarius hic. s. patronus: posteri⁹ dict⁹ & ita propior dictti. Ille. s. accusator prius noiatus & ita lõgior affectus. Solẽt eñ p hic mõstrari nostra & nobis vicina: p ille & illic &c. a prima & secũda psona distãtia: vt p iste & istic &c. ad secũdã psonã ptinẽtia illiq; vicina. vñ mirũ ẽ qđ sequit. Nã hunc cõcitare iudices: illi flectere cõuenit. Hunc iquã accusatori. Illi vero patrono. Vnde putẽ cõtrario modo legẽdũ sic. Nã illi cõcitare iudices: hunc flectere cõuenit. Nisi forte qa ille accusatorẽ demõstrãs posteri⁹ dictũ est: ideo in relatione patronũ demõstret. Ex miseratione ei⁹ rei quẽ vlciscit: sic Vallẽ. Nec video cur aut rei expũgã aut quã legã: est eñ a ntõ reus: nõ res. miseramur aũt potius reũ q̃ rem. Initio parcius, sic etiã Ald. Vallẽ. autẽ partim: habet. In epilogo vero est. s. sitũ aut positũ: hoc est in potestate epilogi est. Sicut dicimus quãtũ in me est. i. quãtũ possum. Erubescis, sic Vall. aliqui erubescit legũt. Q patri affuisset. sic Vallẽ. sed dubitem an parti potius q̃ patri legendũ sit. eo ꝙ sequitur: ꝙ respondisset, habet etiam Midiæ &c.

¶ Vtitur frequẽter accusator: & miseratiõe: cũ aut eius casum: quẽ vlciscitur: aut liberorũ: aut parẽtũ solitudinẽ cõq̃rit. Etiã futuri tẽporis imagine iudices mouet. Qui maneãt eos casus: q de vi & iniuria q̃sti sunt nisi vindicẽtur: fugiẽdũ de ciuitate: cedẽdũ bonis: aut oĩa q̃cũq; inimicus fecerit pferẽda. Sed sępius id est ccusatoris: auertere iudicẽ a miseratione q̃ reus sit vsurus: atq; ad fortiter iudicãdũ cõcitare: Cui⁹ loci est etiã occupare: q̃ dicturũ: facturũve aduersariũ putes. Nã & cautiores ad custodiã suę religionis iudices facit: & gratiã respõsuris aufert: cũ ea prędicta sunt ab accusatore: iã si p reo petent: non sint noua: vt Seruius Sulpiti⁹ cõtra Aufidiã: ne signatoꝝ ab ipsis discrimen obiiciat sibi, pmonet. Nec nõ ab Aeschine: q̃li sit vsurus Demosthenes actiõe: pdictũ est. Docẽdi interĩ quoq; iudices: qd rogãtibus respõdere debeãt: qđ est vnũ repetitiõis gen⁹. Periclitãtẽ vero cõmẽdat dignitas: & studia fortia: & susceptę bello cicatrices & nobilitas: & merita maioꝝ. Hoc qđ pxĩe dixi: Cicero atq; Asinius certatĩ sunt vsi p Scauro: patre hic: ille p filio. Cõmẽdat & cã periculi: si suscepisse inimicitias ob aliquod factũ honestũ videt: pcipue bonitas: humanitas: misericordia. Iuste. n. tũc petere ea q̃sq; videt a iudice: q̃ alii ipse pstiterit: Referẽda hęc ps quoq; ad vtilitatẽ reip. ad iudicũ gloriã: ad exẽplũ: ad memoriã posteritatis. Plurimũ tñ valet miseratio: q̃ iudicẽ flecti non tñ cogit sed motũ quoq; animi sui lachrymis cõfiteri. Hæc petẽtur: aut ex iis: q̃ passus est reus: aut ex iis: q̃ tũ maxime patit: aut ex iis: q̃ dãnatũ manẽt: q̃ & ipa duplicant cũ dicim⁹: ex qua illi fortuna: & in quã recidẽdũ fit. Affert in iis: momẽtũ & ætas: & sexus: & pignora: liberi dico: & parẽtes: & ppinq. q̃ oĩa tractari varie solent. Nõnũq̃ etiã & ipse patronus has partes subiit: vt Ci. pro Milone. O me miserũ: o te infelicẽ. Reuocare me tu in patriam:

Miserationẽ accusator cõcitat.

Iudices docendi.

Periclitantẽ cõmẽdãtia.

Patron⁹ affectus mouet.

RAPH.

¶ Aut liberorũ aut parẽtũ sollicitudinẽ conqueritur. Solitudinẽ sensus exigit: sollicitudinẽ vero aspnat. ¶ Hoc apud pxime dixi. Apud ppositio hic est ociosa: quare expungenda & loco eius qđ est reponẽdum. ¶ Hęc petentur aut ex ijs: quæ passus est reus aut ex ijs quæ quãtũ maxime patitur. Huius vltimi diuisionis membri verba peruersa hoc modo corriguntur: vt legamus tum loco illius quantũ & q̃ maxime hoc pacto, Aut ex ijs q̃ tũ q̃ maxime patit. ¶ Ex qua illa fortuna: & in quã recidendũ sit. Pro illa legendũ est illi. ¶ Renouare me tu in patriam Milo potuisti. Reuocare emendate legitur in oratione p Milone. ¶ Quales litigatorem decet: vel patronũ. Vnde tamen res mouẽt aut cũ ipsi loquimur aut cũ ipsos loqui fingimus. Tot mendis implicitus est hic locus: vt neq; integer sensus elici possit neq; cõmode emẽdari: nõ ꝙ non videã decent numero plurali esse legendũ. Sed quia nudæ loco illius vnde videtur esse legendũ & ipsas vt referatur ad res nõ ipsos hoc modo. Nudę tamen res mouent: aut cũ

Milo potuisti per hos: ego te in patria per eosdē retinere nō po-
tero? Maximeq; si (vt tūc accidit) nō cōueniēt ei: q accusatur
preces. Nā quis ferret Milonē pro capite suo supplicantē: qui a
se virū nobilē interfectū: quia id fieri oportuisset: fateretur? Er-
go & ille captauit ex illa pstantia animi fauorē: & in locū lachry
Prosopopoeia. marū eius, ipse successit. His pcipue locis vtiles sunt prosopo-
decent poeiæ. i. ficte alienarū personaū orationes: quales litigatorē † de
Ipsi cet: vel patronū: nudæ tamē res mouēt: aut cū † ipsis loqmur:
Affectus ex personis. aut cū ipsas loqui fingimus. Ex personis quoq; trahit affectus.
Non em̄ audire iudex videtur aliena mala deflētes: sed sensum
ac vocē auribus accipere miserorū: quorū etiā mutus aspectus
lachrymas mouet. Qtoq; essent miserabiliora: si ea dicerent ipsi:
tanto sunt quadā portione ad afficiēdū potētiora: cū velut ipso
rū ore dicūtur: vt scēnicis actoribus eadē vox: eadē pnūciatio
plus ad mouēdos affectus sub persona valet. Itaq; idem Cicero:
q̄q̄ pces nō dat Miloni eūq; potius animi pstātia cōmēdat: accō
modauit ei tamē & verba: & cōueniētes etiā forti viro conqstio
nes. frustra ingt mei suscepti labores. O spes fallaces: o cogitatio
Lachrymarū qs mod⁹. nes meas inanes. Nūq̄ tamē debet esse longa miseratio: nec sine
causa dictū est Nihil facili⁹ q̄ lachrymas inarescere. Nā cū etiā
veros dolores mitiget tēpus: citi⁹ euanescat necesse est illa: quā
dicēdo effinximus imago: in qua si moramur: fatigatur lachry-
mis auditor: & requiescit: & ab illo: quē cœperat impetu: ad ra-
tionē redit. Nō patiamur igitur frigescere hoc opus & affectū
cū ad summū pduxerimus: relinquamus: nec speremus fore: vt
aliena quisq̄ diu ploret. Ideoq; cū in aliis: tū maxime ī hac parte
debet crescere oratio. Quia quicquid nō adiicit: prioribus etiā
detrahere videtur: & facile deficit affectus: qui descendit.

ipsi loquimur: aut cū ipsas loqui fingimus. ¶ Tanto sunt quadam portione ad efficiendū potentiora. Afficiendum legatur. ¶ Accōmodauit ei tamen & verba conuenientes etiam viro forti conquestiones. Et copula iterum est ascribēda: vt legatur. Et cōueniētes. ¶ Vt aliena aliquis q̄diu deploret. Q̄ particulā expungendam esse facile sentiet: q nō ignorat q̄ l augumenti significatione nō positiuo: sed superlatiuo copulari solere. ¶ Ideoq; cū aliis. In præpositio ascribatur: vt cū in aliis legatur.

ASCENSIVS.

¶ Aut liberorum aut parētum sollicitudinē cōqueritur. Sic q̄dē Vallen. habet: sed mallem cū Aldo auscultare Raphaeli: vt legā solitudinē. i. destitutionem ab amicis & l solas terras aufugiā. Habet autem recte: aut ex iis quæ tū maxime: vbi non est opus reponere q̄: quia meli⁹ illic ponitur maxime: q̄ illud q̄ maxime sed opinatur Raphael q̄tū sic diuidēdum. Habet etiā ex qua illi fortuna &c. Contra i gratię ac beneficij augmētum dixit Simo Terētian⁹: feci ex seruo vt esses libert⁹ mihi. Habet Reuocare: habet Quales litigatorē decet vel patronū. Nudę tamē res mouēt: aut cū ipsis loquimur: aut cū ipsas loqui fingimus: sicq; Aldus impssit. Forte q decēt minus receptū illi visum est vocabulū: licet ecclesiastici dicāt: talis partus decet deū: dicendo aūt: quales decet: subaudit habere aut afferre: aut s. le verbū. Habet tñ Aldus aut cū ipsi loqmur: forte q loquor tibi: rarū quoq; visum: sed nō aspernādū: vnde Vallen. habet aut cū ipsis. s. reb⁹ loqmur. Et reuera nō videt prosopopoeia nisi aut ad res inanimas loq̄mur: aut eas loq faciam⁹. Legat aūt q̄sq; vt volet: mihi admonuisse visum satis est. Habet Valla ad efficiēdū. s. q̄d volunt potētiora: sed legā afficiendū cū Aldo quoq;. Non sine causa dictū est Nihil facilius &c. Id dictū esse a Cicerone & in rhetoricis & in ptitionib⁹ adnotauit Valla. Vt aliena quisq̄ diu ploret. sic Vallen. Aldus vero impressit: vt aliena mala aliquis diu deploret. Sed sequar Vallen. Nā certū est bona non plorari: & pro quisq̄ diu: videtur suppositum aliquis q̄diu. Habent etiam Vallen. & Ald. cum in aliis &c.

## Adhuc de affectibus mouendis. Cap. II.

Affect⁹ facto mouendi.



Non solū autē dicendo: sed etiā faciēdo quædā
lachrymas mouem⁹: vnde & producere ipsos
qui periclitentur: squalidos: atq; deformes: &
liberos eorū ac parentes instituūt: & ab accu-
satorib⁹ ostēdi cruētū gladiū: & lecta e vulne-
ribus ossa: & vestes sanguine perfusas videm⁹:
& vulnera resolui: ac verberata corpora nudari. Quarū rerum
ingens plerūq; vis est: velut in rem psentē: animos hominū du-
centiū. Et populū Romanū egit in furorem ptexta Caii Cæsa-
ris prolata in foro cruenta. Sciebatur interfectum eum: corpus

RAPH.

¶ Et lecta est vulneribus ossa: e præpositio loco est verbi reponenda videtur. ¶ Velut in rem psentē animos hominū dicentiū. Loco dicentiū legatur ducentiū. Ita nāq; sens⁹ exposcit. ¶ Fuit quōdam inter hæc omnia potentissimū: Cicero in oratione pro Flacco testatur: Murenā se defendentē ob metum ne Catilina remp. occuparet fuisse absolutū. ¶ Equidem repugnātis eas patronoi &

deniq; ipsum impositum lecto erat: Vestis tamen illa sanguine madens: ita repręsentauit imaginē sceleris: vt non occisus esse Cæsar: sed tum maxime occidi videretur. Sed non ideo probauerim: qd factum & lego: & ipse aliquando vidi: depictam tabulam supra Iouem in imaginem rei cuius atrocitate iudex erat cōmouendus. Quæ enim est actoris infantia: qui mutam illam effigiem magis q̄ orationē pro se puter locuturam! At sordes: & squalores: & propinquorum quoq; similem habitum scio pro fuisse: & magnū ad salutem momentum preces attulisse. Quare & obsecratio illa iudicum per carissima pignora vtiq;: si & reo sint liberi: coniunx: parentes vtilis erit. Et deorum etiam inuocatio: velut ex bona conscīētia profecta videri solet. Stratum deniq; iacere: & genua complecti: nisi tamen persona nos: & anteacta vita: & rei conditio prohibebit. Quædam enim tam fortiter tuenda q̄ facta sunt. Verum sic est habēda auctoritatis ratio: ne sit inuisa securitas. Fuit quondā inter hæc omnia potentissimū: quo Lucium Murenā Cicero: accusantibus clarissimis viris: eripuisse præcipue videtur: persuasitq; nihil esse ad p̄sentem rerum statum vtilius q̄ pridie kal. ianuarias ingredi consulatum. Qd genus nostris temporibus totum pene sublatum est: cum omnia curæ: tutelæq; vnius īnixa periclitari nullo iudicii exitu possint. De accusatoribus & reis sum locutus: quia in periculis maxime versatur affectus. Sed priuatæ quoq; causę vtrūq; habent perorationis genus: & illud: qd est ex enumeratione probationū: & hoc: qd ex lachrymis: si aut statu periclitari: aut opinione litigator videtur. Nam in prauis quidē litibus has tragœdias mouere tale est: quale si personā Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Illud ne indignū quidē admonitione: ingens in epilogis meo iudicio verti discrimen: quomodo se dicenti: qui excitatur: accommodet. Nam & imperitia: & rusticitas: & rigor: & deformitas afferunt interim frigus: diligēterq; hæc sunt actori prouidenda. Equidem repugnanteis eos patrono: & nihil vultu cōmotos: & intempestiue ridentes: & facto aliquo vel ipso vultu risum mouentes sæpe etiam vidi: p̄cipue vero cū aliqua: velut scęnice fiunt. Transtulit patronus aliquando puellam: quę soror esse aduersarii dicebatur. (Nam de hoc lis erat) in aduersa subsellia: tāq; in gremio fratris relicturus. At is a nobis præmonitus decesserat. Tum ille alioqui vir facundus inopinatę rei casu obmutuit: et infantē suā frigidissime reportauit. Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit: at ea sępius risum fecit. Nā et ii: quorum officii erat: vt traderēt eā: ignari qui esset epilogus: quoties respexisset patronus: offerebāt palam: et prolata nouissime deformitate ipsa. Nā †senis cadaueri infusa, p̄teritā quoq; orationis gratiā perdidit. Nec ignotū quid Glyconi: cui Spiridion fuit cognomen: acciderit. Huic puer quē in ius productū: quid fleret: interrogabat: ex pædagogo se vellicari respondit. Sed nihil illa contra Cepasios Ciceronis fabula efficacius ad pericula epilogorum.

Infantia.

Squalor preces.

Obsecratio.

Inuocatio. Prostratio.

De priuatis causis.

Ceris cadauer attulerant infusum.

nihil vultu cōmotos. Deprauat⁹ quidē est hic loc⁹. Sed si eos legimus emendatur: vt eos qui excitandi sunt intelligamus: hoc est iudices: qui si oratori repugnabūt: aut intempestiue ridebūt: minime afficient. ¶ Præcipue vero cum aliqua velut scenice fiūt: alias cadūt: hæc duo vltima verba impite satis mihi ascripta fuisse videtur: ab eorū aliquo: q in librorū marginibus scribere solēt q̄ aliter quoq; posse legi putant: librariorū aūt īpitia de margine i cōtextū ipm sunt trāslata. Quare oino sunt eradēda. ¶ Sed nihil illa cōtra Cepasios Ciceronis fabula. Qui illā fabulā videre totā cupit legat p Cluentio orationē in qua ea ē descripta his verbis: agitur cā: paucis verbis accusat vt de re iudicata Canutius incipit lōgo & alte repetito proœmio respondere Cepasius. Primo attēte audiebatur eius oratio. Erigebat animū iā demissum: & opp̄ssum Oppianicus: gaudebat ipse Fabricius: nō itelligebat aios iudicū: nō illi⁹ eloquētia: sed defensionis ipudētia p̄moueri. Posteaq̄ de re cœpit dicere ad ea: q̄ erāt in cā addebat etiā ipse q̄dā vulnera: hęc q̄q̄ sedulo faciebat: tn̄ iterdū nō defendere: sed p̄uaricari accusationi videbat. Itaq; cū callidissime se dicere putaret: cū illa verba grauissima ex intimo artificio deprōpsisset. Respicite hoim fortunas. Respicite dubios: variosq; casus. Respicite. C. Fabritij senectutē, cū hoc respicite ornādæ orōnis cā sępe dixisset: respexit ipse. At illi Ca. Fabritius a subsellijs demisso capite discesserat. Hinc iudices ridere. Stomachari atq; acerbe ferre patron⁹ causam sibi eripi: & se cætera de illo loco Respicite Iudices: nō posse dicere: nec quicq̄ prius est factū: q̄ vt illū persequeretur: & collo obtorto ad subsellia reduceret: vt reliqua posset perorare.

ASCENSIVS.

¶ Non solū aūt dicēdo. Vallen̄. & Aldinus codices habent hic nouū caput cū titulo de affectibus. Sed quia de affectibus egit ab eo fere loco Affectibus quoq; iisdē fere vtunt̄: nō facerē hic nouū caput: sed cū superioribus cōtinuarē: nisi quo in plura capita distinctū sit opus: eo facilius putarem: scirēq; desideraturos Aldinos titulos in fronte op̄is. Et lecta e vulneribus ossa. Sic Vallen̄. Aios hoim ducentiū: sic idē. Q̄ orationē p se &c. Vallen̄. habet pro se. Et sup̄i⁹ paulo: vbi codex Raph. habet. At vestis tn̄ illa &c. nō adscriptū est At: qa redūdat. Quasi si p̄sonā &c. Vallen̄. habet quale si p̄sonā & Eqdē repugnātes eos: nō eas. Et intēpestiue ridētes: sic Val. & bene Aldus tn̄ imp̄ssit residētes. Cū aliqua velut scęnice fiūt: eo in sentētiā Raphaelis: licet Vallen̄. habeat: alias cadūt sed nota quadā expūgēdū indicat̄ s vt sit alia cadūt, q̄ sentētia licet aliqd coloris habeat: nō ē tn̄ recipiēda. Transtulit patron⁹. Exēplū est narrationis velut scenicę: q̄ infelicē sortita est exitū. Alius imaginē &c. Exēplū est eius q imaginē ad mouēdā affectionē imprudēter intulerat. Nā senis cadaueri infusa. Sic quoq; Aldus sed Vallen̄. codex multū cruciatus retinuit: nā ceris cadauer attulerāt infusum. Sic enī in stēmate imagines cereæ locari solebant. Ex pædagogo vellicari. i. a pædagogo pungi aut pilis trahi: qđ faciebat pædagogus vt fleret: patronus autem interrogans quid fleret: sperabat responsurum calamitatem patris.

¶ Omnia tamē hæc tolerabilia quibus actionē mutare facile est. At qui a stylo non recedūt; aut cōticescūt ad hos casus: aut frequētissime falsa dicūt. Inde est enī. Tendit ad vestra genua supplices manus: & hæret in cōplexu liberorum miser, & reuocat ecce me: etsi nihil horū is: de quo dicitur: faciat. Et e scholis hęc vitia: in quibus omnia libere fingimus: & impune: quia pro facto est quicquid volum⁹: nō admittit hoc idē veritas fori. Egregieq; Cassius dicenti adolescentulo. Quid me toruo vultu intueris seuere? non me Hercules inquit faciebā: sed sic scripsisti. Ecce & q̄potuit truculentissime eū aspexit. Illud præcipue monendum: ne quis nisi summis ingenii viribus ad mouendas lachrymas aggredi audeat. Nam vt est lōge vehemētissimus hic cum inualuit affectus: ita si nihil efficit: tepet: quē melius infirmus actor tacitis iudicum cogitationibus: reliquisset. Nam & vultus: & vox: & ipsa illa excitati rei facies: ludibrio etiam plerūq; sunt hominibus: quos nō permouerunt. Quare metiatur: ac diligēter æstimet vires suas actor: & quantū onus subiturus sit: intelligat. Nihil habet ista res medium: sed aut lachrymas meretur: aut risum. Non autē cōmouere tantū miserationem: sed etiā discutere epilogi est propriū: cum oratione continua: quæ motos lachrymis iudices ad iustitiā reducat: tum etiā quibusdā vrbane dictis: quale est. Date puero panē: ne ploret: & corpulento litigatori: cuius aduersarius: item puer circa iudices erat ab aduocato latus. Quid faciā? Ego te baiulare nō possum. Sed hæc tamē nō debēt esse mimica. Ita neq; illum probauerim qui inter clarissimos sui tēporis oratores fuit: qui pueris in epilogum productis: talos iecit in mediū: quos illi diripere cœperunt. Nāq; hæc ipsa discriminis sui ignorantia potuit esse miserabilis. Neq; illum: qui cū esset cruentus gladius eius ab accusatore prolatus: quo is hominē p̄babat occisum subito ex subselliis: vt territus fugit: & capite ex parte velato: cū ad agendū ex turba prospexisset: interrogauit: an iam ille cum gladio recessisset. Fecit enim risum: sed ridiculus fuit. Discutiēdæ tamē oratione huiusmodi scęnę. Egregieq; Cicero: & cōtra imaginē Saturnini pro Rabirio grauiter & contra iuuenē: cuius subinde vulnus in iudicio resoluebatur pro Vareno multa dixit vrbane. Sunt & illi leniores epilogi: quibus aduersario satisfacimus

Miseratio discutiēda. Risum excitantia.

RAPH.

¶ Non me Hercules quid ni faciam. Emēdate hoc in aliis exemplarib⁹ legitur. Nō me hercle inquit faciebam. ¶ Illud p̄cipue monēdū ne quid. d litera in s cōuersa ne quis est legēdum. ¶ Nam vt est longe vehementissimus hic animi inualuit affectus. Loco animi cū temporis aduerbiū est reponendum ¶ Quare metiatur ac diligēter existimet vires suas actor. Aestimet legēdum esse censebit qui qd ęstimare quid existimare significet: nō ignorabit. ¶ Itaq; ne illū p̄bauerim. Quidē particulā styli elegantia exposcit vt legat̄. Itaq; ne illū quidē. ¶ Et capite velato cū id agendū ex turba prospexisset. Hęc q̄dem sic: in aliis vero q̄busdā exēplaribus ad agendū legitur. Sed neutro modo mihi sensus p̄cedere videt̄. Fortasse vero aut ad agentes aut qd ageret̄ qđ mihi magis placet recti⁹ legeret̄. ¶ Forte sit ei⁹ p̄sona talis. Si coniūctio videtur ascribēda vt legatur. Si forte sit eius persona talis. ¶ Cum Domitiæ vxori suæ pecuniaria lite: & in p̄ępositio ascribēda & vxoris lr̃a s adiecta legendū videt̄. ¶ De fortuna quoq;: q̄ vter abūdabat adiecit: vterq; legendū esse apte patet: & vobis pro nobis. ¶ Sūt qui hos μερικοὺσ ἐπιλογουσ vocent quo p̄tē orationē significāt. Per p̄positio ascribēda videtur vt peroratio nem legamus. Nam μερικοὶ ἐπιλογοὶ particulares dicuntur perorationes.

si forte sit eius persona talis: vt illi debeatur reuerentia: aut quũ amice aliquid cõmonemus: & ad concordiã hortamur: qđ est genus egregie tractatũ a Passieno: cũ Domitiæ vxoris suæ: pecuniariam litẽ aduersus fratrem eius Aenobarbũ ageret. Nam quũ de necessitudine multa dixisset: de fortuna quoq; qua vterq; abundabat: adiecit: Nihil vobis minus deest: q̃ de quo cõtenditis. Omnes autem hos affectus: etiã si quibusdã videntur in procemio: atq; in epilogo sedẽ habere: in q̃bus sane sunt frequẽtissimi: tamẽ aliæ quoq; partes recipiunt: sed breuiores: vt cũ ex iis plurima sint reseruãda. At hic: si vsq̃, totos eloquẽtię aperire fontes licet. Nã ex iis: si bene diximus reliqua: possidemus iã iudicũ animos: & cõfragosis: atq; asperis euecti: tota pãdere possu musvela: & cũ sit maxima pars epilogi amplificatio: verbis atq; sentẽtiis vti licet magnificis: atq; ornatis. Tũc est cõmouendũ theatrũ: quũ ventũ est ad ipsum illud: quo veteres tragœdiæ: comœdięq; clauditur, plaudite. In aliis aũt partibus tractãdus affectus erit: vt q̃sq; nascetur. Nã neq; exponi sine hoc res atroces: & miserabiles debẽt. Cũ de qualitate alicuius rei q̃stio est: probationibus vniuscuiusq; rei recte subiũgitur. Vbi vero cõiũctã ex pluribꝰ causam agimus: etiã necesse erit vti pluribus: quasi epilogis: vt in Verrẽ Cicero fecit. Nã & Philodamo: & Nauarchis: & †cruciatis ciuibꝰ Romanis: & aliis plurimis suas lachrymas dedit. Sũt q hos μερικοὺς ἐπιλόγους vocẽt quo partitam perorationẽ significãt. Mihi nõ tã partes eius q̃ species videnſ. Siqdẽ hæc epilogi: & perorationis nomina ipsa aperte satis ostẽdunt: hanc esse consummationẽ orationis.

Ornatis & magnificis ĩ epilogo vtẽdum.

Vbi affectu vtendum.

crucis

ASCENSIVS.

℄ Inde est cãm. Exẽpla sunt eorũ qui dictata domi eo q̃ mutare nesciũt dictẽtes: cum ea quæ ab aliis faciẽda sperarant non fiũt, falsa dicũt: & quæ minime fiũt: fieri ridicule attestanſ. Nõ admittit hoc ideo veritas: addunt quidã fieri. Hic cũ inualuit affectus. Sic Vallen. Et ipsa illa excitandæ rei facies. Vallen. habet excitati rei: vt sit a nõ reus. Vnde Aldus impssit: excitandi rei. Ac diligẽter æstimet vires suas actor: sic quoq; Vallen. nõ existimet neq; auctor: vt impressuz offendi. Sed hæc tñ non debẽt esse mimica. i. mimos decẽtia: sic legendũ est non inimica. Itaq; ne illũ. Vallen. habz. Ita neq; illũ: quo modo nõ desideraſ pticula quidẽ: Sic aũt legẽdũ eẽ pbat qđ sequiſ: Neq; illũ q cũ eẽt eructus &c. vbi Vallen. habet ad agendũ: in eo vt opinor sensus: vt sit ad agẽdã cãm: Aldus tñ id agẽdũ impssit: quomõ malim imprimere id agẽdo. Huiusmodi scænæ. i. scenicę & ioculares actiones. Leniores epilogi. Vallen. habet leuiores. i. faciliores. habet aũt si forte sit eius persona talis &c. Cõ Domitię vxori suæ in pecuniaria lite aduersus fratrẽ eius ęnobarbũ adesset. Sic Vallen. Vbi Aldinus impssit cũ Domitię vxoris suę pecuniariã litẽ aduersus fratrẽ eiꝰ Aenobarbũ ageret: quã lectionẽ sequar potiꝰ q̃ Raphaelis. Plurima sint reseruãda. Vallen. habet: plurima sit res eruenda. Aldus priorẽ sequiſ lectionẽ: vt reseruãda sint recipienda in aliũ locũ. Possidebimus. Vallen. habet possidemus: & melius: qa addiſ iã: & sequiſ possumus nõ poterimus. Et cruciatis ciuibus Ro. Vallen. habet: crucis, et peroationis.

RAPH.

℄ Quis autẽ pars hæc iudicialiũ causarũ sit summa. Diffusius se de vtrisq; affectibus tractaturum pollicetur: ac primũ quantum valeant in animis iudicũ exponit: deinde diuisionẽ affectuũ subiũgit. ℄ Quo nihil maius afferri oranti potest. Sic quidem hic legitur. Recte vero a quibusdam hoc modo, Quo nihil maius afferre vis orãdi potest. ℄ Atq; frugem aliquam perducere queat. Ad præpositio ascribatur hoc modo. Atq; ad frugem aliquã perducere queat. Atq; hæc est qđ dominetur in iudiciis. Hoc & dominaſ legendũ esse nemo nõ videt.

## De diuisione affectuũ: & q̃uo mouendi sunt. Cap. III.



Vãuis autẽ pars hæc iudicialiũ causarum sit summa, pcipueq; constet affectibus: & aliqua de his necessario dixerim: non tamẽ potui: ac ne debui qdẽ locũ istũ in vnã speciẽ cõcludere Quare adhuc opus superest: cũ ad obtinẽda: q̃ volumus, potentissimũ: tũ supradictis multo difficilius mouẽdi iudicũ animos: atq; in eũ: quẽ volumus: habitũ formãdi: & velut transfigurãdi. Qua de re pauca: q̃ postulabat hæc materia: sic attigi: vt magis qđ oporteret fieri: q̃ quo id modo cõseq possimus: ostẽdere. Nũc altius oĩs rei repetẽda ratio est. Nã & per totã (vt diximus) cãm: locus est affectibus: & eorũ nõ simplex natura: nec in trãsitu tractãda: quo nihil afferri maius orãti põt. Nã cętera forsitan tenuis quoq; & angusta ingenii vena: si mõ: vel doctrina: vel vsu sit adiuta: generare: atq; ad frugẽ aliquã pducere queat. Certe sũt: sempq; fuerũt: nõ pa-

Vide Raph. Mouendorũ affectuum laus.

rũ multi: qui satis perite: quæ essent: ꝓbationib⁹ vtilia reperirẽt: quos eqdẽ nõ cõtemno: sed hactenus vtiles credo: neqd ꝑ eos iudici sit ignotũ: atq; (vt dicã qd sentio) dignos a qbus causas diserti docerent: Qui vero iudicẽ rapere: & in quẽ vellet habitum animi posset ꝑducere: quo dicto flendũ: & irascẽdũ esset: rarius fuit. Atq; hoc est: qd dominat̃ in iudiciis: hæc eloquẽtiã regñt. Nãq; argumẽta plerũq; nascunt̃ ex causa: & ꝓ meliore ꝑte plura sunt semper: vt q per hęc vicit tãtũ nõ defuisse sibi aduocatũ sciat. Vbi vero animis iudicũ vis afferẽda est: & ab ipsa veri cõtẽplatione abducẽda mens: ibi ꝓpriũ oratoris opus est. Hoc nõ docet litigator: hoc libellis nõ cõtinet̃. Probationes eñ efficiũt sane: vt causam nostrã meliorẽ eẽ iudices putẽt. Affectus ꝑstãt: vt etiã velint. Sed id: quia volũt: credũt quoq;. Nã cũ irasci: fauere, odisse: misereri, cœperũt: agi iam rẽ suã existimãt: & sicut amãtes de forma iudicare nõ possunt: qa sensum oculorũ ꝑmit amor: ita omnẽ ingrẽdę veritatis rationẽ iudex amittit occupatus affectibus: æstu fertur: & velut rapido flumini obsequit̃. Ita argumẽta: ac testes qd egerint: ꝓnũciatio ostẽdit. Cõmotus aũt ab oratore iudex qd sentiat: sedẽs adhuc atq; audiẽs confitetur. An cũ ille: q plerisq; ꝑorationibus petit̃: fletus erũpit: nõ palã dicta sentẽtia est? Huc igit̃ incũbat orator: hoc opus ei⁹: hic labor est: sine quo cętera nuda: ieiuna: infirma: ingrata sunt. Adeo velut spiritus opis huius atq; anim⁹ est in affectibus. ¶ Horũ aũt: sicut antiqtus traditũ accepim⁹: duæ sunt species: alterã græci πάθοσ vocãt: quã nos recte vertẽtes ac ꝓprie affectũ dicim⁹: alterã ἦθοσ cui⁹ noĩe: vt ego qdẽ sentio: caret sermo Roman⁹: mores appellant̃: atq; inde ꝑs quoq; illa phię ἠθικὴ moralis est dicta. Sed ipsam rei naturã spectãti mihi nõ tã mores significari vident̃: q̃ morũ q̃dã ꝓprietas. Nã ipsis qdẽ oẽs habitus mẽtis cõtinẽtur. Cautiores volũtatẽ cõplecti: q̃ noĩa ĩterꝓ̃tari maluerũt. Affect⁹ igit̃ hos cõcitatos: illos mites: atq; cõpositos eẽ dixerũt. In altero vehemẽter cõmotos: in altero lenes. Deniq; hos imparare: illos ꝑsuadere. hos ad ꝑturbationẽ: illos ab beneuolẽtiã ꝑualere. Adiiciũt qdã peritorũ πάθοσ tẽporale eẽ. Qd vt accidere frequẽtius fateor: ita nõnullas credo eẽ materias: q̃ cõtinuũ desiderẽt affectũ. Nec tñ min⁹ artis: aut vsus hi† leuiores habẽt: viriũ: atq; impetus nõ tãtũdẽ exigũt. In causis vero etiã plurib⁹ versant̃: imo secũdũ quẽdã intellectũ ĩ oĩb⁹. Nã cũ nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractet̃: qcqd de honestis: & de vtilib⁹: deniq; faciẽdis & nõ faciẽdis dicit̃: hoc vocari potest. Quidã cõmẽdationẽ: atq; excusationẽ ꝓpria huius officii putauerũt: nec abnuo esse: ista in hac parte: sed non cõcedo: vt sola sint: qn illud adhuc adiicio πάθοσ atq; ἦθοσ. Sed interim ex eadẽ natura: ita vt illud maius sit: hoc minus vt amor πάθοσ charitas ἦθοσ. Interdũ diuersa inter se: sicut ĩ epilogis. Nãq; πάθοσ concitat ἦθοσ solet mitigare propria tñ mihi vis noĩs & exprimẽda natura est: quatin⁹ appellatione ipa nõ satis significari videt̃: ἦθοσ qd ĩtelligim⁹: quodq; a docẽtibus desideramus: id erit: qd ante omnia bonitate cõmẽ-

Amor excæcat.

Antiquitus. Affectuũ species. Pathos. Ethos.

Leniores.

¶ Et sicut amantes de forma iudicare non possent: quia sensum oculorum premit amor. Possunt vt iudicandi sit modus legẽdum est. Platonis aũt hęc est sententia ὁ τύφλουται γὰρ inquit το φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον. hoc est. Obcęcatur enim amans circa rẽ amatam. ¶ Et velut rapido flumini cõsequitur. Obsequitur legẽdũ est. ¶ Quã nos recte vertentes ac proprie affectũ dicimus. πάθοσ quidem varie transfertur. Quidã eñ nuper passionem nõ sane ab antiqs nomine recepto interpretari cœperunt. Fabius affectum recte verti sentit. Cicero vero in tertio Tusculanarũ libro πάθη esse ꝑturbationes scribit his verbis. Quę græci appellãt πάθη ego poterã morbos: & id verbũ esset de verbo: si in consuetudinẽ nostrã caderet. Nam inuidere: gestire: misereri: lætari hęc omnia græci morbos appellant: motus animi rationi non obtemperantes. Nos aũt hos eosdem motus concitati animi recte: vt opinor perturbationes dixerim⁹: morbos aũt non satis vsitate. Hieronymus quoq; in Esaiam: atq; Danielem scribit πάθοσ perturbationẽ q̃ passionẽ rectius trãsferri. Quos vero affectus Fabius vocat. Cicero interdum perturbationes interdum affectiones appellat. ¶ Nã ipsis qdã oẽs habit⁹ mẽtis cõtinẽtur. Quidẽ legatur nõ quidã. ¶ Cautiores voluptatem cõplecti q̃ noĩa interꝓ̃tari maluerũt voluntatẽ legendũ est: hoc est intellectum ac significationẽ: nõ autẽ voluptatẽ. ¶ Affectus igitur hos concitatos: illos mites: atq; cõpositos esse dixerunt. In hoc quidẽ sensu nihil desiderandũ esse quibusdã forsasse videtur. Sed duo illa ꝟba gręca πάθοσ & ἦθοσ vt ascribãtur: sensus exposcit. Nam Fabius ex quorũdã sentẽtia exponit affectus cõcitatos esse πάθοσ.

Platon dictum

πάθοσ

Morbos mi quæ appella

mites vero ἤθος. Quare mihi sic legēdū videtur vt ascribantur hoc modo. Affectus igitur hos concitatos πάθος illos mites atq; cōpositos ἤθος eē dixerūt. ℂ Hos ad probationē illos ad beniuolentiā ꝑuālere. Probationem sensus aspernatur. Perturbationē vero amplectit. Quare vel refragantibus exēplaribus perturbationē ꝓ probatione legendū esse facile cōtēderim. ℂ Nec tamen minus artis aut vsus hi leuiores habēt. Cuis leuiores quoq; legi possit: tamē leniores: hoc est mitiores magis sensui cōuenire videntur. ℂ Nā cū ex illo: & hoc loco nihil ab oratore tractet: qcqd de honestis: & de vtilibus deniq; faciēdis: & nō faciēdis dicatur: hoc vocari potest. Hic qdē locus adeo est deprauatus vt neq; corrigi: neq; sensus elici possit: nō qa mēdæ aliquæ facile tolli nō possint: vt dicit s litera expūcta legatur. Sed quia aliqd adijci necessariū videtur: qd mutuus facio: nullo præsertim mihi astipulante exēplari. Hāc autem dictionem nisi ascribēdam puto: vt legatur. Nam cum nisi ex illo & hoc loco nihil ab oratore tractetur: quicquid de honestis: & de vtilibus deniq; faciendis: & nō faciendis dicatur: hoc vocari potest. ℂ Nec ab vno esse ista in hac parte. Emendate in alijs quibusdā exēplarib⁹ legitur abnuo pro illis ab vno. ℂ Hi enim ꝑferūt eorū ipsorū: a qbus lędimur charitatē. Se ꝓnomē ascribendū mihi videtur & lædūtur legendū. hoc modo. Hi eñ ꝑ se ferunt eorū ipsorū: a qb⁹ lędunt charitatē. ℂ Sed motus adhuc minoris: veniā petere adolescentię defendere amores nonnūq̄. Hic distinguendū est alioq sensus cōfundūtur. ℂ Sed nō his locis tātū: verū aliquāto magis proprię sunt virtutis simulationis satisfaciendi: rogandi. Mēdæ ex hoc loco sic tolli

dabitur: nō solū mite ac placidum: sed plerūq; blandū: & humanū: & audiētib⁹ amabile: atq; iucūdū: in quo exprimēdo summa virtus ea ē: vt fluere oīa ex natura rerū: hominūq; videant: quo mores dicētis ex oratione perluceāt: & quodāmodo agnoscant: qđ est sine dubio: inter cōiūctas maxime personas: quoties perferimus: ignoscimus: satisfacimus: monemus procul ab ira: ꝓcul ab odio. Sed tamē alia patris aduersus filium: tutoris aduersus pupillū: mariti aduersus vxorē moderatio est. Hi eñ † ꝑferūt eorū: a qbus lædūtur: charitatē: neq; alio modo inuisos eos faciūt: q̄ q amare ipsi vidētur. Alia cū senex adolescentis: alia cū conuiciū honestus inferioris fert. Hic eñ tantū concitari: illic etiam affici debet. Sunt & illa ex eadē natura: sed motus adhuc minoris: veniā petere, adolescentiæ defendere amores. Nonnūq̄ etiā lenis alieni caloris derisus ex hac forma venit. Sed non his a locis tantum: verum aliquāto magis proprię sunt virtutes simulationis: satisfaciendi: rogandi: & εἰρωνεία quę diuersum ei qđ dicit: intellectum petit. Hinc etiam ille maior ad concitandum odiū nasci affectus solet: cum hoc ipso: quo nos aduersariis submittimus: intelligitur tacitę impotentię exprobratio. Nāq; eos graues: & intolerabiles id ipm demōstrat: q cedim⁹. Et ignorāt cupidi maledicēdi: aut affectatores libertatis plus iuidiā q̄ cōuiciū posse: nā inuidia aduersarios: cōuiciū nos iuisos facit. Ille iā pene medius affectus est ex amoribus: & ex desideriis amicorū: & necessariorū. Nā & hoc maior est: & illo minor. Non parū significāter etiā illa in scholis ἤθη dixerimus: qbus plerūq; rusticos supstitiosos: auaros timidos: secūdū cōditionē ꝓpositorum effingimus. Nā si ἤθη mores sunt: cū hos imitamur ex his ducimus orationē. Deniq; hoc oē, bonū & comem virū poscit: q̄s virtutes cū etiā in litigatore debeat orator, si fieri pōt, approbare: vtiq; ipē: aut habeat aut hēe credat. Sic ꝓderit plurimū causis: qbus ex sua bonitate faciet fidē. Nā q dū dicit: mal⁹ videt: vtiq; male dicit. non. n. videt iusta dicere: alioq ἦθος videret. Quare & ipm ēt dicēdi gen⁹ i hoc placidū debet eē: ac mite: nihil supbū nihil elatū saltē ac sublime desideret. Proprie: iucūde: credibiliter dicet sat ē. Ideoq;: & medi⁹ ille orōnis mod⁹ maxime cōuenit.

pręseferunt.

Ironia.

Inuidia.
Cōuiciū.

ℂ Quare adhuc opus superest. i. opera labor & negocyū restat cū. s. ita sit q potētissimum: tū supradictis difficilius multo: opus videlicet mouēdi animos iudicū &c. Quo nihil afferri maius oranti potest: sic etiā Vallēsi. habuit: sed repositū nescio a quo vt Raph. vult quē etiā Ald. sequit. Ego antiquā lectionē teneā; vt dicat id oranti difficillimū. Nā cætera forsan &c. hoc eñ veterem ꝓbat lectionē. Atq; ad frugē: potest legi: adq; frugē. Habet Vallēsi. atq; hoc est. Et ab ipsis veri cōtemplatione abducenda mens: ibi propriū oratoris opus est. Qđ si est nescio qūo orator vir bonus sit q a vero abducit: & ad falsum credendū inducit. Hoc causarū libellis: nō est Vallēsi. causarū: nec eē vt opinor debet: nā de libellis rhetoricis per cōtēptū loquitur. Sed ipsum rei naturam spectanti hi: lego spectanti quia sequitur mihi. Affectus igitur hos. s. quos græci πάθη dicūt: cōcitatos: illos. s. quos ἤθη vocāt: quæ tñ vocabula non sunt ascribenda: quia vt dicit Seruius pronomina pro noībus nō cū noībus sunt ponēda. Neq; Aldus adscripsit. Scribā ēt cū Vallēsi. leuiores. i. minoris momēti: poti⁹ q̄ leniores: vt Raphael monet. Hi eñ ꝑ ferūt eorū ipsorū a qb⁹ lędunt charitatē. Sic Vallēsi. hʒ. Aldus tñ præ se ferūt impssit: qđ nō damno: sed nō ignoro sępe præ fero pro præ

me fero: & præferunt propriç scferunt a doctis vsurpatum. Addam illud ab Aldo fere Caritatem scribi: neq; id improbem: cũ sit vox latina: nã Χάρισ vnde deductũ volunt prim ã corripit: obseruatũ tñ vt pro pciofo carũ: pro amato charum scribatur. Locũ aũt illũ vbi propriç & virtutes legit Raph. legi cũ Vallen. põt. Sed non his ex locis tñ: verũ aliquãto magis propria sunt virtutis simulationis. satisfaciendi: rogandi & ἱεςωυεια ὁ quæ &c. Quia tamen Aldus Raph. sequitur neminẽ reuocauero ab eius lectione. Nã sic ἤθη. lego cũ Vallẽsi ἤθη: & vt si non sic legatur sensus mihi exposcere videtur. Lego quoq;: quia sic Vallen. habet: medius ille orationis modus.

posse videtur si legatur: virtutes hoc modo: verũ aliquãto magis propriç sunt virtutes simulationis satisfaciendi rogandi. ¶ Secundum conditionem propositionum. Loco propositionum rectius propositorũ legeretur: hoc est thematũ Nam Cicero thema propositum interpretatur: vt Fabius ipse testis est. ¶ Nam si ἤθη mores sunt: cũ hos imitamur: Sic. e. litera ascripta vt legatur sensus exposcit. ¶ Ideoq; & medius ille orationis modus. Loco oratoris legendum esse orationis videtur. Sunt enĩ tres orationis modi qui a græcis characteres dicuntur grauis: mediocris: quem medium Fabius vocat: & attenuatus: qui & humilis vocatur.

Thema quid interpretetur

Orationis modi quot.

Pathos. hic psequitur

Diuersum est huic quod πάθοσ dicitur: quodq; nos affectũ proprie vocamus: & vt proxime vtriusq; differentiã signem: illud comœdiæ hoc tragœdiæ simile. Hæc pars circa iram: odiũ: metũ: inuidiã: miseratione fere tota versat. Quæ quibus ex locis ducenda sunt: & manifestum omnibus: & a nobis in ratione proœmii: atq; epilogi dictum est. Et metum tamen duplicem intelligi volo: quem patimur: & quem facimus: & inuidiam. Namq; altera inuidum: altera inuidiosum facit. Hoc autẽ hominis: illud rei est: in quo & plus habet operis oratio. Nam quædã videntur grauia per se parricidium: cædes: veneficium: quædam efficiẽda sunt. Id autem contingit cũ magnis alioqui malis grauius: esse id quod passi sumus, ostenditur. Quale est apud Vergil. O fœlix vna ante alias priameia virgo: Hostilem ad tumulum troiæ sub mœnibus altis: Iussa mori. Q̃ miser enĩ casus Andromacheç: si comparata ei fœlix Polyxena! Aut cũ ita exaggeramus iniuriam nostram: vt etiam quæ multo minora sunt intoleranda dicamus. Si pulsasses defendi non poteras: vulnerasti. Sed hæc diligentius: cũ ad amplificationem venerimus dicemus. Interim notasse contentus sum: non id solum agere affectus: vt quæ sunt ostendãtur acerba ac luctuosa: sed etiã vt q̃ toleranda haberi solent grauia videantur: vt cum in maledicto plus iniuriæ: q̃ in manu: in infamia plus pœnç dicim⁹: q̃ in morte. Namq; in hoc eloquentiæ vis est: vt iudicem non ad id tantũ cõpellat: in quod ipsi⁹ rei natura duceretur: sed aut qui nõ est: aut maiorẽ q̃ ẽ faciat affectũ. Hæc est illa: q̃ Δεινωσισ vocat: rebus indignis: asperis: inuidiosis: addens vim oratio. Qua virtute: præter † alias: plurimũ Demosthenes valuit. Si mihi tradita sequi præcepta sufficeret: satisfeceram huic parti: nihil eorum: quæ legi: vel didici: quod modo probabile fuit omittendo. Sed mihi in animo est: quç latent penitus ipsa huius loci aperire penetralia: quæ quidem non aliquo tradente: sed experimẽto meo ac natura ipsa duce accepi. Sũma enĩ (quãtũ ego qdẽ sentio) circa mouendos affectus in hoc posita est: vt moueamur ipsi. Nam & luctus: & irç: & indignationis: aliquando ridicula fuerit imitatio: si verba: vultũq; tantum, non etiam animum accommodauerimus. Quid enim aliud est causç vt lugentes vtiq; in recẽ

Metus duplex.

Inuidia duplex.

Grauia p se. Efficienda.

Enei. iij.

Alios.

Penetralia. Affectuũ mouẽdorũ summa.

RAPH.

¶ Vt etiã: quæ multa minora sunt. Multo legendũ esse patet. ¶ Sed hæc diligẽtius: cum ad eã amplificationẽ venerimus dicem⁹ Eã accusatiuus vt cessans videt expũgendus. ¶ Hęc est illa: quæ dinosis vocat Δεινωσισ p ει diphthõgũ a græcis scribitur: transfertur autẽ grauitas: de qua ab Hermogene multa tradũtur. ¶ Irasceretur si nihil ipse qui in iram concitatse: idq; exigit simile patietur. Se pronomen cũ a sensu repellatur: eradẽdum videt. ¶ Siccis agentis oculis lachrymas dabit. Loco agentis: vt agens legat sẽsus exposcit. ¶ Has qsq; bñ cõcepert Quisquis & conceperit mihi videtur legenduz. ¶ Has qdẽ dicunt ἐυφαντασιωτόμ. Qui sibi res: voces: actus: secundũ verum optime finget. Has eradendum esse: atq; hũc reponẽdum aperte: Qui relatiuuz quod sequitur declarat ἐυφαντασιωτὸσ autem dicitur: qui bene aliquid imaginatur. ¶ Nã vt inter ocia animorũ. Corrupte quidẽ sic legitur hic locus. Illam enĩ vt particulã sensus asignatur. Forsitã aũt vel & ipsa monosyllaba loco illius emendate reponeret. exponit enĩ Fabius quo modo facultas imagines concipiendi nobis facile cõtingat ¶ Hoc enĩ vitium ad vtilitatem non transferimus. Transferemus vt futuri sit temporis: cũ interrogatio necest legendũ. ¶ Extrem⁹ deniq; expirãtis hiatus insidet. Citra non negãdi ad-

Dinosis.

ti dolore disertissime quędã exclamare videantur! & ita nonnũ
q̃ indoctis quoq; eloquentiam faciant! q̃ q; illis inest vis mẽtis:
& veritas ipsa morum. Quare in iis: quæ verisimilia esse volu-
mus: simus ipsi similes eorum: qui vere patiuntur affectib⁹: & a ta
li animo proficiscatur oratio: qualem facere iudicem volet. An
ille dolebit: qui audet me cum hoc dicam non dolẽtem! irasce-
tur si nihil ipse: qui in iram cõcitat: idq; exigit: simile patietur!
†Siccis agens† oculis lachrymas dabit! fieri non potest. Nec — *Siccus agen tis oculis.*
incendit: nisi ignis: nec madescimus nisi humore: nec res vlla — *Madesco.*
dat alteri colorem: quem ipsa non habet. Primum est igitur: vt
apud nos valeant ea: quæ valere apud iudicem volumus: af-
ficiamurq;: ãteq̃ afficere conemur. At quo modo fiet: vt afficia
mur! Neq; enim sunt motus in nostra potestate. Temptabo eti — *Motus I no bis excitã di. ratio.*
am de hoc dicere. Quas phãtasias græci vocant: nos sane visio
nes appellemus: per quas imagines rerum absentiũ ita repræsen-
tantur animo: vt eas cernere oculis: ac præsentes habere videa-
mur. Has quisquis bene cœperit: is erit in affectibus potentissi
mus. Hunc quidam dicunt εὐφαρτασιωτὸν: qui sibi res: voces:
actus secundum verum optime finget: quod quidem nobis vo
lentibus facile continget. Nam vt inter ocia animorũ: & spes in
anes: & velut somnia quædam vigilantiũ: ita nos hæ: de quibus
loquimur: imagines persequuntur: vt peregrinari: nauigare: p̃-
liari: populos alloqui: diuitiarum: quas non habemus: vsum vi-
deamur disponere: nec cogitare: sed facere. Hoc animi vitiũ ad
vtilitatẽ† non transferemus! Vt hominem occisum queror: nõ — *Nostram.*
omnia: quæ in re præsenti accidisse credibile est: in oculis habe-
bo! non percussor ille subitus erumpet! non expauescet circũuẽ
tus! exclamabit! vel rogabit! vel fugiet! non ferientem: non cõci
dentem videbo! nõ animo sanguis: & †pallor: & gemitus: extre- — *Pauor.*
mus deniq; expirantis hiatus insidet! Insequetur ἐμάργεια: quæ
a Cicerone illustratio: & euidentia nominatur: quæ non tã dice
re videtur q̃ ostendere: & affectus non aliter q̃ si rebus ipsis in-
tersimus: sequentur. An non ex his visionibus illa sunt! Excussi
manibus radii reuolutaq; pensa: leuiq; patens in pectore vuln⁹
& equ⁹ ille in funere pallantis positis isignib⁹. Quid! nõ idẽ poe
ta penitus vltimi fati cepit imaginem! vt diceret. & dulcis mo-
riens reminiscitur argos. Vbi vero miseratiõe opus erit: nobis
ea: de quibus querimur accidisse credamus: atq; animo nostro
persuadeamus. Nos illi simus: quos grauia: indigna: tristia pas-
sos queramur. Nec agamus rem quasi alienam: sed assumamus
hunc quoq̃ locum esse deprauatũ hinc facile cognosci potest:q̃ non vno legitur modo.In quibusdam enim exemplarib⁹ sic est scriptũ. Quod nõnunq̃ accidit. vt nra crudelitate aliena stultitia erubescamus. Sed ne sic quidem mendæ sunt depulsæ.Mihi vero hoc modo emẽdari posse videtur: vt ni pro nisi loco in prępositionis legatur: ac credulitate ꝑ e prima syllaba scribatur hoc modo. Qđ nũq̃ accidit ni nostra credulitate aliena stultitia erubescamus.⸿ Neq̃ tantũ his ipsis monitoribus clarescit. Ne hinc quidem sensus integer elicietur:nisi pro his hoc legatur. Neq̃ tantum hõc ipsis monitoribus clarescit. Monitores autẽ eos accipiam⁹:quos græci pragmaticos vocant:qui iura ac fori cõsuetudines oratoribus submissa voce suppeditabant.Quibus non esse fidendum Fabius ait:q̃ nõ contenti ipsi:scire:in quib⁹ erret orator:efficiũt clamãtes:vt iudices quoq̃ idem percipiant. ⸿ Et fere extra causaʒ:& plerũq̃ deformia cõuicia facere:ac meren cogit. Fere quideʒ sic legitur: q̃uis sensui nihil congruat Mihi aũt loco eius fert verbuʒ bellissime quadrare videtur: cum presertim vna dũtaxat litera in simillimã immutetur. hoc modo & fert extra causam:Iracũdia nanq̃ hominem a proposito sæpenumero deducit. ⸿ Nec vsq̃ plus loci recipit vrbanitas. Pro illo verbo recipit:si legeretur reperit: magis & sensui & rationi dicendi conueniret. ⸿ Nõ est res animi iacentis & mollis supra modũ frontis: falliq̃ plerũq̃ q̃ probitas vocatur quæ est imbecillitas. Nisi corrigatur hic locus inter se repugnantia continere videbit. Imbecillitas nanq̃ est res animi iacẽtis. Quare loco non aduerbij: nam cõiunctio videtur reponenda: vt legatur. Nam est res animi iacentis. Aliquid autẽ aliud quoq̃ huic

Monitores qui ijdẽ sunt Pragmatici

sensui mihi deesse videtur. Neq; enī hinc percipitur: quæ sit res animi iacentis. ¶ Valet autem vt altercatione. In pręposítio loco vt legatur: vt in quibusdā recti exēplaribus est scriptū. ¶ Et quod volumus efficeret volumus i vocali expūcta legatur. ¶ Nec causa debita tempora. Causæ e vocali ascripta legat. ¶ Omnia tēpora fere parata sunt meditatis diligenter quęq; aut aduerso dici: aut respōderi a nobis possint. Ex pręposítio ascribenda est: vt ex aduerso legatur: idquod in quibusdam exemplaribus scriptum inuenitur. ¶ Potuerat aūt si tempus ad disponendū fuisset. Respondendum sensus integritas expoſcit non disponendū. ¶ Quod appræhendens minus maius aliquid cogat dimittere. Minus cōparatiuū: vt ociosum: ac prorsus superfluū: mihi videtur expungendū. ¶ Vt remedia proinde perseuerent adhibere: vel desinant vt illa recipi vel respui vident. Perinde legendū sit an proinde facile cū plurimum differant: ex sensu percipitur: vt iam quoq; sæpius diximus. ¶ In plerisq; iudex est auocandus: vt dixi: qui circa testes & locos & personas modo distat. Hic locus ita erroribus est confusus vt mihi quidē neq; percipi neq; corrigi possit. ¶ Exercitio vero huius rei. Pro exercitio: vt legatur exercitatio: ne admonendū est quidem. ¶ Cuius rei eadem in argumentis ratio est. Aut in præpositio solum eradēda videt vt legatur. cuius rei eadem argumentis ratio: aut loco eius cum præpositio reponenda. hic modo: cum argumentis.

certoriam: & repositum est decretoriam: in quo Raph. sequat vt Aldus. Similiter in vocabulo iudicijs pro insidijs. Nam & in Vallen. insidijs scriptū est cū tamen in margine adnotatū sit. Illud Venuleij lib. xxij. de testibus. In testimonium accusator citare non debet eū qui iudicio publico reus erit. Hoc. s. probādi officium magis necessariū est. Minores. s. altercantes. Et alijs subijcientibꝰ. licet & pro etiā legi potest tamen etiā apertiorē affert sensum. Præterea licet Vallen. habeat fere extra causam: legam tamen fert. Ad disponēdum sic Vallen. habet: nec Aldus mutauit. Verum vbi oēs legunt potuerat: in Vallen. est potuerit. Et quales facti sunt. Sic quidem omnes hāt: legā tñ libentius: aut fatui: aut fere. Nam fatui a fando dicti quibusdam videntur. Multi in re cōsilij. Vallen. habet in rem. s. ad vtilitatē. Qd appræhendens minus: non est in Vallen. minus: nec Aldus impressit: vnde merito expungendum censet Raph. In plerisq; iudex est auocandus vt dixi q circa testes est locus: Sic in Vallen. est repositū: nisi ꝙ aduocandus est vbi auocandus mihi placet. Sensus autem est vt dixi eo loco qui locus circa testes est. Est in Vallensi Exercitatio. Eadem in argumentis sic & Aldus & Vallen. Raphael tamen aut eadem argumentis aut cum argumentis legendum contendit.

De iudicio & consilio. Cap. VI.



His pro nostra facultate tractatis non dubitassem transire protinus ad dispositionem: quæ ordine ipso sequitur: nisi vererer: ne quoniam fuerunt: qui iudicium inuentioni subiungerent: præteriisse hunc locum quibusdam viderer qui mea quidem opinione adeo partibꝰ operis huius omnibus cōnexꝰ ac mixtus est: vt ne a sententiis quidem: aut verbis saltem singulis possit separari: nec magis arte traditur: q̃ gustꝰ aut odor. Ideoq; nos quid in quaq; re sequendum: cauendumq; sit: docemus: ac deinceps docebimus: vt ad ea iudicium dirigatur. † Præcipuum igitur: ne quid effici non potest: aggrediamur: vt cōtraria vitemus & communia: nequid in eloquendo corruptum obscurūq; sit. Referatur oportet ad sensus: qui non docentur. Nec multum a iudicio credo distare consilium: nisi ꝙ illud ostēdentibus se rebus adhibetur: hoc latentibus: & aut omnino nōdum repertis: aut dubiis. Et ꝙ iudicium frequentissime certū est. † Consilium vero est ratio quędam alte petita: & plerūq; plura perpendens: & comparās: habensq; in se: & inuentionem: & iudicationē. Sed ne hęc quidem pręcepta in vniuersum spectanda sunt. Nam ex re sumitur: † cui locus ante actionem est frequenter. Nam Cicero summo cōsilio videtur in Verrē vel cōtrahere tempora dicēdi maluisse: q̃ in eum annū: quo erat. Q. Hortensius consul futurꝰ incidere. Et in ipsis actionibus primum: ac potētissimū obtinēt locum. Nā quid dicendū: quid tacendū: quid diffitendum sit: exigere consilii est. Negare sit satius: an defendere. † Vbi proce-

Præcipiam

Iudiciū qd distet a Consilio.

Cuius.

RAPH.

¶ His pro nostra facultate tractatis. Eorū cōfutat Fabius in hoc capite opinionem: qui iudicium inuentioni subiunxerunt: q̃ q; oratori consilium sit necessariū ostendit. ¶ Præcipiā communia. Non verb tā tū hoc loco: sed versus quoq; ipsi sunt transpositi: ac perturbati. Sic autem [illegible] nt in ordinem redigendi. Præcipiam igitur ne quod effici nō potest: aggrediamur vt contraria vitemus: & communia: nequid i el[illegible]ēdo corruptū: obscurūq; sit. Referatur oportet ad sensus q non docentur. ¶ Nisi ꝙ illud ostendētibus rebus adhibetur. Se pronomē ascribendum mihi videtur. & si facile suppleri possit: hoc modo ostēdētibus se rebꝰ. ¶ Cuius locus ante actionem est frequenter. Cui mihi magis placet q̃ cuius. ¶ Et ipsis actionibus primum: ac potissimum optinet locū. In pposítio mihi ascribenda videtur. vt legatur & in ipsis actionibꝰ. ¶ Quid diffidēdum sit. sic quidem recte legi putatur. Sed ego vnius literæ mutatione. Diffitendum con-

mio vtendum: & quali. Narrãdum ne: & quomodo. Iure prius pugnandum: an ęquo. Qui sit ordo vtilissimus: tum omnes colores: aspere, an leniter: an etiã submisse loqui expediat. Sed hęc quoq;: vt quisq; passus est locus: monuimus: idemq; in reliqua parte faciemus: pauca tamen exempli gratia ponã: quibus manifestius appareat: qd sit qđ demõstrari posse pręceptis nõ arbitror.

Olynthiaca secunda.

Laudatur cõsiliũ Demosthenis: q cũ suaderet bellũ Atheniensibus parum id prospere expertis: nihil adhuc factum esse ratione monstrat. Poterat enim emendari negligentia. At si nihil esset erratum: melioris in posterum † spei non erat ratio.

Rei.

Olynthiaca tertia.

Idẽ cum offensam vereretur: si obiurgaret populi segnitiem in asserenda libertate reipu. maiorum laude vti maluit: qui rem fortissime administrassent. Nam & faciles habuit aures: & natura sequebatur: vt meliora probanteis: peiorum pœniteret.

Ciceronis arguta l vna oratione cõsilia multa.

Ciceronis quidem vel vna pro Cluẽtio q̃libet multis exemplis sufficeret oratio. Nam quod in eo consilium maxime mirer? primã ne expositionem: qua matri: cui[9] filiũ permebat auctoritas: abstulit fidem? An q idẽ corrupti iudicii crimen transferre in aduersarium maluit q̃ negare propter inueteratam (vt ipse dicit) infamiam? An q in re inuidiosa legis auxilio nouissime est vsus? quo genere defensionis etiam offendisset: nondum pręmollitas iudicum mentes. An q se ipsum inuito Cluentio facere testat[9] est? Quid pro Milone? q non ante narrauit: q̃ prærudiciis omnibus reum liberaret? q insidiarum inuidiam in Clodium vertit? q̃q̃ re vera fuerat pugna fortuita. q factum: & laudauit: & tamen voluntatem Milonis remouit? q illi preces non dedit: & in earum locum ipse successit? Infinitum est enumerare: vt Cottæ detraxerit auctoritatem. Vt pro ligario se opposuerit. Cornelium ipsa confessionis fiducia eripuerit. Illud dicere satis habeo: nihil esse nõ modo in orãdo: sed in oĩ vita, pri[9] cõsilio: frustraq; sine eo tradi cęteras artes: plusq; vel sine doctrina prudẽtiã: q̃ sine prudẽtia facere doctrinã. Apparet etiã orationẽ accõmodare locis: tẽpibus: personis esse eiusdẽ virtutis. Sed hic quia latius fusus est locus mixtusq; cũ elocutiõe, tractabitur cũ præcipere de apte dicendo cœperimus.

Consilioni: hi prius.

contenderim esse emendandu: q̃uis exemplaria huic meæ correctioni non accedant. Est autem diffiteri negare: ac non fateri. ℭ Nẽgare sit satis: an defendere. Satius emendate in quibusdã legitur exẽplaribus. ℭ Ac si nihil esset erratum melioris in posterum rei nõ erat ratio. At particulam sensus exigit non ac: vt superior aduersetur & spei loco rei legendũ videtur. ℭ Nã faciles habuit aures. Et copula eleganter est ascripta in aliis exemplaribus. A vero pręposito est eradenda. hoc modo. Nã & faciles habuit aures: & natura sequebatur. ℭ Nam quid in eo consilium maxime mirer? Quod legendum esse nemo non videt. ℭ Q: non ante narrauit q̃ præiudiciis omnibus rerum liberaret. Reum loco rerum esse legẽdum: qui non videt instruendus grãmaticis reddatur.

Diffit

ASCENSIVS.

Præcipiam igitur &c. Vallen. codex habet. Præcipuum igit &c. Vt sit illud igitur est præcipuum. i. maxime obseruãdũ pręceptũ. q̃ lectio mihi cõcinior videt q̃ Raphaelis: licet Aldus eã sequatur. Sane in Vallen. nihil est inuersum: aut ab ordine quem Raphael sectatur motum. Cuius loc[9] sic Vallen. sed cũ Aldo Raphaele sequamur. Primũ ac potissimum. Vallen. & Ald. habent potentissimũ. idq; sequar. Habent etiam ambo: quid diffitendũ. Itẽ satius sit: non satis sit. Habent ad hoc ambo. melioris in posterum spei: qđ & Raphael cõmẽdat. Taceo q At si non ac si habent. Quinetiam habent. Nam & faciles &c. & quod & Reum: & cætera fere quæ pro magno miraculo se inuenisse iactat. Quinimmo vbi Raphaeli impressum est: vitio quidem impressoris: pugna fortuna: Vallen. & Aldinus codices habent fortuita. Sed vbi etiã Aldus impressit. Aptare etiam orationem &c. Vnus Vallen. habet. Apparet etiam orationem accommodare locis &c. quod sequar: alioqui legam est non esse. quod miror Aldum non animaduertisse. Qui vero consilia Ciceronis & Demosthenis propius inspicere vellet: operęprecium esset eorum orationes sic legere vt intelligat. Quis autem id nõ receperim elegantias sermonis explicare: tamẽ vt hæc pagella oppleatur: meminerit lector: quod ab Laurentio Vallensi diligenter adnotatũ est: Offensam fere actiue significare: hoc est eius esse qui offendit: quapropter dicit auctor: Idem cum offensam vereretur. i. ne populum atheniensem offendat. Vt meliora probanteis: sic scribendum, vt noscatur accusatiui in numero pluratiuo casus. Q̃libet. i. q̃tũlibet multis. Præterea non sine ratiõe dixisse videtur auctor: vt ipse dicit: nõ vt ipse dixit: quia cum scripta exte: eius oratio: toties dicere & tandiu. quoties & q̃diu ea legetur videtur. Sane q dicit Raphael instruendum esse grammaticis: videtur ipse ab illis adhuc instituendus: vt discat quid sit instruere.

Et hæc in Sextum librum.

M.Fabii Quintiliani institutionū oratoriarum liber septimus.
Qui est de dispositione: & primo de eius vtilitate. Cap.I.



E inuentione(vt arbitror) satis dictum est. Neq enim ea demum: quę ad docendum pertinēt executi sumus: verū etiā motus animorū tractauimus. Sed vt opera extruentib⁹ satis non est: saxa: atq materiam: & cætera ædificanti vtilia congerere: nisi disponendis eis collocandisq artificum manus adhibeatur: sic in dicendo q̄libet abundans rerum copia cumulum tantū habeat: atq cōgestum: nisi illas eadē dispositio digestas: atq inter se cōmistas deuinxerit. Nec immerito secunda quinq partium posita est: cū sine ea prior nihil valeat. Neq ēm q̄q fusis oībus mēbris statua fit: nisi collocētur. Et siquā in corpibus nostris: aliorumve animalium partē permutes & transferas: licet † habeat eadē omnia: prodigiū fit tamen. & artus etiā leuiter loco moti perdunt quo viguerunt, vsum: & turbati exercitus sibi ipsi sunt impedimento. Nec mihi videntur errare: qui ipsam rerū naturā: stare ordine putant quo confuso peritura sint omnia. Sic oratio carens hac virtute tumultuetur necesse est: & sine rectore fluitet: & ne cohæreat sibi: multa repetat: multa transeat: velut nocte in ignotis locis errans: nec initio: nec fine proposito, casum potius q̄ consilium sequatur. Quapropter totus hic liber seruiat dispositioni: quæ quidem: si certa aliqua via tradi in omnes materias vllo modo posset non tā paucis cōtigisset. Sed cū infinitę litium formæ fuerint futuræq sint: & tot sæculis nulla reperta sit causa: quæ esset tota alteri similis: sapiat oportet actor: & vigilet: & inueniat: & iudicet: & consilium a se ipso petat. Neq inficias eo quędā esse: quę demōstrari possint: eaq nō omittam.

Dispositiōis Laus.

Habeant.

...xata & loco ...ota mēbra.

...tonicorū ...uo.

Raphaelis Regij in deprauationes libri Septimi oratorię istitutiōis. Quintiliani annotationes.

DE inuētione(vt arbitror) satis dictum est. Dispositiōis vim: laudesq hac breui præfatione ita cōplectitur Fabius: vt inuentionem sine ea nihil fere prodesse ostendat. Totum vero hoc volumen dispositiōi dicauit: de qua etiam copiosius q̄ alius quisq diligentiusq tractat. Et artus etiā leniter loco moti pdūt: quo viguerūt vsū. Leuiter per u scriptum sensui congruit. Leniter autē minime. Neq enim membrorum aliquod leniter: ac citra maximum dolorem loco moueri potest. Membra autem loco mota luxata appellantur. Nec mihi, videntur errare: qui ipsam rerum naturam stare ordine putant: quo confuso pitura sunt omnia. Sint legendum esse ne admonendum quidem est. Platonici autem omnia ordine cōstare putant. Quæ quidem si certa aliqua vi. A vocali ascripta via legēdū est.

ASCENSIVS.

DE inuētione(vt arbitror) satis dictum est. In hac præfatione nullum est parergon: loquitur enim de repsa: ostendens q̄ vtilis q̄q necessaria sit oratori dispositio. Sane nihil reponit hoc loco Raphael, quod non idem sit in Vallēsi codice. Nam & leuiter & sint: & viā: in eo sunt.

De dispositione facienda. Cap.II.



It igitur(vt supra significaui) diuisio rerum plurium in singulas: Partitio singularum in partes: discretus ordo: & recta quædā collatio prioribus sequētia annectens. Dispositio vtilis rerum: ac partium in loco distributio. Sed meminerimus ipsam dispositionem plerūq vtilitate mutari: nec eadem semper primam quæstionem ex vtraq parte tractandam. Cuius rei vt cætera exempla prætercam: Demosthenes quoq: atq Aeschynes possunt esse documento in iudicio Ctesiphōtis diuersum secuti ordinem. Cū accusator a iure: quo videbat̄ potētior cœperit:

Diuisio.

Partitio.

Dispositio.

RAPH.

Sit igitur: vt supra significaui diuisio rerum plurīū in singulas. partitio singularum in partes discret⁹ ordo. & recta quędā: & locatio prioribus sequentia annectens. Cum hic de dispositione pręcipere incipiat Fabius cur ij qui hoc opus in capita putarunt distinguēdum: has definitiones a ꝓlogo non separarint: ac de dispositiōe inscripserint nō video. Illud certe affirmare ausi; aut nusq̄ aut hic quoq caput esse debere: cū hunc

patronus omnia: vel pene omnia ante ius posuerit: quibus iudicem quæstioni legũ præpararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alioqui semper petitoris arbitrio diceretur. Deniq; in accusatione mutua: vt vacuũ se vterq; defendat: priusq̃ aduersarium arguat: omniũ rerum necesse est ordinẽ esse diuersum.

Itaq; quid ego sim.

†Igitur: quod ego sum secutus: quod partim præceptis, partim vsurpatum ratione cognouerã, promam: nec vnq̃ dissimulaui. Erat mihi curæ in controuersiis forensibus nosse omnia quæ in causa versarentur. Nam in schola certa sunt: & pauca: & ante

Themata proposita.

declamationem exponuntur: quæ θέματα græci vocant: Cicero proposita. Cum hæc in conspectu quodanmodo collocaueram: non minus pro aduersa parte: q̃ pro mea cogitabam. Et primum quod non difficile dictu est: sed tamen ante omnia intuendum constituebam: quid vtraq; pars vellet efficere. Tum per quid. Hoc modo cogitabam: quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat: aut controuersum. Si confessum: non poterat ibi esse quæstio. Transibam ergo ad responsum partis alterius: idem intuebar: nonnunq̃ etiam: quod inde obtinebatur: confessum erat. Vbi primũ cœperat nõ conuenire: quæstio oriebatur. Confessum erat: Id tale est. Occidisti hominem: occidi: cõuenit: transeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum inquit cũ adultera occidere licet: legem esse certũ est. Tertiũ iam aliquid videndũ est: in quo pugna consistat. Nõ fuerunt adulteri. Fuerunt: quæstio: de facto ambigitur. Coniectura est. Interim †ergo & tertiũ: cõfessum est, adulteros fuisse.

Vero

Sed tibi inquit accusator illos non licuit occidere. Exul enim eras: & ignominiosus. de iure queritur. At si protinus dicenti, occidisti respondeatur: non occidi: statim pugna est. Sic explorãdũ est: vbi controuersia incipiat: & cõsiderari debet: quæ primã quæstionẽ facit. Intẽtio simplex. Occidit Saturninũ Rabirius. Cõiũcta, lege de siccariis cõmisit. L. Varenus: Nam. C. Varenũ occidendo: &. Cn. vulnerando: & Salarium item occidendo cædit. Nam sic diuersæ propositiones erunt: quod idem de petitionibus dictum sit. Verum ex coniuncta propositione: plures esse quæstiones ac status possunt: si aliud negat reus: aliud defendit: aliud iure actionis excludit. In quo genere agẽti est dispiciendum: quid quo loco diluat. Quod pertinet ad actorẽ. Non

Quid quo loco sit diluendum.

plane dissentio a Celso: qui sine dubio Ciceronem est secutus. Instat tamen huic parti vehementius: vt putet primo firmũ aliquid esse ponendũ: summo firmissimũ: imbecilliora medio: quia & initio mouendus sit iudex: & summo impellẽdus. At pro reo plerũq; grauissimũ quidq; primũ † mouẽdũ est: ne illud spectãs

diluendũ

iudex reliquorũ defensioni sit auersior. Interim tñ & hoc mutabitur: si leuiora illa palã falsa erunt: grauissimi defensio difficilior: vt detracta prius accusatoribus fide aggrediamur vltimũ: iã iudicibus omnia vana esse credẽtibus. Opus erit tñ p̃fatione: qua & ratio reddatur dilati criminis: & p̃mittatur defensio: ne id: q̃d nõ statim diluemus: timere videamur. Anteactę vitę cri-

de dispositione p̃cepta tradere incipiat. Mendæ autẽ ex hoc sensu tolluntur: si & copula iterato posita eradatur: atq; col syllaba loco eius ascribatur: vt collocatio legatur. Exponit vero Fabius differentiã: quæ est inter diuisionẽ: & partitionem: quã etiã in quinto ex Ciceronis sentẽtia attigit. Nam diuisio est generis in species. partitio autẽ est totius in partes distributio. Genus vero plura cõplectitur: vt animal: hominẽ: leonẽ: equũ: & cõplures alias species comp̃hendit. Totũ autẽ res q̃dã est vna: vt statua quæ tamẽ ex pluribus partibus constituit. Docte ergo diuisio dicitur esse rerũ plurĩũ in singulas discret' ordo. Partitio aũt singularũ in partes. De ea vero diuisione copiosissime in hoc libro disserit Fabius: quã græci tũ διαίρεσιν tum παρεγχείρησιν vocãt. Nam singularum constitutionũ q̃stiones in proprios locos diuidit: quibus vnaquęq; cõtrouersia explicatur: qua re nihil vtilius: magis q; necessarium declamare volẽtibus tradi potest. Cæterũ Georgius Trapezuntius de hac diuisiõe latinorũ neminẽ verbũ fecisse scribit: cũ de ea re toto volumine diligentissime p̃cipiat Quintilianus. Cęterum ita sunt fere omnia deprauata: vt minime sit mirandũ: si Trapezuntius homo græcus ea p̃cipere non potuit: q̃ ne a latinis q̃dẽ intelligerẽtur: nisi mendæ forẽt sublatæ. ¶ Cuius rei: vt cætera exẽpla præteream: Demosthenes quoq;: atq; Aeschines possunt esse documento in iudicio Ctesiphõtis diuersum secuti ordinẽ. Quia hic sensus iis p̃ sertim: q nõ legerũt Demosthenis p Ctesiphõte orationẽ: videt fortasse obscurior: paucula q̃b' maxime perspicu' fiat subiicere nõ grauabor. Cũ Ctesiphon Demosthenẽ: vt optime de rep. meritum Dionysiorum die in Dionysii ipsius

Diuisio q̃d quid partiti

Trapezunti liuor.

Demosthe a Ctesipho coronatus.

mina: plerunq; prima purganda sunt: vt id: de quo laturus est sententiam iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoq; pro Vareno Cicero in vltimū distulit: non quid frequentissime: sed quid tum expediret intuitus.

☙ Collocatio in Vallen. est. Sed illud mutua non: qđ tamen quia tantopere ad scribendū Raphael cōtēdit adscripsimus. Habet aūt omniū rerū necesse est ordinē eē diuersum: vbi Raph. diuersum legit: Aldusq; impssit. ☙ Igit qđ ipse sum secutus: qđ partim pceptis ptim vsurpatū ratōe cognouerā promā: sic Vallen. Aldus aūt sic. Igitur quod ego sum secutus qui ptim &c. Raphael vero sic. Itaq; quid ego sim secutus quod ptim pceptis &c. Si nō confessum. Sic Vallen. quoq; sed male: legā ergo vt Raqh. & Aldus. Si confessum, nō poterat ibi esse quæstio. Nōnūq̃ etiā qđ inde obtinebatur. Sic Raphael & Ald. Vallen. tñ qđ inde obijciebatur: habet: Interim ergo & tertiū. Sic Raph. & Aldus: sicq; poti⁹ legā q̃ cū Vallen. Interim ego & tertiū: q̃uis malim legere: Interiꝫ vero & tertiū cōfessū ē. Quid quo loco diluat. Sic manifeste habuit licet sciolus qspiā supscripserit quo ve loco &c, Pręterea ad actorē nō ad doctorē. Primū mouēdū est. sic oēs habēt: legā tñ amouēdū aut diluēdū est. Scribā etiā purgāda licet Vallen. sit ipugnāda.

Theatro in omniū grecoꝝ conspectu: q ad celebranda Dionysia cōuenerāt: coronandū cēsuisset: ab Aeschine Demosthenis inimico fuit accusatus: q diceret eū cōtra leges fecisse. Demosthenē nāq; opi publico pfuisse: neq; vllā reddidisse rationē. Legē aūt extare: q̃ eos: q reddēdis administrationis suæ rationibus obnoxij sint: phibeat coronari. Alterā pterea legem esse: qua cauetur: vt q a populo Atheniensi coronandus cēseatur: in concione coronetur. qui vero a senatoribus in senatu. Alibi aūt nō licere quēq̃ coronandū declarari. Ad hæc laudes: qb⁹ sit Demosthenē prosecutus: falsas esse. Neq; eñ recte ab eo reip. negocya administrati: sed ipm & munera accipere: & multorū maloꝝ ciuitati causam esse Hoc vero ordine vsus est Aeschines: vt primū de legibus ipsis verba faceret: deinde de rep. male administrata. Exigebat aūt vt eodē ordine Demosthenes responderet. Ipse vero a reip administratione initiū sumpsit: & rursus in fine ad eam ex arte orationem cōuertit. In medio aūt quæ legibus ipsis opponenda erant collocauit. Ad illud autem iudicium cōcursus dicitur e tota græcia esse factus: vt scribit Cicero: qui etiam vtrasq; orationes e græco in latinum vertit. Sed temporū infelicitate amissę nuper a Leonardo Aretino fuerunt interpretatæ. ☙ Deniq; in accusatione: vt vacuū se vterq; defendat: priusq̃ aduersarium arguat: omniū rerum necesse est ordinem esse diuersum. Ego aliquid in hoc sensu desidero: quod in exemplaribus non inuenitur: quodq; hactenus huic loco necessariū esse minime est animaduersum: quod sane q̃ grande flagitium est: cum nullus integer sanusve sensus: nisi id quod deest: ascribatur elici possit. Quo nāq; modo in accusatione necesse est rerum ordinem esse diuersum: vt vacuū se vterq; defendat prius q̃ aduersarium arguat? Certe hoc non est necesse cum defensor accusatoris ordinem in respondendo sequi interdum pulcherrime possit. Quonam igitur pacto corrigendus est hic locus? An mutua nomen: vt in illis disputationibus nostris: quæ circūferuntur diximus: est ascribendum? Nam in mutua accusatione: quæ ἀντικατηγορία dicitur: necesse est ordinem esse diuersum. Quare mutua adiectiuum: vel refragantibus exemplaribus ascribendum mihi videtur: legatur: vt Deniq; in mutua accusatione. In mutua nāq; accusatione id est necessarium: quod in simplici accusatione contingens. Sed de hoc vel nimiū: cum ex verbis quoq; ipsius Fabij sic esse legendum diligenter intuenti facile appareat: præcipueq; ex his: quæ inferius de mutua præcipit accusatione. Quo in genere inquit semper prior debebit esse defensio. Primum. quia natura potior est salus nostra q̃ aduersarij pernicies. Deinde q plus habebimus in accusatione auctoritatis si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo q ita demum duplex causa erit: & quæ sequuntur. ☙ Itaq; quod ego sum secutus partim præceptis. partim vsurpatum ratione cognoueram promam. Mendis non vacat hic locus: q̃uis sensus videatur apertus. Emendatur autem si sim legatur: ac quod relatiuum ascribatur hoc modo. Itaq; quid ego sim secutus: quod partim præceptis: partim vsurpatum ratione cognoueram: promam. ☙ Si non cōfessum poterat ibi esse quæstio. Sic quidem & publice quoq; legitur: sed non sine maximo errore qui sane ex ijs quæ sequuntur: facile depræhenditur. Transibam inquit ad responsum partis alterius. Quid enim opus est transire ad responsum alterius partis: si ibi potest esse quæstio? Quęstionis nāq; pars altera vtriq; parti semper est tuenda. Quare illud non aduerbium in tertium locū mihi videtur referendum. hoc modo. Si confessum: nō poterat ibi esse quæstio. ☙ Interim & ego tertium confessum est. Ergo legendum esse ac illi copulæ & præponēdum facile est videre: hoc modo. Interim ergo & tertium confessum est. ☙ Coniuncta. hic distinguendum est. Sic enim intelligitur: coniuncta quæstio est. Statim autem huius exemplum infertur. Lege de sicarijs commisit. L. Varenus. Est autem hæc peculiaris iurisconsultorum locutio lege committere: hoc est in legem. Lege vero Cornelia de siccarijs ac veneficijs tenetur: vt inquit Marcellus ad legem Corneliam: qui hominem occiderit: cuiusve dolo malo incendium factum erit: quive hominis occidendi furtive faciendi causa cū telo ambulauerit. ☙ Aliud a iure actionis excludit: A præpositio mihi excludenda ex hoc contextu videtur. Tunc eñ iure actionis excludimus crimen: quod neq; negari: neq; defendi potest cum aliquo iuris remedio elabimur: vt non videatur iure actio intendi: vt in tertio Fabius ait. ☙ In quo genere agenti est dispiciendū quid quoq; loco diluat. legendum sæpe monui quid quo loco diluat. ☙ Quod pertinet ad doctorem non plane dessentio a Celso. Quidam doctorem in actorem commutant & recte quidem. Nam actor proprie dicitur qui prior agit: siue sit accusator: siue petitor. ☙ Anteactæ vitæ crimina plerunq; prima impugnanda sunt. Ne huic sensui contraria sint: quæ sequuntur: impugnanda expungatur ac eius loco purganda reponatur hoc modo. Ante vitæ crimina plerunq; prima purganda sunt: vt id de quo laturus est sententiam iudex: audire propitius incipiat.

Intētio simplex quō sit tractanda.


¶ Cum simplex intētio erit: videndū est: an vnū aliquid respondeamus: an plura. Si vnū, in re quęstionē instituamus: an in scripto. Si in re negandū sit: quod obiicitur: an tuendum. Si in scripto: in qua specie iuris pugna sit: & in ea de verbis, an volūtate: quæratur. Id ita consequemur: si intuiti fuerimus quæ sit lex quæ litem faciat: hoc est: qua iudicium sit constitutū. Nam quędam in scholasticis ponūtur ad coniūgendam modo actæ rei seriem: vt pater expositum: qui agnouerit: solutis alimentis recipiat. Minus dicto audientem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit: imperat ei nuptias locupletis propinqui: ille ducere vult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectū pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex vna lege quæstio est: vt in ἀντινομίᾳ. His spectatis apparebit circa quæ pugna sit. Coniūcta defensio est: qualis pro Rabirio. Si occidisset recte fecisset: sed non occidit. Vbi vero multa contra vnā propositionē dicimus: cogitandū ex primū quicquid dici potest: tum: ex iis quo quicq; loco dici expediat ordinādū: in quo nō idem sentio: qd de propositionibus paulo ante: quodq; de argumentis probationū loco concessi: aliquando nos incipere a firmioribus. Nā vis quæstionū percrescere debet: & ad potētissima ab infirmissimis peruenire: siue sunt eiusdē generis: siue diuersi. Iuris autē qōnes solent esse nōnūq; ex aliis: atq; aliis conflictationib⁹: facti semp idē spectant: in vtroq; genere similis ordo est. Sed prius de dissimilibus: ex qbus infirmissimū qoq; primū tractari oportet. Ideoq; quasdā qōnes executi donare solemus: & cōcedere. Neq; eñ trāsire ad alias possum⁹: nisi omissis prioribus. Q d ipm ita fieri opoztet: nō vt damnasse eas videamur: sed omisisse: qa possim⁹ etiā sine eis vincere. Procurator alicuius pecuniā petit ex fœnore hæreditario: potest incidere qōo: an huic esse pcuratorē liceat: finge nos postq̃ tractauimus remittere: vel etiā cōuinci. qref, an ei cuius noīe litigat procuratorē habēdi sit ius. Discedamus hinc quoq;: recipit materia qōnē: an ille cuius noīe agit, hæres sit fœneratoris: an ex asse hæres. Hæc quoq; concessa sint. Quęret an debeat. Contra nemo tā demens fuerit: vt id: qd firmissimū duxerit se habere: remittat & ad leuiora transcēdat. Huic in schola simile est. Nō abdicabis adoptatū: vt hūc quoq;, non virū fortē: vt & fortē nō quicūq; voluntati tuę non paruerit: in alia omnia subiectus sit: non propter opinionem: & vt non propter talem opinionē. Hęc iuris quæstionū differentia est. In factis autē ad idē tēdētia sunt plura. Ex qbus aliqua citra summā qōnē remitti solēt: vt si is cū quo furti agitur: dicat: proba te habuisse: proba te perdidisse: proba te furto perdidisse: proba te mea fraude. Priora eñ remitti possunt vltimū non potest. Solebam & hoc facere præcipue: vt vel ab vltima specie (Nam ea fere est: quæ continet causam) retrorsum qrere vsq; ad primā generalē qōnē: vel a genere ad extremam speciem descēderem: etiam in suasoriis: vt deliberat Numa: an regnum offerētibus Romanis recipiat. Primū id est

Defensio seu quæstio coniuncta.

Iuris quæstiones.

¶ Si vnū: iure qōnē instituamus an in scripto. Pro iure in re in qbusdam exēplaribus emēdate legit. ¶ Si iur negādū sit qd obiicitur: aut tuendū. In re hic quoq; p iure & an legendū est loco aut disiūctiuę. hoc modo. Si in re negandū sit qd obiicitur an tuendum. ¶ Et in ea de verbis: ac voluntate q̄ratur. An loco ac copulæ legatur. ¶ Vt in ἀντινομίᾳ hoc est in cōtrariis legibus. Nā græci ἀντινομίαν vocāt qd nos cōtrarias leges appellamus. ¶ Quodq; de argumentis probationū loco concessi. Quid sibi vult illud loco pbationū? Nōne oīa argumēta sunt loco pbationū? ac potius pbationes? An sic est intelligendū loco pbationū hoc est: vbi de pbationibus est tractatum? Nā in quinto hoc idē Fabius tradit his v̄bis. Quæsitū etiā potētissima argumenta primo ne ponenda sint loco: vt occupēt aīos: an sūmo: vt inde dimittāt: an ptīa: primo sūmoq;: vt Homerica dispositōe in medio sint īfirma: aut a minimis crescant. Quę prout ratio causę cuiusq; postulabit: ordinabūt: vno vt ego cēseo excepto: ne a potētissimis ad leuissima decrescat oratio. ¶ Nā ius qōnū: vis legat: vt ptās firmitasq; intelligat. ¶ Finge nos postq̄ tractauim⁹ remittere. Eā ascribam⁹: vt ī aliis legit exēplarib⁹: vt hic quoq; legat eā remittere. ¶ Cōtra nemo tā demēs fuerit: vt cū id: qd firmissimū duxerit se habere & remittat illud: & leuiora trāscēdat. Mēdis scatet hic sensus: q̄ sic qdē posse tolli vident: si cū ac & cōiūctiones atq; illud pnomē expūgātur: ad vero ɔpositio ascribat hoc mō. Cōtra nemo tā demēs fuerit: vt id qd firmissimū duxerit se habere remittat: & ad leuiora transcendat. ¶ Huic i schola sile ē: ñ abdicabis adoptatū: vt hunc quoq;, non virū fortē: vt & fortē nō quicūq; volūtati

Antinon



genus:an regnãdũ:an in ciuitate aliena:an Romę:an laturi sint Romani talẽ regẽ.Similiter & in cõtrouersiis.Optet eñ vir fortis alienã vxorẽ. Vltima species est:an optare possit alienã vxorẽ.Generale est:an quicqd optauerit:accipere debeat:inde an ex priuato:an nuptias:an maritũ habẽtẽ. Sed hoc nõ quẽadmodũ dicitur ita & q̃rit.Primũ eñ occurrit fere:qđ est vltimũ dicendũ:vt hoc:nõ debes alienã vxorẽ optare.Ideoq3 diuisionẽ perdit festinatio.Nõ oportet igitur offerẽtibus se contentũ esse.Quęratur aliqd qđ est vltra,si ne viduã quidẽ:adhuc plus:si nihil ex priuato.vltimũ retrorsum:qđ idẽ a capite primũ est:si nihil iniquũ. Itaq3 propositione visa:qđ est facillimũ: cogitemus: si fieri potest:quid naturale sit primũ responderi.Id si tã q̃ res agatur: & nobisipsis respõdendi necessitas sit: intueri voluerimus: occurrit.Si id nõ cõtigerit: seponamus id qđ primũ se obtulerit: & ipsi nobiscũ sic loquamur. Q3 si hoc nõ esset: id iterũ: & tertiũ:& dũ nihil sit reliq.Itaq3 inferiora quoq3 scrutabimur:q̃ tractata faciliorẽ nobis iudicẽ in summa quæstione facient.

eius nõ paruerit:vt in alia omnia subiectus sit nõ pp̃ter opinionẽ:nõ propter talẽ opinionẽ. Adeo confusus est hic locus:totq3 flagitiis implicitus vt mihi intelligi nõ posse videat̃:nisi emẽdatio aliqd afferat claritatis. Ac primũ qdẽ mẽbrũ recte legit̃:secũdũ vero illud:vt & fortẽ emẽdat̃ si illa vt pticula ex primo in tertiũ locũ trãsferat̃:ac loco eius tuæ legat̃:hoc mõ & fortẽ vt nõ qcũq3 volũtati tuę nõ paruerit. Tertio vero mẽbro quinq3 hæ dictiones mihi deesse vidẽtur:q̃ nisi ascribãtur neq3 sensus integer habebit̃:neq3 figura qua vtit̃ Fabius: custodiet̃. Cũ eñ hæ q̃stiones p gradationẽ explicent̃ necesse est:vt vltima prioris mẽbri verba:in principio sequentis repetãtur:id qđ in prioribus mẽbris factũ ẽẽ patet. Quare in hoc quoq3 tertio mihi superioris mẽbri vltima verba repetẽda videntur:hoc modo:& q nõ paruerit:vt nõ in alia oĩa subiectus sit. Illud eñ non negãdi aduerbiũ hic quoq3 est p̃termissum. Hę vero q̃stiones ad eã spectant causam quam paulo ante exposuit Fabius in quarto membro:vt particula solum desideratur:hoc modo:nõ pp̃ter opinionẽ:vt nõ propter talẽ opinionẽ. ℭ Priora eñ remitti possunt:vltima non possunt. Rectius in quibusdã legitur exemplaribus vltimũ non potest. Omnes enim quæstiones præter vltimam remitti possunt. ℭ Primũ idem genus ad regnandũ. Id est non idem & an loco ad p̃positionis legendũ est hoc modo. Primũ id est genus. An regnandum. Hoc autẽ idẽ & Aristoteles. Topicorum.ij.censet esse faciundũ. Quæret aliquid vltra t litera expuncta:quęre in quibusdam recte legitur exemplaribus.

ℭ Si vnũ in re &c. Sic Vallen̄. & an tuendũ. et an volũtate. et Nã vis quęstionũ. Recipit natura quęstionẽ. in Vallen̄. expuncta dictiõe natura legitur materia: Aldo tamen natura impressa est. Vt hunc quoq3: non virum fortem: vt & fortẽ (hoc est vt demus q etiã fortem) nõ quicunq3 voluntati tuæ nõ paruerit. Et vt (.s. demo q) in alia oĩa subiectus sit:nõ pp̃ter opinionẽ:& vt pp̃ter opinionẽ: non propter talẽ opinionẽ. Sic ptim ex codice Laurẽtiano partim ex aliis mihi legendum videtur. Neq3 legam & fortẽ vt:sed vt & fortem. licet Raph. iubeat. Neq3 legam quære vt Aldus impressit Raphaeli auscultare solitus: sed cũ Vallen̄. sic. Quęratur aliquid quod est vltra: si ne vidua quidẽ: adhuc plus, si nihil ex priuato &c. Ideo autem lego quęratur quia præcessit oportet: præterea si ne viduam quidem recte legi nemo non videt.

ℭ Nõ dissimile huic est: & illud p̃ceptũ: vt a cõibus ad pp̃ria veniamus. Fere.n.cõia generalia sunt. Cõe est:tyrãnũ occidit: pp̃riũ,viriatũ tyrãnũ occidit:mulier occidit:vxor occidit. Solebã & excerpere qd mihi cũ aduersario cõueniret: si mõ id p me erat:nec solũ p̃mere cõfessionẽ:sed ptiẽdo multiplicare:vt ĩ illa cõtrouersia. Dux q cõptitorẽ patrẽ ĩ suffragiis vicerat:captus est. Eũtes ad redimẽdũ eũ legati obuiũ habuerũt patrẽ reuertẽtẽ ab hostib9:legatis dixit:sero itis. excusserũt illi patrẽ: & aurũ in sinu eius inuenerũt:ipsi pseuerarũt ire:quo intẽderãt: iuenerũt ducẽ crucifixũ:cuius vox fuit. Cauete pditorẽ. Reus est pater. Quę cõueniũt? pditio nobis pdita est:& pdita a duce:q̃rimus pditorẽ:te iisse ad hostes fateris:& iisse clam:& ab his incolumẽ rediisse:aurũ retulisse:& aurũ occultũ habuisse. Nam qđ fecit:id nõnũq̃ potẽtius fit in pp̃positione: q̃ si animos occuparit prope aures ipsi defensioni p̃cludũtur. In totũ aũt congregatio criminũ accusantẽ adiuuat:separatio defendẽtem. Solebam id

ℭ Cõmune tyrãnũ occidit. Quis est verbũ elegãter sæpenumero p̃termittat̃: tñ hoc loco mihi ascribẽdũ videtur: vt legamus. Cõe est. ℭ Te isse ad hostes fateris & isse claret. Clam aduerbium sensus exposcit: verbũ vero claret aspernatur. ℭ Quæ si animos occupauit: prope aures ipsi defensioni p̃cludũtur. Occuparit legendũ mihi videtur. ℭ Solebã id qđ fieri in argumẽtis dixi ĩ tota facere materia pp̃positis:extra q̃ nihil esset oĩbus. Sic qdẽ recte legi plerisq3 videt̃: ego vero vt particulã ascribendã puto: & superesset nõ superesse legẽdũ. hoc modo:

quod fieri & in argumētis dixi: in tota facere materia vt ꝓpositis extra q̄ nihil esset oībus, deinde cęteris remotis solū id superesset qd credi volebā: vt in prævaricationū criminib⁹ vt absoluat reus: aut innocētia ipsi⁹ fit: aut interueniēte aliq̄ ꝑtāte: aut vi: aut corrupto iudicio: aut difficultate ꝓbatiōis: aut ꝑuaricatione. Nocētē fuisse cōfiteris: nulla potestas obstitit: nulla vis: corruptū iudiciū nō q̄reris. nulla ꝓbādi difficultas fuit: qd superest: nisi vt ꝑuaricatio fuerit. Si oīa amoliri nō poterā: tñ plura amoliebar. Hominē occisum eē cōstat, nō ī solitudine: vt a latronibus suspicer: nō ꝑdę grā: qa inspoliat⁹ est: nō hæreditatis spe: qa paup fuit. Odiū igit̄ in cā, qs inimicus? Quę res aūt faciliorē diuisioni viā pstat: eadē īuētioni quoq₃ excutere q̄cqd dicit̄ pōt & velut reiectione facta ad optimū puenire. Accusatur Milo: q Clodiū occiderit: aut fecit: aut nō. Optimū erat negare: si nō potest: occidit. Ergo aut iure: aut iniuria. Vtrūq₃ iure: aut volūtate: aut necessitate. Nā ignorātia ptēdi nō pōt. Volūtas anceps est. Sed qa id hoīes putāt: adiūgēda defensio: vt id ꝓ rep. fuerit necessitate: subita igit̄ pugna nō ꝑparata: alter igit̄ insidiatus est. Vter? profecto Clodi⁹. Videsne: vt ipa rerū necessitas deducat ad defensionē? Adhuc, aut vtiq₃ voluit occidere īsidiatorē Clodiū: aut nō. Tutius si noluit. Fecerūt ergo serui Milonis neq₃ iubēte: neq₃ sciēte Milone. At hęc tā timida defensio detrahit auctoritatē illi: qua recte dicebam⁹ occisum. Adiiciet̄ qd suos q̄sq₃ seruos facere voluisset. Hoc eo est vtilius: q₃ sæpe nihil placet: & aliqd dicendū est. Intueamur ergo oīa: ita apparebit, aut id: qd optimū est: aut id: qd minime malū. Propositione aliqñ aduersarii vtēdū: & eē nōnūq̄ cōem eā suo loco dictū est. Multis milib⁹

Vtra ps prior dicere debeat.

versuū scio apud quosdā eē q̄sitū: qūo īuenirem⁹: vtra pars deberet prior dicere: qd ī foro: vel atrocitate formularū: vel modo petitionū: vel nouissime forte diiudicat̄. In schola q̄ri nihil attinet: cū in declamationib⁹ iisdē narrare: & cōtradictiones soluere tā ab actore q̄ a †possessore cōcessum sit. Sed in plurimis con

defensore

Declamatio triū filiorū.

trouersiis ne inueniri qdē pōt: vt in illa. Qui tres liberos habebat oratorē, philosophū, & medicū: testamēto quatuor ptes fecit: & singulas singulis dedit: vnā ei⁹ eē voluit: q esset vtilissim⁹ ciuitati. Cōtendūt: qs primus dicat incertū est: ꝓpositio tamen certa. Ab eo. n. cuius ꝑsonā tuebimur: incipiēdū erit. Et hęc qdē de diuidēdo in vniuersum ꝑcipi possunt. At quo modo īueniemus etiā illas occultiores q̄stiones? scilicet quo modo sentētias: verba: figuras: colores: ingenio: cura: exercitatione: non tñ fere vnq̄ nisi imprudētē fugerint: si (vt dixi) naturā seq ducē velit. Sed pleriq₃ eloquētiæ famā affectātes cōtēti sunt locis speciosis modo: vel nihil ad ꝓbationē cōferētibus. Alii nihil vitātes, ea q̄ in oculos occurrūt exquirēda putāt. Qđ quo facilius appareat

difficillimā

vnā de schola controuersiā nō ita sane †difficilem: aut nouā ꝓponā in exēplū. Qui reo proditionis patri non affuerit exhæres sit. Proditionis damnatus cū aduocato exulet. Reo proditionis patri disertus filius affuit: rusticus nō affuit, damnatus abiit:

vt propositis extra quæ nihil esset oibus. Deinde cęteris remotis solū id superesset qđ credi volebā. ¶ Aut intus veniente aliqua potestate. Interueniente legēdū esse quis non videt? Pręuaricari aūt est vera crimina abscondere vt scribit Marcianus ad senatusconsultū turpilianū. Accusatorum inquit temeritas trib⁹ modis detegitur: & tribus pœnis subiicitur. Aut eñi calumniātur aut ꝑuaricant: aut tergiuersantur. Calūniari est falsa crimina intēdere. Præuaricari est vera crimina abscondere. Tergiuersari in vniuersū₃ ab accusatione desistere. Vlpianus vero de verborum significatione inquit: pręuaricatores eos appellamus: qui causam aduersarijs suis donant: a varicando eñi præuaricatores dicti. Callistratus vero li. xlvij. de ꝑuaricatoribus sic describit. Præuaricator est quasi varicator: qui aduersam partem adiuuat prodita causa sua: qđ nomen Labeo a varia certatiōe tractū ait. Nam qui præuaricatur ex vtraq₃ parte cōsistit. Quin imo ex aduersa. Et velut reiectione facta ad optimū puenire. Similitudo ex iudicijs sumpta est: vbi cum iudices suspecti sunt: reijciuntur partim a reo: partim ab actore. ¶ Multis milibus versuū scio apud quosdam quæsitū esse quo modo inueniremus vtra pars deberet prior dicere. In ea demū hoc præceptū est iudicia, in quibus incertū est vtra pars prior agere debeat. Tria vero ea: esse dicuntur: cum alijs iureconsultis: Tum a Caio libro digestorum quinto de iudicijs: vbi quis agere vel conueniri debeat. In tribus inquit istis iudicijs familiæ herciscundæ: cōmuni diuidundo: finium regundorū queritur quis actor intelligatur: quia par causa omnium videtur. Sed magis placuit: eum videri actorem: qui ad iudiciū prouo

Præuaricari quid sit.

Calūniari & quid tergiuersari.

Tribus iudicijs qs actor dicatur.

cassset Vlpianus aūt subijcit. Sed cum ambo ad iudiciū ꝓuocarint sorte res decerni solet. Quænā aūt eēt ea formularum atrocitas ostendit Iustinianus libro Codicis secundo: titulo de Formulis: & impetrationibus actionū sublatis. Iuris Formulæ inqt aucupatione syllabarū insidiātes cū actorū actibus radicitꝰ amputētur. ℂ At quomodo inuenīemꝰ etiā illas occultatiores q̄stiones? Cū interrogatione est legendū: huic aūt q̄sito statiʒ respōsum infert. ℂ Alij nihil vitare: ac q̄ in oculos occurrūt exquirēdo putāt. Corruptus hic mihi sensus videtur: nō q̄ pro exqrendo nō appareat legēdū esse exquirenda: sed q̄a pro illo infinito vitare: sensus integritas vitātes: & ea pro accopula exigere videtur: hoc modo. Alij nihil vitantes ea q̄ in oculos occurrūt exquirēda putāt. ℂ Actio ꝑ rustico. Actio quidem legitur: sed ago forsitan rectius legeretur: aut actio est mihi.

cum aduocato in exiliū. Rusticus cū fortiter fecisset ꝑmii nomine impetrauit restitutionē patris, & fratris. Pater reuersus intestatus decessit: petit rusticus partē bonorū: orator totū sibi vendicat. Hic illi eloquētes qbusq; nos circa lites raras sollicitiores ridiculi videmur, inuadēt ꝑsonas fauorabiles. Actio ꝑ rustico cōtra disertū: pro viro forti cōtra imbellē: pro restitutore cōtra ingratū, pro eo q parte contētus sit: cōtra eū: q fratri nihil dare ex paternis velit. Quę oīa sunt in materia: & multū iuuāt, victoriā tamē nō tradūt. In hac q̄renē sentētię: si fieri poterit ꝑcipites vel obscuræ. Nā ea nūc virtus est: & pulchre fuerit cū materia tumultu & clamore trāsactū. Illi vero qbus propositū qdē melius: sed cura in proximo est: hæc velut innatantia videbūt, excusatū esse rusticū: q nō interfuerit iudicio nihil collaturus patri: sed ne disertū quidē habere: qd imputet reo cum is damnatus sit. Dignū esse hæreditate restitutorē: non auarū: impium: ingratum: qui diuidere nolit cum fratre: eoq; sic merito.

ASCENSIVS.

ℂ Cōmune est: q̄q̄ est desideratur in Laurētiano: tñ placet ascribi: verū in eoq̄ subditur potius Aldū sequar: q̄ reliquos: Nā vbi oēs habēt: propriū, virum tñ tyrānū vnus Aldus habet Viriatū tyrānū: q̄ mihi vera lectio videtur. Nā q̄stio suboriri potest an Viriatus cēsendus sit tyrannus. Fuit eñ Lusitanus pastor: deinde venator e venatore latro effectus: & mox iusti exercitus dux factus totā Lusitaniā occupauit. M. Ventidiū prætorē fuso eiꝰ exercitu cepit. Cn. Plauciū prætorē fugauit tantūq; terrorē Romanis intulit vt aduersus eū cōsularē ducē & exercitū mitterent: quibus victis tandē a proditoribus consilio Cepionis interemptus est & ab exercitu suo multū imploratus tumulatusq; nobilissime. Vt recitat Liuius. Quocirca apte delegit Viriatū aut eius similē de quo controuersia sit. Proditio nobis prodita est: & prodita a duce: sic Vallen̄. Raph. & prędicta a duce. Aldus bis ꝑdicta impressit: ego Vallen̄. sequar: quia verius proditio prodita q̄ prædicta videtur: non enim prædicta fuit anteq̄ facta: sed prodita post factum. Habet etiam Vallen̄. clā non claret. Habet occupauit vbi; Raph. & Aldus occuparit maline. sed quia sequntur præcluduntur legam occupauit: aut post occuparit præcludantur. Habet ad hoc interueniente: non intus veniente. Vbi vero Ald. & Raph. habent: quicquid dici potest: melius habetur in Vallen̄. quicquid dicitur, potest. At vbi omnes habent: tam ab actore q̄ a possessore: dubitem an legi possit a propulsore aut defensore. Nō ita sane difficillimā: ita quoq; Vallen̄. habet. supra tamē notatū est: difficilē qd sequar. Actio. pro rustico. Sic omnes etiā Aldus: quocirca nō mutem: intelligitur autē: est aut oritur. ℂ In hoc q̄ritur Vall. habet in hac. s. actione. Dignū esse hæreditate restitutorē: non auarum &c. sic solus Vallen̄. reliquis eñ deest negatio: qua omissa penitus inuertitur sententia & ratio. Viriatus.

ℂ Hanc communem omnium legem adornabit: vt iustam: Hic mihi videtur distinguendum: ac leuiter aduerbium ascribendum q̄uis in quibusdam exemplaribus leniter legatur: hoc modo. Hanc cōmunem omnium legem leuiter adornabit: vt iustam. ℂ Nempe sequatur: vt quęramus. Ego hoc sensus initium esse puto: & quidem corruptum: non autem clausulam sensus prioris: vt pleriq; parum certe diligenter intuentes sibi persuadent. Facile vero sic corrigitur: vt sequetur nō sequatur: ac vt loco

ℂ Quæstionē quoq; illam primā scripti & volūtatis † qua nō expugnata, nō sit sequētibus locus. At qui naturā sequeē: illa cogitabit profecto: primo hoc dicturū rusticum. Pater intestatus duos nos filios reliquit: partē iure gentiū peto. Quis tā imperitus! quis tā procul a literis! qn sic īcipiat: etiā si nescierit qd sit propositio! Hāc cōmunē omniū legē leuiter adornabit: vt iustā. Nēpe sequeē, vt q̄ramus: quid huic tā æque postulationi respōdeatur. At id manifestū est. Lex est: q̄ iubet exhæredē eē eū: q patri proditionis reo nō affuerit: tu aūt nō affuisti. Hāc ꝑpositionē necessario seqtur: legis laudatio: & eius q nō affuerit vituperatio. Adhuc versamur in cōfessis: redeat animꝰ ad petitorē: nū qd nō hoc cogitet necesse est: nisi qs sit plane hebes. Si lex obstat nulla lis est inane iudiciū est: atq & legem esse: & hoc, quod puniat a rustico factū, extra dubitationē est. Quid ergo dicemus! Rusticus erā; Sed lex erat, omnes complectitur: nihil proderit. qua de nunc pugna.

Quęramus ergo: num infirmari ĩ aliqua parte lex possit. Quid aliud (sæpius dicam) natura permittit: q̃ vt cum verba contra sint: de volũtate quęratur! Generalis igitur quæstio: verbis an volũtate sit stãdũ. Sed eũ in cõe de iure omni disputãdũ semp: nec vnq̃ satis iudicatũ est. Quærendũ igit̃ in hac ipsa: qua cõsistimus: an aliqd inueniri possit: qd scripto aduersef. Ergo qsqs nõ affuerit: exhæres erit! quisquis sine exceptione! Iã se illa vel vltro offerent argumẽta. Filius infans & æger nõ affuit: & qui aberat: & qui militabat: & q in legatione erat. Iã multũ acti est. Posset aliqs nõ affuisse: & hęres esse. Transeat nũc idẽ ille: q cogitauit: vt ait Cicero: tibicinis latini modo ad disertũ. Vt ista cõcedã: tu nec infans es: nec æger eras: nec absuisti: nec militasti. Nõ aliud occurrit q̃ illud. Sed rusticus sum. Cõtra qd palã est, dicet. Vt agere nõ potueris: assidere potuisti. & verũ est: quare redeũdũ est rustico ad animũ legũ latoris. Impietatẽ punire voluit: ego aũt impius nõ sum. Cõtra q̃ disertus. Tu impie fecisti, inqt cũ exhæredationẽ meruisti: licet te postea: vel pœnitentia: vel ambitus ad hoc genus optionis adduxerit. Præterea ꝑpter te damnatus est pater. Videbaris.n. de causa ꝓnũciasse. Ad hęc rusticus. Tu vero ĩ causa dãnationis fuisti. Multos offenderas. Inimicitias domui cõtraxeras. Hęc cõiecturalia. Illud quoq: qd coloris loco rusticus dicit patris fuisse tale cõsilium: ne vniuersam domũ periculo subiiceret. Hæc prima q̃stione scripti & volũtatis cõtinẽtur. Intẽdamus vltra animũ: videamusq: an aliqd inueniri ꝑterea possit: quo id mõ fiat, sedulo imitor q̃rentẽ: vt q̃rere doceã: & omisso speciosiore illo styli genere ad vtilitatẽ me summitto discẽtiũ. Oẽs adhuc q̃stiones ex ꝑsona petitoris ipsi⁹ duximus. Cur nõ aliqd circa patrẽ q̃rimus! Dictũ vero est: cui quis nõ affuerit: exhęres erit. Cur nõ conamur & hic q̃rere! nũ cuicũq: non affuerit! Facimus hoc sæpe in iis controuersiis: in quibus petũtur in vincula: q parẽtes suos nõ alunt: an eũ: q testimoniũ in filiũ impietatis reũ dixit, an eũ qui filiũ lenoni vẽdidit. In hoc: de quo loquimur patre: qd apphẽdi potest! damnat⁹ est. Nunqd igit̃ lex ad absolutos tantũ patres pertinet! dura prima fronte q̃stio. Nõ desperemus: credibile est: hoc voluisse legũ latorẽ: ne auxilia liberorũ innocẽtibus deessent. Sed hoc dicere rustico vereciidũ est: qa innocẽtẽ fuisse patrẽ fatef. Dat aliud argumẽtũ cõtrouersia. Damnatus proditionis cũ aduocato exulet. Vix videt̃ posse fieri: vt pœna filio in eodẽ patre et si affuerit: et si nõ affuerit cõstituta sit. Pręterea lex ad exules nulla pertinet. Nõ ergo credibile est de nõ aduocato damnati scriptum.

Scholastica An possint eni bona esse vlla exulis† rustic⁹ in vtraq: parte dubiũ facit. Disertus: & verbis inhærebit: in qbus nulla exceptio est: & propter hoc ipm pœnã esse cõstitutã eis: q non affuerint: ne periculo exilii deterreantur ab aduocatione: & rusticũ innocenti nõ affuisse dicet. Illud protinus non indignũ quod annotetur: posse ex vno statu duas generales fieri q̃stiones. An quisqs: An cuicũq:. Hæc ex duabus personis q̃sita sunt. E tertia autem:

aduersatiuæ particulæ scribatur: hoc modo nempe sequetur: vt quęramus quid huic tam æquę postulationi respõdeatur. Sic autem sensus apertus est. Nam post inuentam ac exornatam propositionem tã iustam: consequens est: vt q̃ramus quid ei possit respõderi. ¶ Nisi quia sit plane hebes. Loco quia quis est legendum hoc modo. Nisi qs sit plane hebes. ¶ Atq: & legem esse: atqui legẽdum est: atq: copula crasa. ¶ Quærẽdum in hac ipsa: qua consistimus: an aliquid inueniri possit. Igitur in quibusdã exemplaribus mihi recte ascriptũ videtur hoc modo. Quærendum igitur. ¶ Transeat nunc idem ille: qui cogitauit: vt ait Cicero: Tibicini latini modo ad disertum. Tibicinis legendũ esse extra dubitationẽ est. Hoc autẽ ait Cicero in oratione pro Murena iurisperitos irridens. Tibicines vero latini a tibijs dextris transibant ad sinistras. Tibiarum nãq: apud priscos aliæ dextræ: aliæ vocabantur sinistrę: vt in Terentiũ Donatus scribit. ¶ Nec affuisti f litera in b conuersa absuisti legendũ est. ¶ Cõtraq: disertus. Quæ cum diphthongo scribatur: vt relatiuum sit non copula. ¶ Videbas enim de causa pronunciasse. videbaris si ne controuersia legendum est. ¶ Et omisso speciosiore illo genere ad vtilitatem me summitto discẽtium. Styli genitiuo sensus indigere videtur: id quod tamẽ in quibusdam legitur exẽplaribus: hoc modo & omisso speciosiore illo styli genere. ¶ Omnes adhuc quæstiones ex persona petitoris ipsius diximus: vt duximus legatur sensus exposcit. ¶ Faciamus hoc sępe in ijs controuersijs: in quibus petuntur in vincula: qui parentes suos non alunt: vt eum: qui testimoniũ in filium peregrinãtis dixit eũ: qui Lenoni filium

Tibiar[...] apd an[...]

quæ est aduersarii nulla oriri quæstio potest: quia nulla sit ei de sua parte controuersia. Nondum tamẽ cura deficiat. Ista enim omnia dici possent etiã non restituto patre. Nec statim eo tendamus: ꝙ occurrit vltro a rustico restitutum. Qui id subtiliter quęret: aliquid spectabit vltra. Nam vt genus species sequitur: ita speciẽ genus ꝓcedit. Fingamus ergo ab alio restitutũ: ratiocinatiua atq; collectiua quæstio orietur. An restitutio ꝑ sublatione iudicii † stet: & perinde valeat: ac si iudicium non fuisset. sit
Vbi tentabit rusticus dicere: ne impetrare quidem aliter potuisse suorum restitutionẽ vno pręmio: nisi patre perinde ac si accusatus nõ esset: reuocato: quæ res aduocati quoq; poenam tã῀q̃ is nõ affuisset: remiserit. Tum venim⁹ ad id qđ primũ occurrebat a rustico restitutũ esse patrem. Vbi rursus ratiocinamur: An restitutor accipi debeat pro aduocato: quãdo id pręstiterit: quod aduocatus petiit: nec improbũ sit pro simili accipi quod plus est. Reliqua iam æquitatis † sunt. Vtrius iustius sit deside est
riũ. Id ipsum adhuc diuiditur: etiã si vterq; sibi totum vendicaret: nũc vtiq; cũ alter semissem: alter vniuersa: fratre excluso. Sed his tractatis etiam habet magnũ momentum apud iudices patris memoria: cum præsertim de bonis eius quæratur. Erit ergo coniectura: qua mente pater intestatus decesserit. Sed ea pertinet ad qualitatẽ. Alterius status instrumentũ est. Plerũq; autem in fine causarũ de æquitate tractabitur: quia nihil libentius iudices audiunt. Aliquando tamen hunc ordinẽ mutabit vtilitas: vt si in iure minus fiducię erit: æquitate iudicem ꝓparemus. ℭNihil habui amplius: qđ in vniuersum ꝓciperẽ. Nũc eamus per singulas causarum iudicialium partes: quas vt persequi ad vltimã speciem: id est ad singulas lites: controuersiasq; nõ possum: Ita de generalibus scribere licet: vt quæ in quẽ statũ frequentissime incidant: tradam. Et quia natura prima quęstio est: factũne sit: ab † hac ordiar. hoc

ℭQuęstionẽ quoq; illã primã scripti & voluntatis: qua nũc est pugna: non sit sequentibus locus. Sic Valleñ. vt sit. Locus non sit sequentibus quoq; illam primã quæstionẽ scripti & volũtatis: qua pro de qua aut super qua est nũc pugna. Quæ constructio est rotunda satis & euidens: sed sensus obscurus. Quis enim locus non sit sequẽtibus illam quæstionẽ? Aldus autem & Raphael sic legunt: qua non expugnata: nõ sit sequẽtibus locus: hoc sensu & ordine: vt a superiore repetatur verbũ videbũt aut nouũ potius substituant: quale sit. agent quidem vtcũq;: aut difficulter expugnabũt: aut si quod aliud videbitur aptius. Leuiter adornabit vt iustam: sic Valleñ. Adhuc versamur. Valleñ. at hic versamur &c. Habet Quęrendũ igitur. Habet ꝑiculũ æger quã alii non habent: filius infans & æger: non affuit & qui aberat &c. quomodo etiã paulo post legendum sit: nec infans nec æger eras &c. vbi bene habet nec abfuisti. Item Vt agere nõ potueris. Item quo id modo fiat sedulo: vbi Aldus distingit. Sedulo imitor quærentem. Item duximus. Sed sequentẽ locũ neq; Valleñ. neq; Aldinus codex recte habet meo quidẽ iudicio Aldus eñ impressit vt eũ qui testimoniũ in filiũ peregrinitatis reum dixit. eũ qui filiũ Lenoni vendidit &c. vbi Valleñ. vt ea quæ testimoniũ in filium peregrinationis reum dixit &c. quæ certe sunt absurda: miror q; Aldũ aut potius eum quo repositore Aldus visus est: a Raphaele hoc loco defecisse: Verum vbi Raphael reposuit an eũ: reponi potuit: nũ qui non eũ: vt sit nũ in vincula petatur qui non. s. alunt: eũ. s. patrẽ: qui dixit &c. & similiter num qui non eũ. qui filiũ lenoni vendidit? Sed quia talia facile intelligũtur: & sit inculcatio pronominis qui tã cito repetẽdi: legamus an eum: vt sit an eum sup.

vendidit. Deprauatus quidem est hic locus tametsi plerisq; non videat. Quid nãq; sibi vult illud peregrinantis? Nimirũ impietatis locũ mihi occupasse videtur: eoq; expellendum: aceius loco impietatis reponendũ. Sed ne sic quidẽ mihi integer sensus esse videtur: illa enim vt particula sensum nihil adiuuam⁹ & ipsa alterius locũ forsitã inuasit. Quare expũgẽda mihi videtur: & an dubitatiua coniũctio loco eius reponenda: atq; iterato ascribenda: hoc modo. Facim⁹ hoc sæpe in iis controuersiis in quibus petuntur in vincula qui parentes suos non alunt. An eũ qui testimoniũ in filium impietatis reum dixit? an eum qui Lenoni filiũ vẽdidit: vt intelligamus: an qui nõ alũt eum parentẽ: qui testimoniũ in filiũ dixit: impietatis reũ: sint vinciendi. Tũc enim videretur iniquũ: si filius vlla poena afficeretur: quia nõ aluisset patrẽ in se adeo crudelem. Idem dicatur de eo qui filiũ vendidit lenoni: indign⁹ enim videtur qui a filio alatur. ℭIn eo: de quo loquimur patre? quod apphendi potest. Quid loco illius quod legẽdũ esse certũ est. ℭDat aliud argumentũ controuersiæ: e vocalis eradatur: vt controuersia legatur. ℭVix videtur posse fieri: vt poena filio in eodem patre: et si affuerit: et si nõ affuerit constituta sit. Ita quidem legitur: sed vt ego sentio vitiose. Nullus eñ inde sensus integer elici potest. Sic autẽ emendari posse videtur: vt in præpositio expũgatur: ac eadẽ pro eodẽ & patri pro patre legatur hoc modo: vix videt posse fieri: vt poena filio eadem patri: et si affuerit: et si nõ affuerit: ꝯstituta sit. ℭPręterea lex nulla ad exules ꝑtinet. Hoc quidẽ ex variis iurisconsultorum scriptis colligitur: a quib⁹ Exules ii esse proprie dicũtur: quibus aqua & igni iterdictũ

xules qui
icantur.

patrem qui non aluerit in vincula petendus sit: qui testimonium &c. Vallen.
habet: dat aliud argumentum controuersiæ: vt subaudiatur lex. Aldus tñ con
trouersia impressit. Vix em̃ fieri potest vt pœna eadẽ filio: patri ei si affuerit & si
non affuerit cõstituta sit: sic Aldus Raphaelem secut⁹. At Vallen. habet vt im=
pressimus & quã Raphael antiquam sed corruptã censet lectionem: quã tñ cur
potius sequar in causa est: q̧ non eadẽ pœna filio: sed pœna in eodẽ patre sit con
stituta. Nã si reo proditionis dãnato affuerit filius exulet cũ eo: si non affuerit ex
hæres sit. non igitur eadẽ pœna sit filio. sed pœna diuersa in eodẽ patre dãnato
proditionis: siue affuerit siue nõ affuerit: qd̃ non videtur vero simile legislato=
rem voluisse. vt. s. obliget quẽpiã ad impossibilia: qualia sunt adesse & nõ adesse
se patri proditionis reo: An possint em̃ bona vlla esse exulis rusticus &c. sic Al=
dus: sed Vallen. scholastica habet: vt sit scholastica declamatio: quia tñ statim
opponitur disertus: legã cũ Aldo & Raph. Vallen. habet vt genus species sequi
tur. Reliqua iã æquitatis est. sic Vallen. vt sit reliqua controuersia. Semissem. j.
dimidium bonorũ. habet Vallen. mutabit: sed vt omnes quæ in quẽq̧ statũ fre
quentissime incidant. vbi præter omnes libentius legã: quæ in quẽ statum: nul
la em̃ in quemq̧ statum incidunt. Ab hac exordiar: ad hac. s. quæstione: vt Ra=
ph. & Aldus sentiunt: at Vallæ qui legit ab hoc: sensus est ab hoc. s. factumne.
quod per coniecturam inuestigat.

est: vt sentit Paulus libro.
xlviij. digestorum De pu=
blicis iudicijs: Per has em̃
pœnas inquit eximitur ca=
put de ciuitate. Nã cætera
nõ exilia: sed relegatiões p
prię dicũtur. Tunc em̃ ciui
tas retinet. Vulpian⁹ quo=
q̧ hoc idẽ sentit de legatis:
& fideicõmissis. iij. Hi qui=
bus aqua. & igni interdictũ
est. j. deportati fideicõmis=
sum relinquere no possunt.
quia nec testamenti faciẽdi
ius hñt. Sunt em̃ apolides.
¶ Non ergo credibile est de
aduocato dãnati scriptum
Plerisq̧ nulla hic esse men=
da videt. Qd̃ si est hic sen=
sus nihil rusticum iuuat.

Quid em̃ ad rusticum si nõ sit scriptũ de aduocato dãnati: cũ ipse non fuerit aduocatus. Quare mihi multa ri
manti non particula negatiua iterato ascribenda videtur hoc modo. Nõ ergo credibile est de non aduocato
dãnati scriptũ. Sic nanq̧ optime defenditur rusticus. Nihil em̃ videtur ea lex: qua cauetur. vt qui patri prodi
tionis reo non affuerit: exhæres sit: nocere ei: qui patri proditionis dãnato nõ affuit. Ea nanq̧ lex eos solum
punit qui patri proditionis reo non adsunt: si absoluatur. ¶ An possint em̃ bona vlla esse exulis scholastica in
vtraq̧ parte dubium facit: Ne hic quidẽ sensus integer mihi sanusq̧ videtur. Quid em̃ scholastica hoc loco fa
ciat: non video. Q̧ si paulo longius a dictionũ similitudine mihi recedere permitterem: pro scholastica rusti=
cus: vt sensus exigere videtur scribendũ esse affirmarem. Exulũ vero bona consueuisse publicari callistratus li=
bro digestorũ quadragesimo octauo De bonis dãnatorum scribit his verbis. Supplicij dãnatiõe bona publi
cantur: cũ aut vita adimitur aut ciuitas: aut seruilis conditio irrogatur. Papinianus quoq̧ eodẽ libro De in
terdictis: & relegatis verba traiani refert idẽ significantia. Scio inquit relegatorũ bona auaritia superiorũ tem
porum fisco vendicata: sed aliud clementię nostræ conuenit. ¶ Nã vt genus speciem sequitur. Species aperte
constat esse legendũ. species nanq̧ genus seqtur nõ contra speciem genus vt em̃ si homo est: animal est: ita non
cõtinuo si est animal: est homo. ¶ An restitutio pro sublatiõe iudicij fiet. Sit recte in quibusdam legitur exem=
plaribus. ¶ Et proinde valeat ac si iudiciũ non fuisset. Proinde expungatur: ac perinde legatur. ¶ Vbi tẽpta=
uit rusticus dicere: ne impetrare quidẽ. Temptabit legendũ est: vt futurum sit tẽporis. ¶ Reliqua iam æquitatis
est. Sunt videtur esse legendũ. ¶ Aliquando tamẽ hunc ordinẽ mutauit vtilitas: mutabit futuri tẽporis ver=
bum sensus exposcit. ¶ Ita in generalibus scribere licet. In præpositio mihi eradenda videtur: ac loco eius de
ascribẽda hoc modo. Ita de generalib⁹. ¶ Et quia natura prima est quæstio factũ ne sit ab hoc ordiar. Ab hac et
se legendum ne admonitione quidem est dignũ: vere autẽ natura hæc quæstio prima est: Nam priusq̃ inuesti
genus quid sit aliquid. aut quale: scrutandum est diligenter: an sit: vt in secũdo analyticorum posteriorum
præcipit Aristoteles.

Exulũ bo
publicabã

Genus sp
sequitur.

## De coniectura. Cap. IIII.

Cõiecturæ diuisio.

CONiectura omnis: aut de re: aut de animo est. Vtriusq̧ tria tẽpora preteritũ: præsens: futurũ. De re: & generales quæstiones sunt: & definitæ. i. & quę non cõtinentur: & quę cõtinẽtur. De animo quæri nõ potest: nisi vbi persona est: & de facto cõstat. Ergo cũ de re agitur aut quid factũ sit in dubiũ venit: aut qd fiat: aut quid sit futurum: vt in generalibus. An atomorum cõcursu mũdus sit effectus. An prouidentia regatur. An sit aliquando casurus. In definitis: an parricidiũ cõmiserit Roscius. An regnum affectet Manlius. An recte Verrem sit accusaturus. Q. Cælius. In iudiciis præteritũ tempus maxime valet. Nemo em̃ accusat: nisi quæ facta sunt. Nã & quæ fiant: & quę futura sint: ex præteritis colligũtur. Quæritur & vnde quid ortũ: vt pestilẽtia: an ira deũ: an itẽperie cęli: an corruptis aquis: an noxio ter

Pręteritum tẽpus in iudicijs.

RAPH.

¶ Coniectura omnis: aut de re: aut de alo est. Cõiecturalis cõstitutionis diuisionem ita aperit Fabi⁹ vt nihil quod ad eam pertineat prætermittat. Miror autẽ eos: qui hoc opus in capita distinxerunt hanc coniecturæ diuisionem a superioribus vel hoc indice. De coniecturę diuisiõe apposito: non seiunxisse: cum pręsertim & finitionis: & qualitatis diuisionem in duo capita separarint. ¶ De animo quęri potest: nisi vbi persona est. In quibusdam exemplaribus recte negatio ascripta est hoc modo. De animo queri non potest. ¶ An atomorũ cõcursu mundus

ocriti opi
mūdo &
tomus
tetur.

ri de pro
a opinio

is & chri
rū de mū
inio.

taīqd fit

fit effectus. Quęstio est physica quā Democritus potissimū iuexit. Is em̄ atomos hoc est: corpora quędā insecabilia: primordia rerū esse putauit. Atomus autē insecabile pōt interpretari ab a pticula priuatiua & τεμνω seco ac diuido. ℭ An prouidētia regatur. Hoc in dubiū Epicurus primus omnium reuocauit. Deos em̄ nihil mortalia curare sibi psuasit. ℭ An si aliquādo casurus. t litera adiiciatur: vt sit legatur. Hęc quoq; quęstio cū a priscis philosophis tum a Christianis tractat: qui sentiunt mundū & originem habuisse: & aliquando occasurū. Omnia nanq; orta occidāt necesse ē. ℭ Cū de aliquo hoie quærit quid sit. Quis non quid legendū esse constat. Neq; enim ambigitur: an homo sit quisq̄ sed id demū. quis sit: An Figul⁹: an Sosipater. ℭ Quomodo an vltra oceanū: nec quid sit: nec quale sit: sed qs sit. Paulo ante qd loco qs. nunc contra quis loco qd pueſe ſcriptū est. Sed ne sic quidem mēdis purgatur hic locus: An nāq; particula in suum locū referenda videt ac post sed coniunctionē collocanda: vt legatur: Quomodo vltra oceanū nec quid sit nec quale sit sed an quid sit. Ac ne cui sibi ipsi Fabius repugnare videatur hoc vltimū quid ponitur p aliqd. Illud prius pro definitione. ℭ Qua mēte Pyrrhus fœdus petat. Quæritur per cōiecturā: & qualitatem circa modū speciem: numerum. Asterisco signandus est hic loc⁹ nisi corrigat. Null⁹ em̄ integer sensus elici pōt Qd si q̄litas legeret illo accusatio expūcto pspicu⁹ fuerit sensus. Qualitatē aūt accipiam⁹ qdcūq; accidēs: quo quidē modo quātitatē quoq; cōplectit qd apte quę subiiciunt exempla declarant. ℭ Maius bellū troianū an Peloponnēsium. Peloponnesiacū mihi videt esse legēdū: Hoc sūt in principio statim sui operis Thucydides tradit. ℭ Interim sepera

ræ halitu. Et quæ causa facti: vt quare ad troiā quinquaginta reges nauigauerint: iureiurando adacti: an exēplo moti: an gratificantes atridis. Quę duo genera non multum inter se distāt. Ea vero: quæ sunt præsentis tēporis: si non argumentis quę necesse est pręcessisse: sed oculis depręhendēda sunt: non egent cōiectura: vt si apud lacedæmonios quęratur: An athenis muri fiant. Sed & illud potest videri extra hoc propositū cōiecturæ genus: cū de aliquo homine quęritur quis sit: vt est quæsitum cōtra Vrbiniæ hęredes: si is: qui tanq̄ filius petebat bona: Figulus esset: an Sosipater: nā & substantia eius sub oculos venit: vt nō possit quæri: an sit. Quomodo vltra oceanum: nec quid sit: nec quale sit: sed an quid sit. Verū hoc quoq; genus litis ex præterito pendet. An hic sit ex vrbinia natus Clusinius Figulus. Fuerunt autē tales nostris etiam tēporibus controuersiæ: atq; aliq̄ in meum quoq; patrociniū inciderunt. ℭ Animi cōiectura non dubie in omnia tēpora cadit. Qua mente Ligarius in africa fuerit. Qua mēte Pyrrhus fœdus petat. Quomodo laturus sit Cęsar: si Ptolemæ⁹ Pōpeiū occiderit. Quęrit per cōiecturā: & quātitas & qualitas circa modū: speciē numerū: An sol maior q̄ terra. Luna globosa: an plana: an acuta. Vnus mundus an plures. Itemq; extra naturales quæstiones. Maius bellū troianū: an peloponnesiacū. Qualis clypeus Achillis. An vnus Hercules. In iis autē: quę accusatione: ac defensione constant: vnū est genus: in quo quęritur: & de facto: & de auctore: quod interim cōiunctam quęstionem habet: & vtrūq; pariter negatur. Interim separatam: cū & factum sit: nec ne: & si de facto cōstet: a quo factum sit: ambigitur. Ipsum quoq; factū aliquando simplicem quæstionem habet: an homo perierit. Aliquādo duplicē veneno: an cruditate perierit. Alterum est genus de facto tantū: cū sit id certū sit: non potest de auctore dubitari. Tertium de auctore tantum cum factū constet: sed a quo factum sit: in controuersiam venit. Et quod tertio loco posui nō est simplex. Aut enim reus fecisse tantūmodo se negat: aut alium fecisse dicit. Sed ne in alterū quidem transferendi criminis vna forma est. Interdū enim substituitur mutua accusatio: quā gręci ἀντικατηγορίαν vocant: nostrorum quidā concertatiuam. Interdū in aliquam personam: quæ extra discrimen iudicii est: transfertur & alias certā alias incertam. Et cū in certā: aut in extrariā: aut ipsius qui periit voluntatem. In quibus similis: atq; in ἀντικατηγορία personarū: causarum: cęterorum comparatio est: vt Cicero pro Vareno in familiam ancharianam: pro Scauro circa mortē Bostaris in matrem auertens crimen, facit. Est etiam illud huic cōtrariū comparationis genus: in quo vterq; a se factum esse dicit. Et illud: in quo non personę inter se: sed ipsę res collidunt: id est nō vter fecerit: sed vtrū factum sit. Cum de facto: & de auctore constat: de animo quęri potest. Nunc de singulis. Cū pariter vtrūq; negatur hoc modo adulterium nō commisi. Tyrānidem non affectaui. In cędis ac veneficii causis frequēs illa diuisio: nō est factū:

Animi cōiectura.

& ſi eſt factum:ego non feci.Sed cũ dicimus proba hominẽ occiſum:accuſatoris tantum partes ſunt:a reo nihil dici contra prę ter aliquas fortaſſe ſuſpiciones poteſt:quas ſpargere q̃maxime varie oportebit:quia ſi vnum aliquid affirmaris probandũ eſt: aut cauſa periclitãdum. Nã vt cum inter id : quod ab aduerſario:& id quod a nobis propoſitũ eſt:quęritur:videtur vtiq; alterum verum:ita euerſo quo defendimur:reliquũ eſt:quo premimur. At cũ quęrimus de ambiguis ſignis cruditatis:& veneni:nihil tertium eſt. Ideoq; vtraq; pars:quod propoſuit:tuetur Interim autem ex re quęritur:veneficiũ fuerit:aut cruditas: cũ ex ipſa aliqua citra perſonã quoq; argumenta ducũtur. Refert enim cõuiuiũ pręceſſerit:an triſtitia,labor an otium:vigilia an quies. Aetas quoq; eius:qui perierit diſcrimẽ facit. Intereſt ſubito defecerit: an lõgiore valitudine conſumptus ſit. Liberior adhuc in vtrãq; partem diſputatio:ſi tantum ſubita mors in quęſtionem venit. Interim ex perſona probatio rei petitur: vt propterea credibile ſit:venenum fuiſſe:quia credibile eſt:ab hoc factum veneficium:vel contra.

De animo quęri nõ poteſt:niſi vbi perſona eſt. Sic Vallen̄. & Ald. Item an ſit aliquando caſurus. Vallen̄ aũt habet:cũ de aliquo homine quęritur quid ſit & dubitem an rectius q̃ quis ſit.quia de Vrbini æ filio potius dubitabaẽ quid eſſet:q̃ quis eſſet:hoc eſt vtrũ Figulus an Soſipater : ſi quidẽ figulus appellatiuũ ſit: ſed ſi propriũ legã quis eſſet. Quęriẽ per cõiecturã & qualitas. Sic Aldus poſt Raphaelem. Vallen̄. aũt & qualitatẽ habet. Mihi aũt nõ minus quantitas q̃ qualitas videaẽ debere reponi aut vtrũq; vt ſit quãtitas & qualitas. Nã mod⁹ ꝑ mẽſura: vt hic accipiẽ & numer⁹ q̃titates ſunt:ſpecies qualitas. Et cũ incertã&c. ſic quoq; diuiſit Aldus:ſed vt Vallen̄. appoſuit vitã: quã particulã reor cũ Raphaele non apponẽdum: Nã ad volũtatẽ ſpectat adiectiuũ extranã: h; etiã Ald⁹ q pertt. & Vallen̄. cæterorũ:ſed ſubaudiri videẽ & aut q;: vt ſit & cæterorũ vel cæterorũq;. ¶ Ita ex aduerſo vnũ eſt &c. nullus mihi ſenſus in ſic repoſitis a Raphaele videtur: vnde Aldũ & Vallen̄. ſequar: quib⁹ legitur ita euerſo quo defendimur (aut vt Vallen̄. habet: defenderemur) reliquũ eſt. i. integrũ manet: quo premimur. Laborantiũ habet Valla: vt cõiungatur cũ noīe triſtitia: ſed aptius videtur q̃d repoſuit Raphael & ſecutus eſt Aldus. Labor an otium.

tũ. Separatã: vt ad q̃ſtionẽ referatur legendũ. Nã interdum & de facto. & de facti q̃ ntur auctore. Interdũ de facto cõſtat: de auctore vero quæritur: vel cõtra. ¶ Et cũ incertã: aut in extrariã vitã: aut in ipſius: qui petit volũtatem. Errores quidẽ huius loci facile depræhẽduntur: ſed quonã pacto poſſit emẽdari nõ ita apparet. Quod ſi vitã expungere nobis permitteremus: vt ocioſã: facile reliqua corrigerenẽ. Nã in certã diuiſim nota hypodiaſtoles appoſita: & perit loco illius petit cũ cædis ſit exemplũ: videtur eſſe legẽdum. Incertæ aũt perſonæ idcirco nullũ ſubijcit. exemplum: q; nullã recipit diuiſionem nullãq; ptę ſe fert difficultatem: hoc modo: & cũ incertã: aut in extrariã aut in ipſius: qui perit voluntatem. ¶ Certorum cõparatio eſt. Cæterorũ emendare in quibuſdã legitur exẽplaribus. ¶ Vt Cice. pro Vareno. Si ꝑ Vareno oratio: ac pro Scauro extaret: facilius perciperentur: quæ a Fabio traduntur. ¶ Nũc de ſingulis hic eſt diſtinguendũ : vt extrinſecus tractãdum eſt: vel ſimile verbũ ſubaudiaẽ. ¶ Cũ pariter negatur hoc modo. Quis ſic legi ſolitũ ſit: mihi tñ corrupt⁹ hic locus eſſe videtur. Qui quidẽ vt ego ſentio ita põt emẽdari: ſi vtrunq; aſcribatur: vt legatur: Cũ pariter vtrũq; negatur. Sic aũt eſſe legendũ facile ex ijs: quæ paulo ante præcipit Fabius colligi põt. In ijs autem inquit. quæ accuſatione: ac defenſiõe conſtant vnũ eſt genus: in quo quæritur: & de facto de auctore: q̃d interim coniũctã quæſtionem habet: vt cũq; pariter negatur. Sic igitur hic quoq; legendũ videtur: ſingulis em̃ membris factæ diuiſionis exempla ſubijciũtur. ¶ Nã vt cũ inter id quod ab aduerſario: & id q̃d a nobis propoſitũ eſt quæritur : videtur vtiq; alterũ verũ: ita ex euerſo quo defendimur: reliquũ eſt quo præmimur. Aduerſo pro euerſo conſtat quidem eſſe legẽdũ. Sed ne ſic quidẽ e ſenſu tolliẽ obſcuritas: quæ ex deprauationibus oritur. niſi vnũ: ac eſt verbũ aſcribatur hoc modo. Ita ex aduerſo vnũ eſt,: quo defendimur: reliquũ quo premimur. ¶ Cũ ex aliqua ipſa citra perſonã. Hic verba dũtaxat tranſpoſita ſunt: q̃ ſic in ordinẽ rediguntẽ. Cũ ex ipſa aliqua citra perſonã quoq; argumenta ducũtur. ¶ Refert em̃ cõuiuiũ preceſſerit: an triſtitia laborãtiũ: vigilia an quies. Quid ſibi velit hoc loco participiũ illud laborãtiũ mihi nõ liquet: Senſum certe perturbat. Quare nõ eradendũ quidem: ſed in tria verba mihi videtur diſtinguendũ o vocali dũtaxat aſcripta: hoc modo: labor an otiũ. Sic em̃ pulcherrime cum ſequentibus quadrat. Tametſi exẽplaria q̃ quidem ergo viderim: huic emendationi refragentur.

Cõ de reo & de facto q̃ritur.

Cum vero de reo:& de facto quęritur:naturalis ordo eſt: prius factum eſſe accuſator probet:deinde a reo factũ:ſi tamẽ plures in perſonam probationes habuerit:conuertet hunc ordinem. Defenſor autem prius negabit eſſe factum:quia ſi in hac parte vicerit:reliqua non neceſſe habet dicere. Victo ſupereſt:vt tueri ſe poſſit. Illic quoq; vbi de facto tantum controuerſia eſt: q̃d

Cũ de facto tñ quęritur

RAPH:

¶ Manifeſtum quis potionem dederit: quæ ſi veneni fuit: nulla quæſtio de auctore. Parum acute intuẽti hic quidem mendis carere videtur: eoq; hacten⁹ corrupte fuit lectus. Nã illa quatuor verba. Quæ ſi veneni fuit:

si probetur:non possit de auctore dubitari:similiter argumēta: & ex persona:& ex re ducuntur.sed in vnam facti quæstionem: sicut in illa controuersia(Vtendum est enim & his exemplis: quæ sunt discentibus magis familiaria)Abdicatus medicinæ studuit:cum pater eius ægrotaret:desperantibus de eo cæteris medicis:adhibitus sanaturū se dixit:si is potionem a se datam bibisset.Pater acceptæ potionis epota parte dixit:venenum sibi datum:filius quod reliquum erat exhausit:pater decessit.Ille parricidii reus est.Manifestū quis potionē dederit:nulla quęstio de auctore:tantum an fuerit venenum ex argumētis a persona ductis colligetur.Superest tertium:in quo factum esse cōstat aliquid:a quo sit factum quæritur:eius rei superuacuum est ponere exemplum:cum plurima sint huiusmodi iudicia:vt si hominem occisum esse manifestum est:vel sacrilegium commissum.Is autē qui arguitur fecisse neget.Ex hoc nascitur ἀντικατηγορία.Vtiq̧ hoc factum esse cōuenit:quod duo inuicem obiiciunt.In quo quidem genere causarum admonet Cęlsus fieri id in foro nō posse:quod neminem ignorare arbitror.De vno enim reo consilium cogitur:etiam siqui sunt:qui inuicem accusent:alterum iudicium pręferre necesse est.Apollodor[9] quoq̧ ἀντικατηγορίαν duas esse controuersias dixit:& sunt reuera secundum forense ius duæ lites.Potest tamen hoc genus in cognitionem venire senat[9]:aut principis.Sed in iudicio quoq̧ nihil interest actionum:vtrum simul de vtroq̧ pronuncietur:an de vno seorsum.Quo in genere semp prior debebit esse defensio.Primum quia natura potior est salus nostra q̄ aduersarii pernicies.Deniq̧ q̧ plus habebimus in accusatiōe auctoritatis:si prius de innocentia nostra constiterit.Postremo:q̧ ita demū duplex cā erit.Nā q dicit:ego nō occidi:habet reliquā partē:vt dicat:tu occidisti.at q dicit,tu occidisti supuacuū habet postea dicere:ego nō occidi.Hæ porro actiōes cōstāt cōparatiōe:ipa cōparatio non vna via ducitur.Aut enim totā causam nostrā cū tota aduersarii causa componimus:aut singula argumēta cum singulis.Quorum vtrum sit faciendū non potest:nisi ex ipsius litis vtilitate cognosci:vt Cicero singula pro Vareno cōparat in primo crimine.Est enim superior cum persona alieni:cū persona matris temere comparetur.Quare optimū est si fieri poterit:vt singula vincantur a singulis.Sed siquādo in partibus laborabimus:vniuersitate pugnandum est:siue inuicem accusant:siue crimen reus citra accusationem in aduersariū vertit:vt Roscius in accusatores suos:q̄uis reos non fecisset:siue in ipsos quos sua manu periisse dicemus:factum deflectitur:non aliter q̄ in iis:quę mutuam accusationem habent.Vtriusq̧ partis argumenta inter se comparātur.Id autem genus:de quo nouissime dixi:non solum in scholis sępe tractatur:sed etiam in foro.Nam id est in causa Nęuii†appiniani solum quęsitum.Pręcipitata ne esset ab eo vxor:An se ipsa sua spōte iecisset.†Cui[9] actionem equidē solam in hoc tēpus emiseram:quod † ipsum fecisse

Cū de reo tm̄ quęritur.

Mutua accusatio.

Cōparatio quib[9] viis ducatur.

Arpiniatī.
Quam.
Me.

non modo sensum non iuuare sed magno quoq̧ impedimento esse videtur:ne ipsum plene percipiamus. Cū igitur penitus superuacua sint:vel refragantibus exēplaribus tradenda sunt:vt legatur. Manifestū quis potionē dederit:nulla quæstio de auctore. ¶ De vno reo consiliū cogit. Enī coniunctio incuria librariorū omissa omnino est reponēda. Sic enī in quibusdā quoq̧ exēplarib[9] legit. De vno enī reo cōsiliū cogitur:hoc est super vno nanq̧ reo iudicium constituitur. Cogere nanq̧ consilium est iudices a diudicandum congregare. ¶ Etiā & siqui sunt qui inuicem accusent : alterum iudiciū præferre necesse est. Etiā copula cū a sensu non agnoscat mihi prorsus expungenda videtur:ac se pnomen ascribendū vt legamus. Qui se inuicem accusent. ¶ An etiam si de vno fertur. Hunc sensum:corruptū esse patet. Quonā pacto aūt sit emendādus difficile est videre. Fortasse autē sic corrigetur si loco illi[9] copulæ etiā sententia legatur & feratur a vocali ascripta hoc modo: an sententia de vno feratur. ¶ Nā q ni dicit ego nō occidi:habet reliquā partem:vt dicat:tu occidisti. Superuacuū habet postea dicere ego non occidi. Manifeste hic aliquid sensui necessariū deest:quod vt a librariis prætermitteretur illud verbū sępius repetitum in causa fuit. Mihi vero hæ quinq̧ dictiones hoc in loco desiderātur. At qui dicit. Tu occidisti. Itaq̧ a Fabio scriptū fuisse puto. Nā qui dicit ego nō occidi habet reliquā partē vt dicat tu occidisti. At qui dicit tu occidisti superuacuū habet postea dicere ego non occidi. ¶ Est enī superior persona alieni cū psona matris temere cōparatur. Cū particula ascribenda & cōparetur legendū videt:hoc modo. Est enī superior cū persona alieni cū psona mīis temere cōparet. Hæc aūt p Vareno:vt dixi:

...re consili...
...quid sit.

seductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Nam cæterę quæ sub nomine meo feruntur: negligentia excipientiũ in quæstum notariorum corruptę minimã partem mei habẽt. Est & alia duplex coniectura huic ἀντικατηγορία non diuersa, de premiis: vt in illa controuersia. Tyrãnus suspicatus a medico suo datum sibi venenũ torsit eum: & cũ id dedisse se negaret: accersit alterũ medicum: ille datum ei venenũ dixit sed se antidotum daturũ: & dedit ei potionẽ: qua epota tyrãnus decessit. De premio duo medici contendunt. Nã vt illic factum in aduersarium transferentiũ: ita hic sibi vendicãtium personæ: causæ: facultates: tempora: instrumenta: testimonia cõparantur. Illud quoq; & si non est ἀντικατηγορία: simili tamen ratione tractatur: in quo citra accusationem quæritur: vtrum factum sit. Vtraq; enim pars expositionem suam habet: atq; eã tuetur: vt in lite vrbiniana: petitor dicit. Clusinium figulũ filium Vrbiniæ acie victa: in qua steterat: fugisse: iactatũq; casibus variis retentũ etiã a rege: tandẽ in Italiam: ac patriam suam marginos venisse: atq; ibi agnosci. Pollio contra seruisse eũ Pisauri dominis duobus, medicinã factitasse: manumissum alienę se familię venali immiscuisse: ac rogãtem: vt eis seruiret emptũ. Nonne tota lis constat duarũ causarum comparatione & coniectura duplici: atq; diuersa? Quæ autem accusantium: atq; defendentiũ: eadem petentiũ: & inficiantium ratio est.

Actionem vnã a Fabio emissam.

Duorũ ad se factũ inclinatio.

Vtrũ factũ sit.

In personam probationes habuerit: cõuertit &c. sic quidem omnes: sed rectius legi opinor: si in personam legatur: & conuertet. Quæ si veneni fuit. Sic omnes etiam Aldus: & tamen redundare penitus ea verba videntur: in eo autem quod sequitur: tamen an fuerit veneniũ: potius legam tantum. i. dũtaxat. Etiã si qui sunt qui inuicem accusent. Sic Vallen. nec opinor ascribendum se: tũ quia facile subaudiri solet. vt paulo ante. Is autem qui arguitur. fecisse neget: subaudit se: tum vero: quia si ascribatur falsam videatur reddere propositionẽ: duo enim inuicem: hoc est mutuo accusant: dum vterq; alterum neuter tamen se accusat: vnde inuicem accusare dici possunt: sed non se. An etiam si de vno fertur. Raph. reponit an sententia de vno feratur. Ego credam reponẽdum: an de vno seorsum. s. pronuncietur. At qui dicit: tu occidisti: argute reponit ea verba Raphael: nam Vallen. desunt: & necessaria sunt. Cum persona alieni &c. sic Vallen. Siue inuicem accusant: ecce iterum non adscriptum pronomen se. Næuij arpiniani. sic Vallen. Aldus autẽ impressit appiniani: & Raphaelis codex habet appiani. Cuius. s. causæ: actionem: sic Vallen. Raphael autem censet Quã actionem scribendum: sicq; Aldus impressit. Quod ipsum fecisse. Sic Aldus: & bene meo quidem iudicio: tum q dum vnum est verbi finiti & infiniti (vt grãmatici dicunt) suppositum: frustra in accusatiuo exprimatur vt fateor fecisse: subauditur enim me: tum q ipsum pro me sæpe accipiatẽ: est enim trium personarum: vt in Bucol. Mar. Et ipsum Ludere quæ vellẽ calamo permisit agresti. Hoc tamen loco accipiã potius. Quod ipsum. s. emisisse eã actionem &c. Vallen. autem habet: quod me fecisse. ❡ Non diuersa. Sic Aldus: sed Vallen. deerat negatio non: quæ tamẽ ascripta est. Habet autem recte scriptũ antidotũ. Habet itẽ vt Aldus Clusiniũ figulũ: vbi Raphael si modo recte scriptũ sit: Clusiũ reponẽdũ cẽset.

Ipsum.

Ciceronis oratio non extat. ❡ Vt Roscius in accusatores suos. Qui plene hoc nosse cupit legat Cicerõis orationẽ p Roscio parricidij reo. Illic eñi ostẽdit, M. Tullius nõ a Roscio patrẽ: sed ab ipsis accusatoribus fuisse interfectum. ❡ Quis reos nõ fecisset. Accusasset: nã reũ facere est accusare. ❡ Cuius actionẽ: Sic quidẽ recte legi videẽ vt cuius causę intelligatur. Sed quã loco cuius fortasse rectius legereẽ hoc mõ. Quã actionem. hoc est. Quã orationem: q̃uis actio pnũciatio quoq; dicatur. ❡ Quod ipsum effecisse seductum iuuenili cupiditate gloriæ fateor. Me ascribendũ: & fecisse non effecisse legendũ puto. ❡ Est & alia duplex cõiectura huic ἀντικατηγορία diuersa. Datiuus ille græcus cum latino pronomine est copulatus. Non autem negandi aduerbium: vt integer: verusq; sensus habeaẽ mehi videẽ ascribẽdũ: q̃uis exẽpla refragentur hoc modo. huic ἀντικατηγορία non diuersa. Sic autem esse legendum: facile quæ sequũtur: ostendunt. Nam vt illic inquit factum in aduersarium transferentium: ita hic sibi vendicantium: & cętera. ❡ Sed se Antidotum daturũ Antiodotũ scribendũ. vt sit quadrisyllabũ. Antidotũ pprie transferẽ cõtra datũ. Sed in frequẽtissimo ẽ vsu p medicinis q̃ cõtra venena exhibenẽ. Vñ Mithridatis antidotũ. ❡ Vt in lite vrbiniana petitor dicit Clusinum Figulũ filiũ vrbinię. Clusiũ in q̃busdã recte legiẽ exẽplaribus. Eius autẽ litis actiones non extant.

Reũ face

Antidot

RAPH.

❡ Q; læsum & vulneratuz reum sperauere hic inuidia opprimi posse. Hac legẽdũ esse non hic. ne dubiũ quidẽ est vllum. ❡ Contra quã loci oriunẽ sępe a psona prior dicit argumenta defensor: & interim generaliter. Siequidem recte legi videtur. Sed

Loci cõiecturales a psona

Ducitur coniectura primum a præteritis. In his sunt personæ: causæ: consilia. Nam is ordo est: vt facere voluerit: potuerit: fecerit: Ideoq; intuẽdum ante omnia qualis sit: de quo agitur. Accusatoris autem est efficere: vt si quid obiecerit: non solum turpe sit: sed etiam crimini: de quo est iudicium: q̃ maxime conueniat. Nam si reum cædis impudicum: vel adulterum vocet: le-

dat quidem infamia:minus tamen hoc ad fidem valeat:q̃ si au dacem:petulantem:crudelem:temerarium ostenderit. Patrono si fieri poterit:id agendum est:vt obiecta vel neget:vel defen dat:vel minuat. proximum est:vt a præsenti quæstione separet. Sunt enim pleraq; nõ solum dissimilia:sed etiam aliquando cõ traria:vt si reus furti prodigus dicatur:aut negligẽs. Neq; eñ videtur in eundem & cõtemptus pecuniæ:& cupiditas cadere. Si deerunt hæc remedia:ad illa declinandum est:non de hoc q̃ ri:nec eum:qui aliquando peccauerit:vtiq; cõmisisse omnia. & hanc fiduciam fuisse accusatoribus falsa obiiciendi:q; læsum:& vulneratum reũ sperauere hac inuidia opprimi posse. Alia pro positio est accusatoris:contra quam loci oriuntur sæpe a perso na:& interim generaliter. Incredibile esse a filio patrem:ab vxo re virum occisum:ab imperatore proditã hostibus patriam. Fa cile respondetur:vel q̃ omnia scelera in malos cadant:ideoq; sę pe deprehensa sint:vel q̃ indignum sit:crimina ipsa atrocitate defendi. Interim proprie:q̃d est varium. Nã dignitas & tuetur reum:& nõnunq̃ ipsa in argumentum facti conuertitur:tanq̃ inde fuerit spes impunitatis: sed perinde paupertas:humili tas:opes:vt cuiq; ingenio vis est:in diuersum trahuntur. Probi vero mores:& anteactę vitæ integritas nunq̃ non plurimũ pro fuerint. Si nihil obiicietur:patronus quidem in hoc vehemen ter incumbet. Accusator autem ad præsentem quæstionem: de qua sola iudiciũ fit:cognitionem alligabit:dicens neminẽ nõ ali quãdo cœpisse peccare:nec per ἐγκαίνια ducẽdũ scelus primũ. Hoc in respondendo. Sic autem præparabit actione prima iudi cum animos:vt noluisse potius obiicere:q̃ non potuisse creda tur. Eoq; satius est omni se anteactę vitæ abstinere conuicio:q̃ leuibus:aut friuolis:aut manifesto falsis reũ incessere:quia fides cæteris detrahitur:& qui nihil obiicit:omisisse credi potest ma ledicta tanq̃ superuacua. qui vana cõgerit:cõfitetur vanum in anteactis argumentũ:in quibus vinci q̃ tacere maluerit. Cęte ra quę a personis duci solẽt in argumentorũ locis exposuimus. ¶ Proxima est ex causis probatio:in quibus hęc maxime spectã tur:ira:odium:metus:cupiditas:spes. Nã reliqua in has species cadunt:quorum siquid in reum cõueniet:accusatoris est effice re,ad quicquid faciẽdũ causę valere videantur:easq; quas in ar gumentum sumet augere. Si minus.illuc conferẽda est oratio: aut alaquas fortasse latẽtes fuisse.aut nihil ad rem pertinere cur fecerit:si fecit:aut etiã dignius esse odio scelus:q̃ non habuerit causam. Patronus vero quoties poterit:instabit huic loco:vt ni hil credibile sit factum esse sine causa. Quod Cicero vehemen tissime multis orationibus tractat:pręcipue tamen pro Vare no:qui oĩb⁹ malis premebat̃: nã & dãnat⁹ est. At si pponit̃ cur factum sit:aut falsam causam:aut leuem:aut ignotã reo dicet. Possunt esse aliquę interim ignotæ:An hęredẽ habuerit. An ac cusaturus fuerit eũ:a quo dicitur occisus. Si alia defecerint,nõ vtiq; spectãdas esse causas. Nã quę posse reperiri:q̃ nõ metuat:

Loci a perso na.

A causis.

quatuor hęc verba. Prior di cit argumenta defensor con tendetium ab imperitorũ ali quo a margine in contextũ fuisse trãscripta. Cete ptur bant sensum alias perspicu um. obliniãtur ergo sicq; le gatur. Cõtra quã loci oriun tur sæpe a psona & interim gñaliter. loci vero illi sunt: qui a Fabio subiiciunt̃: & generales & speciales. ¶ In credibile est a filio virũ oc cisum. Et sensus patrẽ exigit pro virũ & ita in quibusdam legitur exẽplaribus: sed ab vxore quoq; ascribendũ vi detur vt legamus a filio pa trẽ ab vxore virũ occisum. ¶ Sed proinde paupertas hu militas:opes: vt cuiq; inge nio vis est in diuersum tra huntur. Vbiq; fere in exem plaribus perinde in illud p inde:cũ lõge differant est p mutatũ. Perinde enim hic quoq; legendũ est. ¶ Nec p ἐγκαίνια ducẽdũ scelus pri mũ. Si ἐγκαίνια legẽdũ est: ea prępositio p oino est ex pungẽda. Nã ἐγκαίνια dũ taxat in plurali declinãtur. Dicunt̃ aũt tẽplorũ dedica tiones aut earũ celebritates ¶ Et qa nihil obiicit: omi sisse credi potest maledicta tanq̃ supuacua. A vocalis expungenda est vt qui legat̃ ¶ Qđ Cicero mł̃tis oratio nibus: In ꝓpositio ascriben da videt̃: vt in multis ora tionibus legat̃. ¶ Qui in oĩ bus malis premebat̃ In ꝓ positio hic ociosa: in sensum superiorẽ transferat̃. ¶ At si proponit̃ cur factũ sit: aut falsam causam: aut leuem: aut ignotam pro reo dicet. Non a Fabio sed ab eorum aliq̃uo sibi qui oĩa arrogãt: atq; immutare nulla cur id faciant: reddita ratione per mittũt: eã præpositionẽ p fuisse ascriptã cõtenderim. Qui eñ Quintilianus sic scripsisset: cũ insulsissimus appareat sensus? Quis nã q̃ patron⁹ nõ pro reo dicit? Profecto nemo: cũ etiã pa troni qui p̃uaricant̃: se p reo dicere simulent. Ne igit̃ Fa bio tales ascribant̃ ineptiæ: pręposito ipsa prorsus: vt sensus veritatẽ: integritatẽq;

oderit: speret. Plurimos tamen hæc salua innocentia facere. Neq; illud est omittendũ: nõ omnis causas in omnibus personis valere. Nam vt alicui sit furandi causa paupertas: nõ erit idem in Curio Fabricioq; momentũ. ℭ De causa prius an de psona dicẽdum sit quæritur: varieq; est ab oratoribus factum: a Cicerone etiam prælatę frequẽtissime causæ. Sed mihi: si † sine vllo litis cõuicio proponeretur: secundũ naturam videtur incipere a persona. Nam hoc magis generale est: rectiorq; diuisio. Aut † nullũ crimen credibile: aut † hoc? Potest tamẽ id ipsum: sicut † plerũq; vertere vtilitas. Nec tantũ causæ voluntatis sunt quærendæ: sed interim & erroris: vt ebrietas: & ignorãtia. Nã hęc: vt ĩ qualitate crimen eleuãt: ita in cõiectura premũt: & persona quidẽ nescio: an vnq̃ vtiq; in vno actu rei possit incidere: de qua neutra pars dicat. De causis frequẽter q̃ri nihil attinet: vt in adulteriis: in furtis quia illas per se ipsa crimina secum habent. Post hæc intuenda videtur: & consilia: quę late patent: an credibile sit reũ sperare id a se scelus effici posse: an ignorari cũ fecisset: an etiam si ignoratũ nõ esset absolui: vel poena leui trãsigi: vel tardiore: vel ex qua minus ĩcõmodi cõsecuturus: q̃ ex facto gaudii videretur: an etiam tanti putauerit poenã subire. Post hæc an alio tempore: & aliter facere: vel facilius: vel securius potuerit: vt dicit Cicero pro Milone, enumerans plurimas occasiões: quibus ab eo Clodius impune occidi potuerit. Preterea cur potissimum illo loco: illo tẽpore: illo modo sit aggressus: & ipse diligẽtissime tractatur pro eodẽ locus. An etiam: si nulla ratione ductus est: impetu raptus sit: & absq; sentẽtia. Nã vulgo dicitur: Scelera non habere consilium. An etiam consuetudine peccandi sit allectus.

Neutro litis cõditio præpõderet in nullo. In hoc. Pleraq;

Hac inuidia legitur in Vallen. Vbi etiã leguntur illa verba prior dicit &c. quæ quia Aldus expunxit nõ duxi ascribenda. Legitur etiã a filio patrẽ non virũ: placet aũt licet nõ habeat vt addatur: ab vxore virũ occisum. Vel q; ingeniũ sic &c. Vallen. scriptũ & Raphaelis codex impressum habet: sed Aldinus melius: indignum sit. Habet Vallen. perinde paupertas. &c. Cognitionem allegabit: sic Raphael & Aldi impressio: verũ Vallen. codex rectius habet scriptũ alligabit. Impressit Aldus pro ἐγκαίνια: sicq; Vallen. habet: licet supra scriptũ per encenia idq; sequar. sunt enĩ ἐγκαίνια dedicatio cuiusq; rei: vel festũ pro de dicatione. Vnde idem est ac si dicat accusator etiãsi primũ sit peccatũ: nõ tñ ducendũ esse p festa dedicationũ: tanq̃ rem sacrã: ac impunẽ. habet Vallen. & qui nihil obiicit. Quod Cicero vehementissime multis orationibus tractat: non desiderẽ in hoc loco præpositionem in licet Aldus adscripserit Nã Cicero non tractat in orationibus: cũ id non in orationibus sed in rhetoricis tractari debeat: sed orationibus r quia orando in vsum inducit. Neq; Vallen. adscriptũ habet: at ne in sequẽte q dem: oĩbus malis: Oderit? speret? reliqua duo: irascatur: cupiat: nõ sunt in Vallensi: nec putẽ ascribenda: licet Aldus ascripserit. cũ nõ sit necesse oẽs affectiones explicare: sed satis sit per explicatas reliquas intelligere. Sed mihi si neutro litis cõditio p̃põderet. Sic in Raphaelis exẽplari legit at Aldinũ & Vallense hñt: Sed mihi si sine vllo litis conuicio proponeret: aut vt in Aldino est præponeretur. Argute aũt disputare videtur Raphael vt legatur aut in nullo aut in hoc: sed idẽ mihi sensus seruari posse videtur sine p̃positione qui adiecta ea: Nam demonstrando reũ parui refert an dicam hoc crimẽ. s. qd hic: cõmisit: an in hoc s. qui cõmisit. Sicut plerumq;. sic Vallen. nec mutẽ: naz sensus est. sicut plerũq; sup. vertit: hoc est sicut fere aut frequenter vertit. Etiãsi ignoratũ nõ esset. Sic notatũ in Vallensi codice est: sed illud non, erat p̃postere scriptũ.

confundens cradat emẽdateq; sic legatur. Aut ignotã reo dicet. Causis enĩ sic quoq; respõdere solemus: cum dicimus eas reo fuisse ignotas. Neq; enĩ quisq̃ ea causa mouet ad aliq̃d faciendum quã ignorat. ℭ Nã quẽ posse reperiri: qui non metuat: oderit: speret. Nisi vererer: ne cui videar audacior: censerez huic sensui duo verba irascat cupiat esse ascribenda. vt oẽs huiusmodi affectus cõprehenderent. Cum interrogatione aũt sine controuersia legendũ est. ℭ Nã hoc magis generale: rectiorq; diuisio. Aut nullũ crimẽ credibile: aut hoc. Inuitus equidẽ facio: vt q̃cq̃ immutem: vereorq; ne mihi id vitio vertat: sed cũ siq̃d sentẽtiam ostedero: liberũ tñ vnicuiq; relinquatur iudiciuz: amore pulcherrimi operis nõ grauabor omnẽ istoruz subire calũniã. Hęc quidem diuisio. aut nullũ crimẽ credibile: aut hoc, mendis parũ acute intẽnti carere videtur: ego vero nõ ad personã referri: vt vult Fabius: sed ad rem facile contenderim. Quid enĩ ad personã: si aut nullũ crimen est credibile: aut hoc? Profecto nihil. Quare fortasse in nullo: & in hoc vel refragãtibus exẽplaribus est legẽdũ. hoc modo. Aut in nullo crimen credibile: aut in hoc. Sic enim manifeste ad personã hęc referet diuisio. ℭ Põt tñ idipsum: sicut plerumq; vertere vtilitas. Cũ plerumq; sit aduerbiũ: sensus aũt nomen exigat: plera q; etiã refragantibus exẽplaribus: legendũ esse affirmarim. ℭ An etiã si ignoratum esset absolui. Emẽdate in alijs exẽplarib' legitur nõ esset.

RAPH.

An potuerit Excussa prima parte an voluerit: sequitur an potuerit. Hic tra-

ℭ Inspiciuntur vtiq; difficultates. occasiones: q̃ sunt

plurimæ:& copula ascribē da videtur. ℂ Quæstio: an fecerit: incipit a secundo tē pore: id est præsenti: ac dein de cōiuncto. Et si præceptū hoc mendis carere videtur: si tamē sibi cōstare Fabius cēsendus est paulo cōfusius depræhendetur. Coniun ctum nāq; tēpus cū alibi tū in quinto: vbi de probatio ne artificiali differit: pro p̄ senti accipit: hic aliud eē a p̄ senti sentire videtur: nec sa tis patet: quod tēpus cōiū cto attribuat. Quod si in se quenti illud quod ex inter uallo subiicitur: coniuncto ascriberetur: & sensus pspi cuus esset & Fabi⁹ cādidus hic quoq; esse videretur. Cū enim coniunctū tempus p psenti proprie ponatur: vtpote quod & prætetito: & futuro iungatur: tamen pro futuro quoq; poni po test. Nam futurū præsenti adhæret. Quare mihi Fa bius videtur vt secundum pro præsenti ita coniunctū pro insequenti exposuisse: simulq; eorū exempla sub fecisse. hoc modo. Quæstio an fecerit incipit a secundo tempore: id est præsenti: ac deinde a cōiūcto: hoc est, in seq̄ti quorum sunt son⁹: clamor: gemitus: latitatio: metus: similia. Sic autē esse legēdū etiam ille genitiu⁹: quorū aperte ostendit. Præ sens vero tempus scite Fa bius vocat secūdum. Nam præteritum primū esse dici tur. instans secundū. Futu rum tertium. ℂ Sed verba magis nocent aut minus. magis psunt nostra q̄ alie na: magis prosunt & min⁹ nocent aliena q̄ nostra. Ita depratiatus est hic locus vt apparet vt falsa ac cōtraria sint: quæ exactis colligun tur sensib⁹. Sine cōtrouer sia namq; falsum est nostra verba magis pdesse q̄ alie na: alioqui statim non sub iiceretur: magis prosunt & minus nocent aliena q̄ no stra. Quare minime minor si pauci admodū e professo ribus hoc op⁹ legere aggres si perlegere ab auditoribus deserti potuerunt: cum fere

...tū tēpus

...ī tēpus

...n cur se-
...dicaſ.

etatur locus: tempus, vt furtum in loco clauso vel recluso: fre quenti tempore: vel diurno cū testes plures: vel nocturno cum maior difficultas. Inspicuuntur vtriq; difficultates & occasiões quæ sunt plurimæ. Ideoq; exemplis nō egent. Hic sequens loc⁹ talis est: vt si fieri nō potuit sublata lis sit. Si potuit: sequatur quæ stio: an fecerit. Sed hęc etiam ad animi cōiecturā pertinent. Nā & ex his colligitur an sperauerit. Ideo spectari debent & instru menta vt Clodii ac Milonis comitatus. Quæstio an fecerit. Inci pit a secundo tempore: id est pręsenti: ac deinde coniuncto hoc est insequenti: quorū sunt sonus clamor: gemitus: latitatio: me tus: similia. His accedunt signa: de quibus tractatum est. Ver ba etiam & facta: quæq; antecesserunt: quęq; insecuta sunt. Hęc aut nostra sunt: aut aliena. Sed verba magis nocent aut minus: magis nocent & minus prosunt nostra q̄ aliena: magis prosunt & minus nocent aliena q̄ nostra. Facta autem interim magis p sunt nostra: interim aliena: vt si quid quod pro nobis sit aduer sarius fecit. Semper vero magis nocent nostra q̄ aliena. Est & il la in verbis differentia: q; aut aperta sunt aut dubia: seu nostra: seu aliena sunt: infirmiora in vtrūq; sint necesse dubia. tamē no stra sępe magis nocent: vt in illa cōtrouersia. Interrogatus fili⁹: vbi esset pater: dixit vbicūq; est viuit: at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quę sunt dubia: nunq̄ possunt nocere: nisi aut incerto auctore: aut mortuo. Nocte audita est vox: caueto tyrānicidā: & interrogatus: cuius veneno moreretur: respōdit: non expedit tibi scire. Nā si est: qui possit interrogari: soluet am biguitatem. Cū autem dicta: factaq; nostra defendi solo animo possint: aliena varie refutantur. De vno quidē maxime genere cōiecturaliū controuersiarum locuti videmur: & in omnes ali quid de his cadit. Nam depositi: furti: creditæ pecuniæ: & a fa cultatibus argumēta veniunt: an fuerit: quod deponeretur: & a personis: an illū deposuisse apud hunc: vel huic credidisse cre dibile sit. an petitorem calūniari: an reum inficiatorem esse: vel furem. Sed etiam in furti reo sicut in cædis: quęritur de facto: & de auctore. Crediti: & depositi duę sunt quęstiones: sed non nunq̄ iunctæ: an datum sit: an redditū. Habent aliquid proprii adulterii causę: q; plerūq; duorū discrimē est: & de vtriusq; vi ta dicendū: q̄q̄ & id quæritur: an vtrūq; pariter defendi opor teat. Cui⁹ rei cōsilium nascetur ex causa. Nā si adiuuabit pars altera: coniūgā: si nocebit: separabo. Ne quis autem mihi putet temere excidisse: q; plerūq; duorū crimen esse adulteriū: nō sem per dixerim: potest accusari sola mulier incerti adulterii. Mune ra domi inuēta sunt: pecunia: cuius auctor non extat: codicilli: dubium ad quē scripti. In falso quoq; ratio similis. Aut eñ plu res in culpā vocantur: aut vnus: & scriptor quidē semper tueri signatorem necesse habet: signator scriptorē non semper. Nam & decipi potuit. Is autē: qui hos adhibuisse: & cui id factum di citur: & scriptorē & signatores defendet. Idem argumentorū lo ci in causis proditiōis: & affectatę tyrānidis. Verum illa schola

A loco
Tempore
Facultate
occasione

A verbis

A factis

Depositi furti
Creditæ pecu
niæ q̄stiones

Adulterii

Falsi

Proditionis
Tyrannidis
affectatæ

rum consuetudo ituris in forū potest nocere: q oīa: quæ in themate nō sunt: pro nobis ducim⁹. Adulteriū obiicis: quis testis? quis iudex? qđ pciū? qs conscius? Venenū, vbi emi? a quo? quādo? quanti? per quē dedi? Pro reo tyrānidis affectatæ: vbi sunt arma? quos contraxi satellites? Neq; hæc nego esse dicenda: & ipsis vtendū pro parte suscepta. Nam & in foro siquādo aduersarius probare non poterit: desiderabo. Sed in foro tantū illā facultatē olim desiderauim⁹: vbi nō fere causa agitur: vt nō aliqd ex his: aut plura ponanť. Huic simile ē: q in epilogis qdā: qb⁹ volūt liberos: nutrices: parētes: accōmodāt: nisi q magis cōcesseris ea: q̄ nō sint posita: desiderare: q̄ dicere. De aīo quo mō q̄rať satis dictū est: cū ita diuiserim⁹: an voluerit: an potuerit: an fecerit. Nā qua via tractať: an voluerit: eadē quo aīo fecerit. Id. n. ēst an male facere voluerit. Ordo quoq; rerū aut affert: aut detrahit fidē: multo. n. magis res put cōgruūt: aut repugnāt: sed hæc nisi in ipso cōplexu causarū nō dephēdūtur. Quærēdū tñ semp quid cui connectatur: & quid cui consentiat.

**Ordo.**

¶ ¶ Incipit a secūdo. i. a p̄senti: ac deinde a cōiūcto. i. insequēti. Sic Raphael recte reposuit: quia duoꝝ tēpoꝝ simul exēpla ponere voluit auctor dicēs quorū sunt sonus. Qui vero postposuerūt in sequēti viderūt latitationē & metū ad sequēs tēpus ptinere. Sed sic dixisset Fabius: quoꝝ sunt secūdi gđē sonus, clamor, gemitus, insequētis vero latitatio & similia q̄ lectio qa lōge reponēda sit: min⁹ placet, quare Raphaelē sequar. Sequētē etiā locū recte reposuit: magis nocent & minus prosunt nostra &c. qa etiā in Vallen. deprauatus erat. Bene itē reposuit magis pro nobis. Vel hūc credidisse: sic Ald. & Raph. sequar Vallen q huic habet: qa accusatiu⁹ illū supponiť a fronte vtriq; verbo. Nā & in foro aliquando aduersarius probare non poterit: desiderabo. sic oēs habēt: legā tñ potius siquādo Nam in Vallensi superscriptū est vbi pro quādo. Sequar autē Raphaelē legendo: quid cui non cuiq; licet Ald. & Val. ita habeant.

plures corrupti sensus dephendātur esse q̄ integri habeantur. Sed mihi diutius scrutanti sic tandem emendari posse videtur: si tria hæc verba ascribantur. nocent & minus: vt legatur. Sed verba magis nocent: aut minus. magis nocent & minus prosunt nostra q̄ aliena: magis psunt & minus nocēt aliena q̄ nostra. Ita nāq; & perspicuus & integer est sensus. Nec ignoro in alijs exemplarib⁹ sic legi: vt falsa præcipere Fabius coarguatur. ¶ Tamē nostra sæpe nobis nocent. pro nobis legēdum est magis. ¶ Cum autē dicta factaq; nostratia. Legēdum mihi videť nostra. ¶ Crediti & depositi duæ quæstiones sed nunq̄ iunctæ. Hic sensus mihi emendatione indigere videtur: eoq; est obscurior: ac minus verus cum non nunq̄ iunctæ esse possint illæ duæ quæstiones: an datum sit: an redditum. Sic autem corrigi potest vt sunt verbum ac non negandi aduerbium ascribatur. hoc modo. Crediti & depositi duæ sunt quæstiones sed non nūq̄ iūctæ. ¶ Pecunia: cuius auctor extat. Non particula sensui est necessaria: vt legatur non extat. ¶ In falso quoq; similis ratio est. Hoc est. in crimine falsi: quo accusari solēt qui aut instrumenta corrumpunt aut iurati falso aliquid affirmant vel negant. **Falsi crime[n]** ¶ Quærendum tamen semper quid cuiq; connectatur quid cuiq; consentiat. Sępius iam dixi. Quid cui congruat latine eleganterq; dici. Quare hic quoq; cui non cuiq; legatur hoc modo. Quid cui connectatur.

## De finitione. Cap. IIII.



Sequitur coniecturā finitio. Nā qui nō potest dicere nihil fecisse: pximū habebit: vt dicat: nō id fecisse qđ obiiciať. Itaq; pluribus legib⁹ idē: qbus cōiectura versať: defensionis tantū genere mutato: vt in furtis: depositis: adulterijs. Nō. n. quēadmodū dicim⁹: nō feci furtū: nō accepi depositū: nō cōmisi adulteriū: ita, nō est hoc furtū: nō est hoc depositū sed mutuatio: non est hoc adulteriū. Interim a qualitate ad finitionē descēdiť: vt in actionibus dementiæ: malę tractationis: reipu. læsę. In qbus si recte facta esse q̄ obiiciuntur: dici nō potest: illud succurrit: nō est hoc demētē esse: male tractare: rēpu. lædere. Finitio igitur est rei ppositæ propria & dilucida & breuiter cōprensa verbis enūciatio. Cōstat maxime: sicut est dictū: genere: specie: differētibus: ppriis. vt si finias equū (Noto eñ maxime vtar exēplo) Gen⁹ est aīal. Species mortale:

**Finitio quid sit & qualis.**

¶ Sequitur cōiecturam finitio. Definitionis quoq; diuisionē ita describit Fabius: vt si mendæ absint: perceptu facillima videať. Primū autem ostēdit quē admodum cōiecturam sequitur finitio. Deinde finitiōis assignat definitionē. Tum diuisionem finitiuarum causarum subiungit. ¶ Itaq; pluribus legibus idē: qbus cōiectura versať defensionis tātum genere mutato. Sic qdē hactenus & a clarissimis pfessorib⁹ lectū est: verū vt mihi videtur nō sine flagitijs: qb⁹ totus cōfundiť sensus. Ea vero mihi diligētius intuēti sic tolli posse videnť: vt p pluribus plerūq;: ac eisdē

Differentia irrationabile: Nam & homo mortale erat. Propriū hinniēs. Hæc adhibetur orationi pluribus causis. Nam Tū est certū de nomine. Sed q̄ritur q̄ res ei subiiciēda sit. Tū res est manifesta: sed de nomine nō constat. Cū de re dubiū est: interim cōiectura est: vt si q̄ratur: quid sit deus. Nā q id neget deū esse spiritū oībus partibus immixtū: nō hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationē: sicut Epicurus qui humanā ei formā locūq; inter mūdos dedit. sed nomine vterq; vno vtit: vtrū sit in re coniectat. Interim: qualitas tractatur: vt qd sit rhetoricæ: Vis persuadēdi: an bene dicēdi sciētia. Quod genus est in iudiciis frequentissimū. Sic eñ q̄ritur: an dephensus in lupanari cum aliena vxore adulter sit: quia nō de appellatione: sed de vi facti eius ambigitur. An omnino peccarit. Nā si peccauit nō potest aliud esse q̄ adulter. Diuersum est genus cū cōtrouersia cōsistit in nomine qđ pendet e scripto: nec versatur in iudiciis: nisi propter verba: quæ litem generant. An qui se interficit: homicida sit. An qui tyrānū in mortem compulit: tyrannicida. An carmina magorum veneficiū. Res eñ manifesta est: sciturq; nō idē esse occidere se: quod aliū. Non idem occidere tyrannū: qđ compellere ad mortem. Non idem carmina ac mortiferam potionē. Quæritur tamē an eodem nomine appellāda sint. Q̄q̄ autem dissentire vix audeo a Cicerone: qui permultos secutus auctores dicit: finitionē esse de eodē: & de altero (Semper eñ neganti aliquod esse nomen dicendū qd sit potius) tamē in eandē treis habeo velut species. Nā interim cōuenit sic q̄rere. An habendū sit adulteriū in lupanari: cū hoc negamus nō necesse est dicere quid id vocetur: quia totū crimē inficiamur. Interim q̄ritur an hoc furtū: an sacrilegiū: nō quin sufficiat nō esse sacrilegiū: sed quia necesse sit dicere qd sit aliud. quo in loco vtrūq; finiēdū est. Interim q̄ritur in rebus specie diuersis: an & hoc eodē modo sit appellādū: cū res vtraq; habeat suū nomē: vt amatoriū: venenū. In oībus huius generis litibus q̄rit: an etiā hoc: q̄a nomē de quo ambigit: vtiq; in alia re certū est. Sacrilegiū est rē sacrā de tēplo surripere: nū & priuatā? Adulteriū cū aliena vxore domi coire an & in lupanari? Tyrānicidiū occidere tyrannū: an etiā in mortem cōpellere? Ideoq; συλλογισμὸσ de quo postea dicam velut infirmior est finitio: quia in hac q̄ritur: an idem sit huius rei nomen: qđ alterius. Illo an perinde habenda sit hæc atq; illa.

Primus modus. Secūdus. Deus qd.

nō idē legatur hoc modo. Itaq; plerūq; legibus iisdē: quibus cōiectura versatur. ¶ Illud succurrit nō est male tractare rempub. verbis lædere. Sic qdē legitur: sed corrupte vt pleraq; alia. exemplis enim exponit Fabius quo pacto a qualitate ad finitionem descendatur. Superiusq; exposita repetit exempla. Quare mihi tria hæc verba videntur ascribenda hoc dementem esse: ac ille ablatiuus verbis ab aliquo imperito rum adiectus oblinēdus: vt legatur. Non est hoc dementem esse: male tractare rempublicam lædere. Sic enim singula singulis superius positis respondebunt. hoc est dementiæ: male tractationi. læsæ reipublicę. Ex quo illud quoq; apparet illum verbis ablatiuum ab aliquo indocto quidem sed temerario fuisse adiectum: qui rē publicā ad illud male tractare non ad lædere putauit referendam. Sunt autem themata declamatoria sane q̄ vulgata. Dementiæ nāq; patres a filiis accusantur. Male tractationis viri ab vxoribus. læsæ rei pu. Imperatores a ciuib⁹. ¶ Finitio igitur rei propositæ propria & dilucida & breuiter compressa breuis enunciatio. est verbū mihi videtur ascribēdum & pro compressa comprehensa legendum. hoc modo. Finitio igitur est. ¶ In plurib⁹ causis: in præpositio eradatur: propter plures causas intelligatur. ¶ Tū res est manifesta & qđ nomini constat. hic est distinguendum. Adeo vero corrupt⁹ est hic locus vt vix possit emēdari: nō quia sensus ex sequētibus saltem non percipiatur: sed q̄ quibus verbis sit explicandus non liquet. Idem nāq; sensus pluribus modis exprimi potest. vt hic. Nā tū sic explicaretur. Tū res est manifesta: sed quo nomine appellanda sit nō constat. tū sic. Sed de nomine nō constat.

¶ Itaq; pluribus legibus idē. Sic quoq; Vallen. sed cum de finitione loquatur: legatur cum Raphaele & Aldo: Itaq; plerūq; legibus iisdem quibus coniectura versatur. i. tractatur finitio. Non est hæc mutuatio: sic Aldus: Vallen. non est hoc mutuatio. Hoc. s. quod mutuationē vocas: Raphaelis autem codex vitio impressoris habet: non est hæc mutatio: Ego vero scribendū puto: non est hoc depositum. quia depositum longe a mutuo dato differt cum depositū maneat in potestate dantis: mutuū transeat in potestatem accipientis. Præterea meo quidem iudicio scribēda est cōtinuo bis negatio sic. Ita non, nō est hoc furtū &c. Causa vero q̄ me moueat vt id sentiam est q̄ præmisit defensionis tantum genere mutato: nam si vna dūtaxat negatio ponatur: nō mutatum sed idē ostendatur genus. Sensus enim esset: ita sup. dicimus: nūc vero vt mutatum noscamus sensus est: ita non: sup. dicimus: non est hoc furtum: quæ lectio etiam ex

eo mihi probatur q nō: vt de facto cōtrouersia est in his: ita de nomine ambigitur: quia manifestum est quid sit furtum vocandum: licet de sacrilegio disceptatio est. Legamus igitur bis non: aut potius sic Non enim quemadmodum dicimus: non feci furtum &c. Argute autē adscripsit Raphael: ea verba: nō est hoc dementē esse &c. verū sciemus: negationē agere etiā in duo sequentia: vt sit: non est hoc male tractare: non est hoc remp. lædere. Breuiter cōpressa: sic quoq Vallen. sed superscripsit expressa: melius cōprensa aut cōprehensa legetur. cum Raph. Nam si peccauit non potest aliud esse q̄ adulter: hoc dictū confirmat lectionem meam superiorem: vt q̄q̄ factum negari potest: tamen si de facto cōstat: nomen non potest: in furto deposito adulterio. Q̄q̄ autē dissentire &c. sic Vallen. Non quin sufficiat non esse sacrilegiū. Sic quidē omnes: sed videtur legendū: nō quin sufficiat esse sacrilegiū: quia cū grauius sit sacrilegiū q̄ furtū simplex: videtur sufficere accusatori si sacrilegiū esse dicat: nihil tamen mutatū per me sit. In omnibus autē huius generis &c. sic Vallen.

quod quidem mihi magis probatur. Nam in definitione interdum de nomine interdū de re quæritur. Cum enim constat de nomine: quæstio est de re: cū res est certa: quæritur de nomine. est igitur bimembris hæc diuisio. Quare loco illius copulæ & legatur sed: loco illius quod reponatur de præpositio: ac nō negatiua particula ascribatur. hoc modo. Sed de nomine non constat. ¶ De re dubium interim coniectura est. Huic sensui mihi aliquid deesse videtur: quo connecti possit. Neq enim sunt plures sensus. Sic autem coniungi potest: si cum aduerbiū in principio ascribatur hoc modo. Cū de re dubiū est interim coniectura est. Alterū nāq membrū assignatæ diuisionis exponitur. ¶ Nomine vterq vno vtit. Sed particula vt ascribatur elegantiæ ratio exposcit. Quoties enim ita vnū negatur: vt aliud affirmetur sed particula affirmationi solet apponi: vt non hoc dixit. falsum esse nomē: sed nomine vterq vno vtitur. ¶ Vt quid sit rhetorice vis persuadendi ac benedicendi scientia. An loco ac copulæ legendū esse ne admonitione qdē dignū est. ¶ Q̄q̄ haud dissentire vix audeo a Cicerone. Haud negationem expungendā ac loco eius autem copulam reponendam facile sensus ipse declarat. Hoc vero in Topicis Cicero præcepit his verbis. Ad definitionem autem pertinet ratio ac scientia diuidendi. Atq huic generi finitimū est illud qd appellati de eodem & altero diximus: qd genus forma quædam est definitionis: si enim quæratur idem ne pertinacia ac perseuerātia: definitionibus id est iudicandū. ¶ Semper negāti aliquod esse nomē dicendū quid sit potius tamē eandē tris habeo velut species. Cū sit initiū parentheseos hoc est interpositi sensus ēm coniūctio ascribēda videtur hoc modo. Semp ēm neganti aliquod esse nomen dicendū quid sit potius. ¶ Tamē eādē tris habeo velut species. Hæc qdē oratio vt cōgrua defendi nō potest: nisi in ꝓpositio: vt in eādē legat: ascribat. ¶ In oibus huius generis litibus q̄rit an etiā hoc. Recte in qbusdā exēplarib⁹ aūt pticula est ascripta hoc mō. In oibus aūt hui⁹ gn̄is litibus. ¶ Illo an ꝓinde habēda sit hæc atq illa. in ꝓpō sensui necessaria mihi videt ascribēda ac ꝓinde legēdū nō ꝓinde. hoc mō. In illo an ꝓinde habēda sit hæc atq illa. Syllogismus aūt latine collectio rōcinatioq vocat. Syllogis

¶ Est & talis finitionum diuersitas: vt quidam sentiunt. Num idem diuersis verbis comprehendatur: vt rheorice bene dicēdi scientia: & eadē bene inueniēdi: & bene enūciandi & dicēdi secūdū virtutē orationis: & dicēdi quid sit officii. Atq prouidēdū an si sensu nō pugnāt comphēsione dissentiāt. Sed de his disputatur: nō litigatur. Opus est aliquādo finitione obscuriorib⁹ & ignotioribus verbis: qd sit clarigatio. Erit & interim notis noie verbis: vt qd sit penus: qd littus. Quę varietas efficit: vt eā qdā cōiecturę: qdā qualitati: qdā legitimis quęstionib⁹ subiecerint. Quibusdā ne placuit qdē oīno subtilis hęc: & ad morē dialecticorū formata cōclusio: vt in disputationib⁹ potius p argumēta verboꝝ cauillatrix: q̄ ī oratoris officio multū allatura momēti. Licet. n. valeat ī sermōe tantū: vt cōstrictū ī vinculis suis habeat eū q respōsur⁹ est: & vel tacere: vel etiā īuitū id qd sit cōtra: cogat fateri: nō eadē est tn̄ ei⁹ ī causis vtilitas. Persuadēdū. n. iudici est: q etiā si verbis deuictus est: tn̄ nisi ipsi rei accesserit tacit⁹ dissentiet. Agēti vero q̄ tāta ē hui⁹ ꝑcisę cōphēsionis necessitas! An si nō dixero homo est aīal: rōnale: mortale: nō potero expositis tot corpis aīq ꝓprietatibus latius orone ducta: vel a diis eū vel a mutis discernere! Quid! q nec vno mō diffinit res eadē: sed latiore varioq tractatu vt facit Cicero vt oēs oratores plerūq fecerūt. Rarissima. n. apd eos repiet illa ex cōsuetudine phorꝝ ducta seruit⁹ (ē. n. certe seruit⁹) ad certa se verba astrīgēdi: idq

Dialectica cauillatrix.

¶ Est & talis ditiisionum diuersitas vt quidam sentiunt: num iisdē verbis cōprendatur. Nisi corrigat hic locus: quę sequūtur exēpla: nequaq̄ sensui conuenire videbuntur. Neq ēm plures rhetorice definitiones iisdem assignātur verbis. Quare aut diuersis aut certe variis ablatiuu3 sentio ascribendū. ac ideo p iisdem legendū. Definitionū pręterea loco diuisionū sensus exposcit. cū non de diuisione: sed de definitiōe tractetur hoc modo. Est & talis definitionum diuersitas vt quidā sentiunt num idem diuersis verbis cōprehendatur. ¶ Atq prouidēdū. vt si sensu non pugnat comphensione dissentiūt. Pugnāt vt sit numeri pluralis legēdū ē ne admonēdū qdē est. Sed aliud quoq hic mihi sensus desiderare videtur. An enim particula loco vt & dissentiant restē legerentur hoc modo. Atq prouidēdū an si sensu

non pugnãt: comp̃hẽsione dissentiat. Quid sit clarigatio. Clarigare ẽ res raptas clara voce repetere: vt ex his Plinij v̄bis vbi de verbena loquitur: aperte colligitur. Ac semper inquit ex legatis cum ad hostes clarigatum mitterẽtur .i. res raptas clare repetitũ: vn⁹ vtiq; verbenarius vocabatur. Seruius autem in Vergilium copiosius hoc idẽ exponit sup illo versu principio pugnæ. Hoc de Romana inquit tractum est solẽnitate. Cum enim vellebant bellum indicere pater patratus: hoc est princeps fecialium: proficiscebatur ad hostium fines: & præfatus quædam solẽnia clara voce dicebat se bellũ indicere p̃pter certas causas: aut quia socios læserãt: aut quia nec abrepta animalia nec captiuos reddiderant. Et hęc clarigatio dicebatur: a claritate vocis post quã clarigationẽ hasta in eorum fines missa indicebat pugnæ principiũ.

[...]gare quid

[...]enarius.

[...]ugnæ in[...]ctio.

¶ Erat vt iterum notis nomine verbis. Cur hic sensus perceptu est difficilis? Nempe quia est corrupt⁹. Emendatur autem si erit loco illius erat: ac & copula pro etiam loco vt reponat: hoc modo. Erit & interiꝫ notis nomine verbis. Nam interdum opus est finitione etiaꝫ verbis quo ad appellationem notis: quo ad significationem vero obscuris: qualia sũt quæ subijciuntur. Nam & penus & littus cum nomine nota sint: non paruam tamen circa res ipsas habẽt differentiam. Vnde grammaticus ille apud. A. Gelliũ in quarto ingenue p̃fitetur se ignorare penoris definitionem: cũ verbũ ipsum sibi non ignotum esse contendat. Est autem penus quicquid in annuũ reponitur victuꝫ. Vnde penariũ penus repositorium dicit Vlpianus de penu legata Q. Muti⁹ scribit libro scd'o iuris ciuilis penu legata cõtineri q̃ esui: potuiq; sunt.

[...]nus qd.

faciendum in libris Ciceronis de oratore vetat. M. Antonius. Nam est etiam periculosum: cũ si vno in verbo sit erratum tota causa cecidisse videatur. Optimaq; est illa via: qua vtitur Cicero pro Cecinna: vt res proponatur: verba nõ periclitentur. Et enim recuperatores, nõ ea sola vis est q̃ ad corpus nostrũ, vitãq; peruenit: sed etiã multo maior ea q̃ periculo mortis iniecto: formidine animũ perterritũ loco sæpe & certo statu demouet. Aut cũ finitionem p̃cedit probatio: vt in Philippicis Cicero: Seruiũ Sulpitiũ occisum ab Antonio colligit: & in clausula demũ ita finit. Is ei profecto mortẽ attulit: qui causa mortis fuit. Non negauerim tamen hæc quoq;: vt expedit causæ, esse facienda. Et si quãdo firma comp̃hendi poterit: & breui complexu verborum finitio esse: id tum elegans: tum etiã fortissimũ: si modo erit illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est quid sit: an hoc sit. & ĩ hoc fere labor maior est: vt finitionem confirmes: q̃ vt in rem finitionem applices. In eo quid sit duplex opus est. Nam & nostra confirmanda: & aduersæ partis destruenda finitio. Ideoq; in schola: vbi nobisipsis fingimus cõtradictionem: duos ponere debemus fines: quales vtrinq; esse optimi poterũt. At in foro prouidẽdũ: num forte supuacua: & nihil ad causam pertinẽs: an ambigua: an cõtraria: an cõmunis sit finitio. quorũ nihil accidere: nisi agẽtis culpa potest. Vt recte autem finiamus: ita fiet: si prius in animo constituerimus: quid velimus efficere. Sic enim accommodari ad voluntatem verba poterunt: atq; vt a notissimo exemplo: quo fit res lucidior: non recedamus: Qui priuatam pecuniam de tẽplo surripit: sacrilegii reus est: culpa manifesta. Quæstio est: an huic crimini nomẽ quod est in lege, conueniat. Ergo ambigitur: an hoc sacrilegium sit. Accusator quia de templo sit surrepta pecunia: vtitur hoc nomine. Reus quia priuatam surripuerit: negat esse sacrilegium: sed furtum fatetur. Actor ergo ita finiet. Sacrilegium est surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet: Sacrilegiũ est surripere aliquid sacri. Vterq; alterius finitionem impugnat. Ea duobus generibus euertitur: si aut falsa est: aut parum plena. Nam illud tertium: nisi stultis nõ accidit: vt nihil ad quæstionem pertineat. Falsa est: si dicas. Equus est animal rationale: nã est equus animal: sed irrationale. Quod autem commune cum alio est: desinet esse proprium. Hic reus falsam dicit esse finitionem accusatoris. Accusator autem non potest dicere falsam rei. Nam est sacrilegium surripere aliquid sacri: dicit parum plenam. Adiiciendum enim ait ex sacro.

Quid sit.

Finitio vitiosa.

Finitionis euersio.

¶ Est & talis &c. Sequar cum Aldo Raphaelis repositionem hoc loco. Erit et interim (scilicet opus) notis nomine verbis: vt quid sit penus &c. Sunt qui scribant vt Aldus videbis quid sit penus: sed in Vallen. non est verbum videbis. Erratum autem illud Quid enim vniuersos &c. in Vallen. & in omnibus antiquis exemplaribus quæ videre potui conspicitur. Solus Aldus Raphaelem secutus reposuit vt nos impressimus. Siquis tamen potius quicq̃ addendum q̃ delendum existimet: legat sic. Quid? q; nec vno modo definitur res eadem: vt facit Cicero. Quid enim? vti videmus in scholis vniuersos latrone varioq; tractatu: vt omnes oratores plerũq; fecerunt. Vallen. vt cætera taceam habet recuperatores: & peruenit. Item non potest.

Littus vero est: vt ait Celsus de verborum significatione: quousq; maximus hybernus fluctus a mari peruenit: Idq;. M. Tullium: cum arbiter esset primū cōstituisse ait. ¶ Quæ varietas efficiat. Effecit ac eam pro ea legendum esse facile ex ipso percipitur sensu. ¶ Licet enim valeat in sermone tantum: vt constrictū in vinculis suis habeat eum: qui responsurus est: vel carcere vel etiam inuitum id: quod sit contra: cogat fateri: nō eadem est tamen eius in causis subtilitas. Inuitus quidem facio: sæpius dicam: vt aliquid immutem. Sed vbi sensus laborat: acumēq;: ac elegantia Fabij periclitatur: ei quoquo modo succurrendū videtur cū pſertim quidā ita inuertant: vt & ipsi ridiculi sint: & Fabij dicta obscuriora fiant. Sic enim in quibusdā legitur exemplaribus. licet enī valeat in sermone tantū: vt cōstrictū in vinculis suis habeat eū: qui respōsurus sit vel crucem: vel etiā vncum id: quod sit contra cogat fateri: non eadem tamē est eius in causis vtilitas. Quid enī ad hunc sensum crux & vncus? Mihi certe & risum & stomachū mouēt. In huius vero loci emendationē primū & copula est ascribēda: & duo illa verba Carcere: & subtilitas etiā refragātibus exēplaribus: mihi videtur immutanda nō quidē in dissimilia: sed simillima verba. Pro carcere nāq; tacere inuitū: & vtilitas non subtilitas a sensus integritate exigūtur hoc modo. Et vel tacere vel etiā inuitū id: qđ sit contra cogat fateri: nō eadē est: tñ eius in causis vtilitas. ¶ Qui etiā si verbis deuictus est. ii litera ascripta deuinctus pulcherrime sensum custodit. Dialectica nāq; acumina colligare ac deuincire disputātes videtur. ¶ Quid? qđ nec vno modo definitur res eadem vt facit Cicero. Quid enī vulgo vniuersos latiore: varioq; tractatu: vt omnes oratores plerūq; fecerūt. Quid mihi hoc loco sit faciundū ignoro: Nam vt aliquis inde sensus eliciatur: aut adijciēda quædā: aut saltē quatuor hæc verba. Quid enī vulgo vniuersos. expungēda videtur. Sed cū facilius sit q̄ supuacua apparēt expūgere: q̄ q̄ sint ascribēda diuinare: eadē quatuor verba trāsuerso calamo allinātur: atq; sed copula interim ascribatur ac tria illa verba: vt facit Cicero. post illū ablatiuū tractatu transcribātur: dū emēdatius aliquod exemplar inueniatur. hoc modo. Quid? qđ nō vno modo definitur res eadē: sed latiore varioq; tractatu: vt facit Cicero: vt omnes oratores plerūq; fecerūt. ¶ Etenim recuperatores nō ea sola vis est: imperiti alicuius temeritate factū est: vt recuperatores in recuperatoris genitiuū immutetur: cū esse casum vocādi ex oratione Ciceronis pro. A. Cecinna aperte colligatur. Sūt autē recuperatores iudices rerū: quibus iniuria quis priuatus fuerat recuperandarū. ¶ Is et pfecto mortē attulit. Hoc idē & iurisconsulti decernūt. Iulianus ad legē Aquiliam. Occidisse dicitur vulgo quidē qui mortis causam quolibet modo pbuit. Sed lege Aquilia is demū teneri visus est: qui adhibita vi: & quasi manu causam mortis pbuisset: tracta videlicet interptatione vocis a cædēdo: vel a cæde: Vlpianus ad legē Corneliam de sicarijs. Nihil interest occidat quis: an causam mortis pbeat. ¶ Et in hoc fere maior labor est: vt finitionē confirmes: q̄ in rem finitionē applices. vt particula eleganter huic aduerbio q̄ subijcitur: cum non ad nomen: sed ad verbū refertur. Quare hoc loco quoq; & Fabij elegātia: vt particulam exposcit: & ita in quibusdam legitur exemplaribus: q̄ vt in rem finitionem applices. ¶ An in foro puidendum. At loco an particulæ vt legatur: sensus exposcit hoc modo. At in foro. ¶ Quod autem cōmune cū alio est: desinet esse proprium. De parum plena definitione hoc dicitur. Nisi enim sit propria definitio rei definitæ parum plena est atq; imperfecta: neq; cum re definita conuerti potest. id quod in primis exigitur in definitione. ¶ Accusator autem potest dicere falsam rei. Nisi non aduerbium ascribatur: ratio quæ subijcitur: repugnare propositioni videbitur. Est enim sacrilegium sine controuersia surripere aliquid sacri. vtrum autem sit sacrilegium de sacro res priuatas subripere Seuerus & Antonius Imperatores: vt scribit Martianus ad legem Iuliam peculatus missa ad Cassiū Festum epistola: declararunt. Res inquiūt priuatorū: si in ædem sacram depositæ: subreptæ fuerint: furti actionē non sacrilegij esse decernimus. Paulus quoq; ad eādē Iuliam legem. Sūt autē inquit sacrilegi: qui publica sacra compilarint. At qui priuata sacra vel ædiculas incustoditas tentauerint: amplius q̄ fures minus q̄ sacrilegi puniri merentur. Quare quod factum: quodve admissum in sacrilegij crimen cadat: diligenter considerandum videtur.

Littus

Recup… res qui…

Sacril… quid…

¶ Maximus autē vsus in approbando refellendoq; fine propriorū ac differentiū: nōnūq̄ etiā etymologiæ. Quæ tamen omnia: sicut in cæteris confirmat æquitas: nonnunq̄ etiam coniectura mentis. Etymologia maxime rara est. Quid enī est aliud tumultus: nisi perturbatio tāta: vt maior timor oriatur? Vnde etiam nomen ductū est tumultus. Circa propria ac differētia magna subtilitas: vt cū q̄ritur: an addictus: quē lex seruire: donec soluerit: iubet: seruus sit. Altera pars finit ita. Seruus est: qui est iure in seruitute. Altera: qui in seruitute est eo iure: quo seruus: aut vt antiqui dixerūt: q seruitutē seruit. Quæ finitio etiā si † cōstat æquo: nisi tñ ppriis & differētibus adiuuetur: inanis est. Dicet enī aduersarius seruire eū seruitutē: aut eo iure: quo seruū. Videamus ergo ppria: differētiaq; liberorū: q̄ libro q̄nto leuiter in trāsitu attigerā. Seruus cū manu mittit̄ fit libertinus: addictus recepta libertate est ingenu⁹. Seruus inuito domino libertatē nō cōsequet̄ addict⁹ soluēdo citra volūtatē dñi cōsequet̄. Ad seruū

Etymologię

distat aliquo

¶ Quid enim est aliud tumultus. Ex octaua Ciceronis Philippica sumptū est etymologię exēplū. ¶ Quę finitio etiā si distat aliquo. Ita qdē legit̄: sed citra vllū sensum Fabio dignū. Quare duo verba mihi vidētur corrigēda: vt pro illo distat constat: pro aliquo legatur æquo. hoc modo. Quæ finitio etiā si constat æquo. Sic enī & perspicuus & iis quæ sequūtur: maxime cōueniēs erit sensus. ¶ Dicet enī aduersarius seruire eū seruitutem aut eo iure quo seruum videamus. Distinctio minus scite apposita totū perturbat hūc sensum Videamus enī ad sequētis sensus initium est reijcien-

nulla lex pertinet: addictus legem habet. Propria liberi: quę nemo habet: nisi liber prænomen: nomen: cognomen: tribum: habet hæc addictus. Excusso quid sit, prope peracta est quæstio: an hoc sit. Id enim agimus: vt sit causæ nostræ conueniens finitio. Potentissima autem est in ea qualitas: an amor: an insania. Huc pertinebunt probationes: quas Cicero dicit proprias esse finitiones ex antecedentibus: consequentibus: adiunctis: repugnātibus: causis: effectis: similibus: de quorum argumentorum natura dictū est. Breuiter autem pro Cecinna Cicero initia: causas: effecta: antecedentia: consequentia complexus est. Quid igitur? fugiebant propter metum? Quid metuebant? vim videlicet: potestatis. Igitur principia negare potestis: cum extrema concediris? Sed similitudine quoq; vsus est. Quæ vis in bello appellatur: ea in ocio non appellabitur? Sed ex contrario argumenta ducuntur: vt si quæratur: an amatorium, venenum sit nec ne: quia venenum, amatorium non sit. Illud alterum genus: quo sit manifestius adolescentibus meis (Meos enim semper adolescentes putabo) hic quoq; fictæ cōtrouersiæ vtar exēplo. Iuuenes: qui conuiuere solebant: constituerunt: vt in littore cœnarent. Vnius: qui cœnæ defuerat: nomen tumulo: quem extruxerant: inscripserunt. Parer eius a transmarina peregrinatione cum ad littus idem appulisset: lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse. Hic finitio est accusatoris. Per quem factum est: vt quis perierit: causa mortis est. Rei est. Qui fecit quid sciens: per quod perire homini necesse esset. Remota finitione † accusarori sat est dicere. Causa mortis fuistis. Per vos enim actum est: vt homo periret: quia nisi vos illud fecissetis: viueret. Contra, non statim per quem factum est: vt quis periret: is damnari debet: vt accusator, testis, iudex rei capitalis. Nec vndecunq; causa fluxit: ibi culpa est, vt si quis profectionē suaserit: † vt ad amicum accedat trans mare: & is naufragio perierit. Ad cœnam inuitarit: & is cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in causa mortis solum adolescentium factum: sed credulitas senis et in dolore ferundo infirmitas, deniq; si fortior fuisset aut prudentior, viueret. Nec mala mente fecerunt: & ille potuit vel ex loco tumulum: vel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Qui ergo puniri debēt: in quibus omnia sunt homicidę præter manum? Est interim certa finitio: de qua inter vtrāq; partem conuenit: vt Cicero dicit. Maiestas est in imperio: atq; in omni populi Ro. dignitate. Quæritur tamen: an maiestas minuta sit: vt in causa Cornelii quæsitū est: sed hic etiam similis videri potest finitiue: tamē quia de finitione nō ambigitur: iudicatio est qualitas: atq; ad eū potius statū reducenda: ad cuius forte quādam venimus mentionē: sed & erar ordine proximus locus.

An hoc sit.

Appulisset.

accusatoris

aut ad amicū accedat

Finitio certa.

ASCENSIVS.

¶ Quæ finitio etiam si distat aliquo. Sicquidem Vallēū. habet vt sit sensus: q̄q̄ facit definitū differre in aliquo ab alijs rebus: tamē nisi proprijs & differētibus adiuuetur: inanis est. qui sensus non est oīno impertinens: q tamē Raphaelem

dum. hoc modo: videam⁹ ergo propria differentia q̄ liberorum. ¶ Seruus inuito domino nō cōsequetur. Sensus libertatem ascribi poscit: & ita in quibusdam legitur exēplaribus. Seru⁹ inuito domino libertatem nō cōsequetur. Sed mihi alter sensus maxime necessarius in omnibus exemplaribus quæ quidē ego legerim: ꝑtermissus: hic deesse videtur. Cum eñ Fabius. differentia inter addictū & seruū exponat: si seruus inuito domino nō potest cōsequi libertatem: Addictus sane etiā inuito domino eā consequetur soluēdo. Hoc autem verbū consequetur repetitum in erroris causa fuisse videt. Ita nāq; a Fabio scriptum forsitan fuit. Seruus inuito domino libertatem nō consequetur. Addictus soluēdo citra voluntatē domini consequet. ¶ Propria liberi: quæ nemo habet nisi liber. Proprioȓ nominū apud Romanos: vt cū alij: tū Diomedes grāmaticus scribit: q̄tuor sunt species: ꝑnomē cognomen: nomē: & agnomen. Prænomen est: quod nominibus gentilitijs pręponit: vt est Marcus: Publius. Cognomen est gentilium id est: quod gentē: vel familiam declarat: vt Porcius: Cornelius. Nomen est qđ vniuscuiusq; ꝓpriū: & nominibus gentilitijs subiūgit vt Cato Scipio. Agnomē est qđ extrinsecus adijci solet ex aliqua ratione: vt Aphrican⁹ Numātinus. Sed ꝓ agnomine fere cognomē vsurpat: vt Scipio: cui Aphrican⁹ fuit cognomē. Quæ vero nunc cognomina sunt: auctore Q. Sceuola: vt scribit Iulius paris: olim ꝑnomina fuerūt. ¶ Excuso quid sit. Excusso duplicato ss scribendū est: ne videatur esse verbum: cū sit participiū. ¶ Id enim agimus: vt sit causæ nostræ cōueniens finitio potentissima. Male adhibita distinctione hic quoq; confunditur sensus.

vt facit Aldus sequi malit faciat. Bene etiã distinxit Vallen. Videamus &c. Sed delunt ea q̃ Raphael bene adiecit: nisi subaudiẽda ea Fabius ĩpe cẽsuit: quo breuior sit: repetens scz alibi a se dicta. Neq; vero, Aldus neq; Valla distinxit vt Raphael. Potentissima est aũt vterq; enĩ coniũbat nomẽ potẽtissima cũ nõie finitio. qđ si sequẽti iungẽdũ est: legã Potentissima aũt est: nõ potentissima est aũt. Proprias esse finitiones: sic Val. & Ald. & tamẽ cum Raphaele finitionis lego. Vallen. aũt adscripta habet ea verba propter metũ: vt & Aldus sed ꝑmonitus. Solus autem Aldus pro Potestis igitur: impressit sic. vim videlicet potestatis. Igitur &c. Idq; sequar: sed addã vt ipse potestis: sicut a me impssum est: cũ alijs sic legat. Vim videlicet. Potestis igit̃ pñcipia negare: cũ extrema cõcedatis: vbi Aldus habet cõceditis. Vallen. aũt ea in ocio: qđ & Aldus sequit̃. Amatoriũ aũt neqs ignoret substãtiue capit̃ ideoq; nõ adijcit̃ ad venenũ cũ dicit̃ an amatoriũ venenũ sit. Estq; gen⁹ potionis aut cibi ad amãdũ incitãtis: qđ græce philtron dicit̃. Impssit aũt Aldus male Reus est: q fecit &c. Nã legẽdũ est: Rei est & subauditur a supiore: finitio. Pręmisit enĩ: Hic finitio est accusatoris. ℂ Accusatoris est dicere: sic Vallen. nõ male: licet Aldus impresserit: accusatori satis est dicere. Prætereа vbi Raphael imprimendũ censuit & Aldus impressit, aut ad amicũ accesserit: legam vt ad amicũ accedat trans mare: nam profectio non quæcũq; periculosa est. Si tñ duplex sit exemplũ sequitur Ald. Ad cuius &c. sic Vallen.

Potentissima enim sequentis sensus est initium hoc modo. Potẽtissima est autẽ in ea qualitas. ℂ Quas Cicero dicit proprias esse finitiones. Finitionis: vt genitiuus sit legẽdum esse ne admonitione quidem dignũ esse videtur. ℂ Quid igitur fugiebant? quid metuebant? Duo hic verba ascribenda esse & ex oratione Ciceronis percipitur: & ita in quibusdam exemplaribus legitur. Quid igitur fugiebant? propter metũ. ℂ Quæ vis in bello appellatur ea in loco non appellabitur? Pro loco ocio mihi legendum videtur: atq; ita Ciceronem scriptum reliquisse puto. ℂ Remota finitione accusatoris: sat est dicere. Accusatori litera s erasa legatur. ℂ Vt siquis profectionem suaserit: vt ad amicum accesserit trãs mare. A vocali ascripta aut loco illius vt mihi legendum videtur. Nam & is qui suasit profectionem: & amicus ad quem quis trans mare accessit causa mortis videri possunt: cum tamen nequaq̃ sint. ℂ Tamen quia definitione non ambigitur iudicatio est qualitas. De finitione diuisim legendum est: vt sint duæ partes. ℂ Ad eius forte quidem venimus mentionem. Loco eius legendum est cuius & quadam pro illo quidem hoc modo. Ad cuius forte quadam venimus mentionem.

## De qualitate. Cap. V.



Est autem qualitas alia de summo genere: atq; ea quidem nõ simplex. Nã & qualis sit cuiusq; rei natura: & quæ forma, q̃ritur: an immortalis anima: an humana specie deus. & de magnitudine: ac numero quãtus sol: an vn⁹ mũdus. Quæ omnia coniectura quidem colliguntur: quæstionẽ tamẽ habent in eo: qualia sint. Hæc & in suasoriis aliquando tractari solent: vt si Cæsar deliberet: an Britanniã impugnet: quæ sit oceani natura: an Britannia insula (Nam tum ignorabatur) quanta in ea terra: quo numero militum aggrediendа: in consilium ferendũ sit. Eidẽ qualitati succedũt facienda: ac non faciẽda: appetenda: vitanda: quæ in suasorias quidem maxime cadũt: sed in cõtrouersiis quoq; sunt frequẽtia: hac sola differentia: quia illic de futuris: hic de factis agitur. Item demõstratiuę partis omnia sunt in hoc statu, factũ esse cõstat: quale sit factũ q̃ritur. Lis est omnis: aut de prẽmio: aut de pœna: aut de quãtitate. Igitur primũ genus causæ: aut simplex: aut cõparatiuũ. Illic quid æquũ: hic quid æquius: aut qđ æquissimũ sit: excutitur. Cũ de pœna iudiciũ est: a parte eius: qui causam dicit: aut defensio est criminis: aut imminutio: aut excusatio: aut vt quidã putant: deꝑcatio. Defensio longe potentissima est: qua ipsum factũ: qđ obiicitur: dicimus honestũ esse. Abdicatur aliquis: q; inuito pãtre militarit: honores petierit: vxorẽ duxerit: tuemur quod fecimus. Partẽ hanc vocãt hermagorei κατάρτιληψιν. ad intellectũ id nomẽ referẽtes latini (ad verbũ translatum nõ inuenio) absolutã appellãt. Sed enim de re sola quæstio

Qualitas

De pœna iudicium.

Epicuri o[...] nio de de[...]

Sol terra maior est

ℂ Est autem qualitas alia de summo genere: atq; ea quidem nõ simplex. Qualitatẽ Fabius ita vult summum esse genus: vt etiam quantitatem complectatur id quod exemplis: quę inferuntur: aperte declaratur. Primum autem ostendit q̃ late pateat qualitas. Ita nãq; tria causarum genera complectitur: vt deliberatiuę: demonstratiuęq; causæ hoc potissimum statu contineantur: magnaq; pars iudicialium in hoc versetur. Deinde qualitatis ipsius diuisionem diligentissime: vt omnia: exponit. ℂ An humana specie deus. Epicurus hãc inuexit quæstionem. Deum enim humana facie: formaq; præditum esse censuit: eiq;: vt paulo ante vidimus: locum inter mũdos assignauit. ℂ Quãtus sol. Geometrica ratione colligunt astrologi solem multo q̃ terra sit esse maiorem. ℂ Et an vnus mundus. Et copula vt redundãs expũgenda videtur. Democritus aũt physicus infinitos esse mũdos: professus est. ℂ Partem hãc vocãt Her-

iusta sit ea nec ne. Iustum omne continetur natura: vel cōstitutione. Natura quod fit secundū cuiusq; rei dignitatē. Hæc sunt pietas: fides: continentia: & talia. Adiiciūt & id qđ sit par, verū id non temere intuendū est. Nam & vis cōtra vim: & talia nihil habēt aduersum eū: qui prior fecit iniuste. & nō quoniā res pares sunt: etiā id est iustū qđ antecessit. Illa vtrinq; iusta: eadem lex: eadē conditio: ac forsitan ne sint quidē paria: quæ vlla parte sunt dissimilia. Constitutio est in lege: more: iudicato: pacto. Alterum est defensionis genus: in quo factū per se improbabile: assumptis extrinsecus auxiliis: tuemur: id vocāt † προσλεπτικὴν latini hoc quoq;. nam ad verbū transferunt. Assumptiua enim dicitur causa. In quo genere fortissimū est: si crimen causa facti tuemur: qualis ē defensio Orestis: oratio Milonis ἀντέγκλημα dicitur quia omnis nostra defensio: cōstat eius accusatione: qui vindicatur. Occisus est: sed latro: excæcatus: sed raptor. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori cōtraria: in qua neq; factū ipsum per se: vt in absoluta quæstione defenditur: neq; ex cōtrario facto: sed ex aliqua vtilitate aut reipublicæ: aut hominū multorum: aut etiam ipsius aduersarii: nonnunq̃ & nostra: si modo id erit quod facere nostra causa fas sit: quod sub † extrario accusatore & legibus agente ꝓdesse nunq̃ potest: in domesticis disceptationib⁹ potest. Nam & filiis pater in iudicio abdicationis & maritus vxori: si malæ tractationis accusabitur & patri filius si dementię causa erit: nō inuerecūde dicet multū sua interfuisse: in quo tamē incōmoda vitātis melior: q̃ cōmoda petētis est causa. q̄bus similia etiā in vera rerū q̄stione tractātur. Nā q̄ in scholis abdicatorū: hęc ī foro exhęredatorū a parētib⁹: & bona apud cōsules repetētiū ratio est. q̄ illic malæ tractationis: hic rei vxoriæ: cū q̄ritur vtrius culpa diuortiū factū sit. q̄ illic demētię: hic petēdi curatoris. Subiacet vtilitati etiā illa defensio: si prius aliquid futurū fuit. Nā in cōparatione malorū boni locū obtinet leuius: vt si Mancinus fœdus Numātinū sic defendat: q; periturus nisi id factū esset: fuerit exercitus Roman⁹. Hoc genus ἀντίσασιν græce nominatur: cōparatiuū nostri vocant.

Iustum. natura.

Cōstitutio. Factū improbabile auxiliis defensū

κατ' ἀντίθεσιν

κατ' ἀντίστασιν

extraneo

¶ Et an vnus mūdus: sic Vallen. Nec viget ratio expungendæ coniūctionis. Quanta in ea. s. insula: terra sup. sit. κατ' ἀντίληψιν. Sic in Vallensi codice ad scriptum est eadem manu qua in contextu κατὰ διάνοιαν. quam vocem posteriorem ego intrusam puto: ab iis qui cum vacuū locū inuenirēt (quia pauci græce scribunt) & putantes id quod sequitur esse eius greci quod omissum esset interpretamentū: scripserunt κατὰ διάνοιαν quod est ad intellectū. Cæterum quia vox referētes nō spectat ad Hermagoreos: sed ad latinos: legā sequens sic: Ad intellectū id nomē referentes latini (ad verbū translatū nō inuenio) absolutam appellant. Hæc sunt pietas, fides, &c. Sunt q legāt hic. i. in hac re sunt &c. Bene autē mutauit Raphael: illud peruersum: in par. Verum: q̄uis Aldus par quidem impresserit: sed aduersum pro verū supposuerit. Quod autē dicit Raphael temere pro fere accipiendū: id quidem alibi concedam: sed hic malim pro temerarie & inconsulte accipere. Nā illud comicū par pari referas: & illud iuridicū: vim vi repellere licet. non habent locū pro eo qui prior fecit iniuste: et ideo id non temere intuendū. Etiam id est iustum quod antecessit. Sic Vall. & Raph. Aldus autē impressit iniustū: quod nō placet: quia licet iuste quis vim vi repellat: nemo tñ iuste vim inferat. Et ideo licet res sint pares: vt eruenti oculū eruere similiter oculū: par est: sed qui prior eruit nō ita iuste vt q posterior facit.

magorei κατὰ διάνοιαν ad intellectū id nomen referentes. Qui κατὰ διάνοιαν putāt scribendū: nō recte intellectū accipiunt. Nam intellectus non solū pro parte illa animæ principali ponit: sed pro significatione quoq; frequētissime accipitur: vt hoc loco. Quare ii mihi maxime ꝓbant: qui κατ' ἀντίληψιν esse scribendū sentiunt. Nā ἀντίληψιν ad verbū latine exprimi nō potest. Trāsferretur autē susceptio contra aliquē. Nam ἀντὶ cōtra siue ꝓ significat ληψίς susceptio dicitur: hoc eniʒ statuit quod nobis obiicitur: ita suscipimus vt iustum ostendamus & nullo extrinsecus assumpto remedio. Ideoq; a latinis absoluta appellatur. Sola vero omniū statuum qualitas in varias species separatur. Nam neq; coniectura: neq; finitio species habent: sed modis quibusdā distinguuntur. ¶ Natura quod fit secundum eiusq; rei dignitatem. Cuiusq; legendum esse patet. ¶ Adiiciunt & id: quod sit peruersum. Quomodo peruersum iis: quæ natura sunt iusta adiici possit. viderint ii: qui nihil in istis exemplaribus perinde atq; ipsorum auctorū manu scriptis: immutandum putant. Ego vero ab instituto non recedens huncquoq; sensum citra omnem dubitationem corruptum: non sine diuturna cogitatione me emendasse credo. Non enim peruersum: q̄uis in omnibus quæ quidem ego viderim: exemplaribus: ita legatur. Sed par verum legendum esse proculdubio affirmarim. Sed ita vt verum sequentis sensus initium sit hoc modo. Adiiciat & id: quod sit par. verum id non temere intuendum est. Sic autē legendum esse & sequentia facile indicant: & ex secūdo Ciceronis rhetorico. aperte colligitur: vbi iuris partes itidem enumerantur.

κατ̓ ἀντίστασιν sic Aldus. κατ̓ ἀντίθεσιν. Sic Raphal & in margine Vallen. q in contextu habet προσληπτικὴν vt opinor a προσλαμβάνω qđ est assumo. Quã ob rem putem hũc locũ neq; ab Raphale neq; ab Aldo recte legi: sed a Valla qui habet. Id vocãt προσληπτικήν Latini hoc quoq;: Nã ad verbũ trãstulerunt: assumptiua enĩ dicitur causa. quod sub extrario sic Vallen. Al. extraneo Si spei aliquid. sic Aldus & Val. sed melius Raph. si peius aliquid: qđ probat id quod sequitur. Habet Vallen. Vt si Mancinus &c.

Quædam autem inquit: genera iuris tam certa consuetudine facta sunt. Quod genus pactũ: par: iudicatum. Pactum est quod inter aliquos conuenit: quod iã ita iustũ putat: vt iure præstari dicatur. Par qđ in oĩ re æquabile est. Temere autẽ hoc loco fere significat. ¶ Id vocant κατ̓ ἀντίθεσιν. latine hoc quoq; nõ ad verbũ trãsferunt. Latini legendũ est. Ad verbũ autẽ transferretur secundũ oppositionẽ. Nam ἀντίθεσις oppositio dicit. His enĩ quę per se sunt improbabilia: alia extrinsecus opponũtur: quibus probabilia efficiũtur. ἀντέγκλημα dicitur. A quibusdã recriminatio cõmode trãsfert. Ab alijs relatio criminis: a quibusdã translatio appellatur. ¶ Est & illa ex causis facti ducta defensio priori est contraria. Est verbũ iterato positũ eradatur ne sensum confundat. Eã vero græci ἀντίστασιν. latini cõparationẽ vocant. ¶ Sed in aliqua vtilitate aut reipubl. in præpositio est expungẽda ac loco eius: aut nihil aut certe ex præpositio ascribẽda videtur: hoc modo. Aut ex aliqua. ¶ Quod sub extraneo accusatore & legibus agente prodesse nunq̃ põt. Alij extrario legũt. Extrarius aũt accusator qui sit multi quęrũt. Eum ego extrarium accusatorẽ dici puto: qui nõ sit familiaris ac domesticus. Id qđ apte quę inferuntur declarant. ¶ Filio si dementiæ causa erit. hic sensus mihi videtur deprauatus. Nã vt statim subijcit Fab. Parentes in scholis interdũ a filijs dementiæ accusari fingebantur. Quo igitur modo pater filio dicet sua interfuisse dementẽ se fuisse. Quapropter ego puto patri ascribendũ & pro filio filius legẽdũ hoc modo. Filius patri si dementiæ causa erit. ¶ Et bona apud cõsules repentinũ ratio est. Qui non videt repetentium non repentinũ legendũ esse: vtilius grãmaticæ q̃ rhetoricæ studeret ¶ Hic rei vxoriæ cũ quærit vtrius culpa diuortium factum sit. Rei vxorię iudiciũ est: vt inquit Boetius in topica Ciceronis: quotiens post diuortium de dote cõtentio est. ¶ Vt si Marius fœdus Numantinũ sic defendat. Mancinus in causa fœderis Numantini non Marius fuit. Recte igit Mãcinus legat. Hæc autem historia notior est q̃ vt hoc loco sit enarrãda.

Pactũ qui

Par.

Extrari⁹ q

Res vxor

Translatio criminis.

Hæc circa defensionem facti: quę si neq; per se ipsam: neq; adhibitis aliis auxiliis dabitur proximũ est in alium transferre crimen: si possumus. Ideoq; etiam in hos qui iã scripti sunt status: visa est cadere translatio. Interdũ ergo culpa in hominẽ relegatur: vt si Graccus reus fœderis numãtini cuius metu leges populares tulisse in tribunatu videtur: missum se ab imperatore suo diceret. Interim deriuatur in rem: vt si is qui testamẽto qd iussus non fecerit: dicat per leges id fieri nõ potuisse: hoc μετάστασιν dicũt. Exclusis quoq; his excusatio superest: ea est aut ignorantiæ: vt si quis fugitiuo stigmata scripserit: eoq; ingenuo iudicato: neget scisse se liberum eũ fuisse: Aut necessitatis: vt cũ miles ad cõmeatus diem nõ affuit: dicit se fluminibus interclusum: aut valetudine. Fortuna quoq; sæpe substituit culpę. Nõ nũq̃ male fecisse nos: sed bono animo dicim⁹. Vtriusq; rei multa & manifesta exempla sunt. Iccirco non est eorũ necessaria expositio. Si omnia quæ suprascripta sunt deerunt: videndum an minui culpa possit: hic est ille qui a quibusdam dicitur status quantitatis. Sed ea cũ sit aut pœnę aut honoris: ex qualitate facti constituitur. Eoq; nobis sub hoc esse statu videtur sicut ei⁹ quoq; quæ ad numerũ refertur a græcis. Nam & ποιότητα & ποσότητα dicunt: nos vtrunq; eadem appellatione complectimur. Vltima est deprecatio: quod genus causæ plerique negarunt in iudicium vnq̃ venire: quin Cicero quoq; pro Quinto Ligario idem testari videtur cũ dicit. Causas Cæsar egi multas: & quidem tecũ: dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe nunq̃ hoc modo. Ignoscite iudices: errauit, lapsus est: nõ putauit: si vnq̃ post hac & cætera. In senatu vero & apud populum: & apud principẽ: & vbicunq; iuris clemẽtia est: habet

μετάθεσιν

Imminutio culpæ.

Deprecatio.

RAPH.

¶ Hoc μετάστασιν dicunt. Hæc latinę tũ relatio criminis: tũ translatio tũ remotio appellatur. ¶ Vt si quis seruo fugitiuo stigmata scripserit. Stigmata dicuntur notę ac signa & characteres: quæ non solum seruis fugitiuis: sed equis etiã inuruntur vt dignoscãt. ¶ Eoquoq; ingenuo iudicato neget scisse se liberũ eũ fuisse. Nõ quoq;: sed q; copulã exposcit sensus. Sicq; in alijs legitur exemplaribus. Eoq; ingenuo iudicato neget scisse se liberũ eũ fuisse. ¶ Vt cuz miles ad cõmeatus diẽ non affuit. dicit se fluminib⁹ interclusum: aut valetudine. Dicat non dicit legendũ est. Qui miles autem ad diem cõmeatus nõ veniat inquit Modestinus iurisconsultus: perinde in eũ statuendũ est: ac si emansisset vel deseruisset. ¶ Nã ποιότητα & ποσότητα dicunt: hoc est & q̃litatem & quantitatem vocant. ¶ Si exhæredatũ a se filiũ pater testatus fuerit elogio. Elogium est testificatio de aliquo siue ignominię siue honoris cã. Ignominię: vt hoc loco. Honoris: vt Mar. Tullius. Quid elogia sepulchorum? ¶ Sed etiã in formulis cum pœnarię sint

Stigmata

Elogiũ q

locum deprecatio,in qua plurimum valent ex ipso qui reus est: Deprecatio pœnæ
hæc tria in vita præcedere:si innocens:si bene meritus:si spes in
futurum innocēter victuri:& in aliquo vsu futuri.Præterea si
vel aliis incōmodis:vel præsenti periculo:vel pœnitētia videa
tur satis pœnarum dedisse.Extra,nobilitas:dignitas: ꝓpinqui
amici.In eo tamen qui cognoscit plurimū ponendū:si laus eum
misericordis potius q̄ reprehensio dissoluti cōsecutura est. Ve
rum & in iudiciis etiā si non toto genere causæ:tamen ex parte
magna hic locus sæpe tractatur.Nā & diuisio frequens est eti
am si fecisset:ignoscendū fuisse.Idq; in causis dubiis sæpe præ
ualuit:& epilogi oēs in eadē fere materia versari solent.Sed nō
nunq̄ etiam reus hic totius summā constituit si exhæredatū a
se filium pater testatus fuerit elogio:propterea ꝙ is meretricē
amauerit.Nā omnis hic quæstio:an huic delicto pater debue
rit ignoscere:& centūuiri tribuere debeant veniam.Sed etiam
in formulis cū pœnariæ sunt actiōes : nos ita causam partimur
an cōmissa sit pœna:an exigi debeat.Id aūt qđ illi viderūt verū
est:reū a iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse.De
premiis aūt quęrūtur duo:an vllo sit dignus qui petit:an tāto. De premiis
ex duobus vter dignior.ex pluribus quis dignissimus. Quorū
tractatus ex ipso meritorū genere ducitur.Et intuebimur nō
rem tantū:siue alleganda:siue comparanda erit:sed personam
quoq;. Nam & multum interest tyrānū iuuenis occiderit:an se
nex.vir an fœmina.alienus an coniunctus.Est & ad locū multi
pliciter,in ciuitate tyrānis assueta;an libera semper.in arce,an
domi.& quo,modo factū sit:an ferro:an veneno. & quo tēpore,
bello an pace. an cum depositurus esset eā potestatem,an cū ali
quid noui sceleris ausurus.Habetur in meritis gratia,periculū Meritis.
quoq; ac difficultas.Similiter liberalitas a quo pfecta sit refert.
Nam in paupere gratior q̄ in diuite:dante beneficium q̄ reddē
te:patre q̄ orbo.Item quā rem dederit:& quo tēpore:& quo ani
mo:id est nū in aliquam spem suā,similiter alia.Et ideo qualitas
maxima oratoris recipit opera:quia in vtrāq; partē plurimū est
ingenio loci:nec vsq̄ tantū affectus valent.Nam coniectura ex
trinsecus quoq; adductas frequenter probationes habet : & ar
gumēta ex materia sumit:vt quale quicq; videatur † eloquētia Eloquentiæ
opus est:hic regnat:hic imperat:hic sola vincit.Huic parti sub
iungit Virginius causas abdicationis:dementiæ malæ tracta
locorū:
ta de ip[illegible]
cidio.

corinthiū

cinente deleta est. Quid signorum quid vestiū: q̄ dve tabularum raptū: incēsum atq; corruptū sit: quantas opes abstulent: & cremarit hinc scias: q; quicquid corinthij æris toto orbe laudaē: incendio superfuisse cōperimus. Nam & æris notam preciosiorē ipsa opulentissime vrbis fecit iniuria: quia incendio permixtis plurimis statuis: atq; simulachris: æris: auri: argentiq; venæ in cōmune fluxerunt: Non solū aūt æra: sed & signa quoq;: & vasa corinthia dicuntur. Plinius libro trigesimoquarto Signis: quæ vocāt corinthia plerīq; in tātū capiūtur: vt secū circunferant: vt Hortensius orator spingē a Verre reo oblatā: propter quā Cicero illo iudicio in altercatione neganti ea se enigmata intelligere respondit debere: qm̄ spingē domi haberet. Iabolenus de legatis tertio Cui Corinthia vasa legata essent & bases huic quoq; quæ eorum vasorum collocandorum causa parata sunt deberi: Trebatius respondit.

na & Vasa
nthia.

est augurio cōsecratū. Quo nihil inueniri possit significāti⁹. i. quod fœcūdius & copiosius rem significet: vt accessisse sobriū ad euertendā remp. significat totis ingentij iudicijq; viribus id fecisse. & deductum carmen in buco. Vergilij. est aut extenuatum vt vulgo exponitur per metaphorā a lana: quæ deducit dū subtilior redditur: aut potius ab altis rebus ad inferiores ductū: est eñ deducere deorsum ducere: qui sensus nunc mihi placet potius q̄ Seruij licet eū aliquando secutus sim: quia ita est contextus: Cū canerē reges & prælia. cynthius aurē vellit & admonuit: pastorem tityre pingues pascere oportet oues: deductū dicere carmen. deductum inquā a regibus & prælijs ad res pastorales. Acris autē tibia significanter dicit: quia in prælia accēdit & affectus impellit. Annibal aūt significātius dirus: q̄a deorū ira videt in Italiā missus: qđ & phasma illi oñdit. Deductum carmen. Dirus. Annibal.

RAPH.

¶ Exhisq; inde cōtraxerit: quæ non intelligūtur. Corrupte quidē sic mihi legi videtur. Forsitan aūt loco illorū ex & his ea pronomen bene reponeretur acu in a conuersa intelligātur legeretur: hoc modo: eaq; inde contraxerit: quæ nō intelligātur. ¶ Fallunt eñ verba vel religionibus quibusdā magis familiaria vel artiū propria: vt atabulus ventus & nauis saccaria. Religionib⁹ quidē legitur. Sed flagitiose vt ego quidē puto. Nam regionibus legendum esse facile exempla declarant: Neq; eñ Atabul⁹ aut nauis saccaria nomina sunt religionibus familiaria sed regionibus atq; artibus. Nam Atabulus ventus est Apuliæ familiaris sic dictus i q; nocumentum afferat ἀπὸ τοῦ ἄτην βάλλειν hoc est a damno immittendo. Nauis vero saccaria arti nauicularię videtur esse familiaris. Nauis eñ saccaria a vehendis saccis denoīata eē videt. ¶ Et in malacho sanū: Hoc quoq; exēplū vt mihi videtur corruptum iis relinquatur corrigēdū: qui nihil ab exēplaribus putāt recedendū. Mihi certe ingenue fateor: nec percipi: nec corrigi pōt. ¶ Sicut in his q̄ homonyma dicūtur. ὁμώνυμα dicetur æquiuoca: q̄ vna voce multa significant: vt taurus. ¶ Nec transiectio tarda: vt in hyperbaton finis

bulus ven
qui & vn=
uet.

¶ At obscuritas fit etiam verbis ab vsu remotis: vt si commentarios quis pontificum: & vetustissima fœdera: & exoletos scrutatus auctores id ipsum petat ex eis vt quæ inde cōtraxerit nō intelligantur. Hinc enim aliqui famam eruditionis affectant: vt quædam soli scire videantur. Fallunt etiā verba: vel regionibus quibusdā magis familiaria: vel artium propria: vt atabul⁹ ventus: & nauis saccaria: & in alio loco sane q̄ vel vitāda apud iudicem ignarū significationum earum: vel interpretāda sunt. Sicut in his: quæ homonyma dicuntur: vt taurus animal sit: an mons: an signū in cœlo: an nomen hominis: an radix arboris, nisi distinctum nō intelligitur. Plus tamē est obscuritatis in contextu: & continuatione sermonis: & plures modi. Quare nec sit tam longus: vt eū prosequi non possit intentio: nec transiectione tā tardus: vt in hyperbatō finis eius differatur: q̄bus adhuc peior est mixtura verborū: qualis in illo versu. Saxa vocant Itali: mediis quæ in fluctibus aras. Etiam interiectione: qua & oratores: & historici frequenter vtuntur: vt medio sermone aliquē inserant sensum: impediri solent intellectus: nisi quod interponitur breue est. Nā Vergilius illo loco: quo pulū equinum describit: cum dixisset. Nec vanos horret strepitus: cōpluribus insertis: alia figura quinto demum versu redit, tū si q̄ sonū procul arma dedere: Stare loco nescit. Vitanda in primis ambiguitas: non hæc solum: de cuius genere supra dictum est: quæ incertū intellectum facit: vt Chremetem audiui percussisse Demeam: Sed illa quoq;: quæ etiam si turbare non potest sensum: in idem tamen verborum vitium incidit: vt siquis dicat: visum a se hominem librum scribentem. Nā etiam si librum ab homine scribi pateat: male tamen composuerat: feceratq; ambiguum: quantum in ipso fuit. Est etiam in quibusdā turba inanium verborū qui dum cōmunem loquendi morem reformidant: ducti specie nitoris circumeunt omnia copiosa loquacitate: quæ dicere volunt: ipsam deinde illam seriem cū alia simili iungentes miscentesq; vltra q̄ vllus spiritus durare possit: extendunt. In hoc ma

Obscuritatis Modus. primus. — Secundus. — Tertius. — Obscuritas i contextu. Prima. Secunda. Tertia. Quarta. — Quinta. — Sexta. — Septima.

lum etiam a quibusdam laboratur: neq; id nouum vitiũ est: cũ iam apud Titum Liuium inueniam fuisse preceptorem aliquẽ: qui discipulos obscurare q̃ dicerent: iuberet: græco verbo vtẽs σκότισον. Vñ illa scilicet egregia laudatio tanto melior: ne ego quidem intellexi. Alii breuitatis æmuli necessaria quoq; orationi subtrahunt verba: & velut satis sit scire ipsos quæ dicere velint: q̃tum ad alios ptineat: nihil putãt. At ego ociosum sermonem dixerim: quẽ auditor suo ingenio † intelligit. Quidã emutatis in peruersum dictis de figuris idem vitium consequũtur. Pessima vero sunt ἀδιανόητα hoc est: quæ verbis aperta: occultos sensus habẽt: vt conductus est cæcus secus viã stare: & q suos artus morsu lacerasset: fingitur in scholis supra se cubasse. Ingeniosa hęc & fortia: vt ex ancipiti diserta credantur: perficiunt. At peruasit quidem iã multos ista persuasio: vt id iam demum eleganter: atq; exquisite dictum putent: quod interpretãdum sit. Sed auditoribus etiam nonnullis grata sunt hæc: quæ cum intellexerint: acumine suo delectantur & gaudent: nõ quasi audiuerint: sed quasi inuenerint. Nobis prima sit virtus perspicuitatis: propria verba: rectus ordo: nõ in longum dilata conclusio: nihil neq; desit: neq; superfluat. Ita sermo & doctis probabilis: & planus imperitis erit. Hæc est loquendi obseruatio. Nã rerum perspicuitas quo modo præstanda sit diximus in præceptis narrationis. Similis autem ratio est in omnibus. Nã si neq; pauciora q̃ oportet: neq; plura: neq; inordinata aut ĩdistincta dixerimus: erũt dilucida: & negligenter quoq; audientibus aperta. quia id ipsum in consilio est habendum: nõ semper tam esse acrem iudicis intentionem: vt obscuritatem apud se ipse discutiat: & tenebris orationis inferat quoddam intelligentiæ suę lumen: sed multis eum frequenter cogitationibus auocari: nisi tã clara fuerit quæ dicemus: vt in animũ eius oratio vt sol in oculos: etiamsi in eam non intendatur: incurrat. Quare non vt intelligere possit: sed ne omnino possit non intelligere curãdum. Propter quod etiam repetimus sæpe: quæ non satis percepisse eos: qui cognoscunt putamus. Quæ causa vtriq; nostra culpa dicta obscurius est † qua causa ad planiora: & cõmunia magis verba descendimus: cum id ipsum optime fiat: quod nos aliquãdo non optime fecisse simulamus.

Octaua.

Nõ itelligit

Nona.
Decima.

Perspicuitatis virtutes & formæ.

ea.

¶ Ex hisq; &c. melius repositum in Vallen͂. sic est: ex iisq; petat: vt q̃ indecõtraxent non intelligãtur. ¶ Et in malacho sanũ. Vallen͂. habet: & in alio loco, sane quæ &c. Sicq; putẽ a Fabio scriptum: de Horatio nimirum locuto. qui in libr. primo sermonum dicit. Incipit ex illo montes appulia notos Ostentare mihi: quos torret atabul⁹ & quos &c. Et quia idẽ dixit in eodẽ: Malchinus tunicis demissis ambulat: forte pro exemplo alius loci. scriptũ erat: Malchinus: qđ imperiti in contextũ intruserunt. Nec transiectio &c. Vallen͂. habet nec transiectione tarda. Quia vero nec particula præposita & geminata poscit consimilẽ formã dicendi ego legã. Nec transiectione tam tardus vt in hyperbaton finis eius differatur. Notum est nũc frequentius traiectionem scribi: sed antiquis manebãt præpositiones cõponẽtes in multis integrę. ¶ Quibus adhuc peior &c. sic Vallen͂. qui habet extẽdunt non ostendũt vt mendose impressum erat in repositionibus Raphaelis. Sane hoc vitiũ (vt annotauit Valla) in literis papalibus prę eius differatur. Duabus literis erasis. Traiecto & deferatur mihi legendũ videtur. Hyperbatõ vero est trãsgressio quædã verborũ ordinem turbans: quod tñ interdũ decoris gr̃a assumit: vt aĩaduerti iudices omnẽ accusatoris orationẽ in duas diuisaʒ esse partis. Nam in duas partis diuisam esse rectum erat. Sed durũ: & īcõpositum. ¶ Quibus adhuc prior est mixtura verborum. Peior legendũ esse contenderim: q̃uis prior in exemplaribus depræhẽdatur. Nã mixtura verborũ. & confusio peior est: & magis obscurat orationẽ q̃ traiectio. Hæc autem verborum mixtura græce dicitur σύγχυσις quæ est species hyperbati ex omni parte cõfusi: quale est illud Vergilianũ. Tris notus abreptas ĩ saxa latẽtia torquet: Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctib⁹ aras. ¶ Etiam interiectiõe: qua & oratores. ¶ Hæc græce dicitur παρένθεσις recepto iaʒ a latinis vocabulo: q̃ ad verbum transfertur interpositio. Nam Vergilius illo loco: quo pulũ equinũ: describit cũ dixisset. Nec vanos horret strepitus. Pulus equinus p simplex l scribit. πῶλος enĩ a gręcis dicit. Pullus vero gallinę per duplex. In tertio vero georgicõ hęc leguntur. Nec vanos horret strepitus: illi ardua ceruix. argutũq; caput: breuis aluus: obesaq; terga. Luxuriatq; toris animosum pectus, hõesti Spadices glaucíq;, color deterrim⁹ albis Et giluo: tũ si qua sonũ pcul arma dedere: Stare loco nescit. ¶ Vltra q̃ vllus spirit⁹ durare possit: extẽdit. Qui non videt extendunt esse legendũ is se ad grãmatices rudimenta conferat perdiscenda. ¶ Gręco verbo vtẽs σκότισον: hoc est obscura. Nam σκοτίζω significat obscuro. σκότος nãq; tenebrę dicuntur. ¶ At ego ociosum sermonẽ dixerim: quẽ auditor suo ingenio intelligit. Non particulam nega

Hyperbat

Aenei. pri

Pulus qu
batur.

tiuam hic mihi sensus exigere videtur: vt legam⁹ nõ intelligit. Ociosus nãq; dicitur sermo qui non percipitur vtpote: qui nihil auditorum animis operetur. ❡ Pessima vero sunt ἀδιανόητα hoc est: quæ verbis aperta occultos sensus habent; vt conductus est cæcus secus viam stare. & quę suos artus morsu lacerasset; fingitur in scholis super secubasse: ἀδιανόητα ad verbum possunt transferri non intelligibilia. Nã διανοέω significat itelligo: vnde ἀδιανόητον intelligibile & ἀδιανόητον non intelligibile. Ea vero enigmata mihi parum percipiũtur. ❡ Vt obscuritatez apud se ipsam discutiat: & tenebris orationis inferat q̃dam intelligentiæ suæ lumen. Vt ipse legatur loco illius accusatiui ipsam: & sensus. & ratio exigit. Quoddã ꝑterea nõ quiddã legẽdũ esse patet. ❡ Propter q̃d etiã reperimus sæpe quæ nõ satis percepisse eos qui cognoscunt putamus: repetimus legendum esse facile ex ipso percipitur sensu.

cipue cognoscit. Vnde illa scilicet egregia laudatio: verba sunt Fabij per ironiã loquentis de laudatione nota tunc cũ extabant opera eius rhetoris qui laudando oratione discipuli: dicebat: tãto melior sup. est oratio tua cęteris. q; nec ego quidẽ intellexi: sup. ec. ❡ At ego ociosum sermonẽ dixerim: quẽ auditor suo ingenio intelligit. Sic Vallen. & meo quidẽ iudicio bene: licet Raphael: nõ intelligit scribendũ ꝑcepit & Aldus ita impressent. Vult eñ ociosum esse sermonẽ: quẽ auditor intelligit suo ingenio: etiã si nihil dixerit orator: & nõ ex verbis loquẽtis. Simile aũt in proœmio huius dixit. Tũ demũ ingeniosi scilicet si ad intelligẽdos nos opus sit ingenio. Illud aũt Conductus est cęcus &c. mihi intelligit vt obscuritas sensus sit in voce cõductus: quę interdũ significat cũ alio ductũ: interdũ ꝑcio ductũ: prætereã cæcus & secus nõ aliud in⁹ q̃ oculis quid significẽt percipiũt sensus igit est aut q; cũ alio sit ductus cęcus vt stet secus viã: scz ad mẽdicandũ: aut vt sit ꝑtio cõductus stare secus viã a fatuo cõductore: cũ in nulla re secus viam vtilis sit nisi vt mendicet. Et qui suos artus. Sic Vallen. Ald. & quędã antiquior impressiõ: Raphael aũt legit. Et quę &c. Sensus aũt ambiguitas: põt esse in secubasse: an sint duæ an vna vox: & forte in lacerasset: sed vbicũq; est: captũ meũ fugit: non qui nesciã quid sit secubare: & quid supra se cubare: sed qui ꝑspicuum sensum elicere nequeã. ❡ At persuasit quidẽ: sic Aldus: melius aũt Valla persuasit scripsit. Apud se ipsa discutiat. Sic Vallen. vt sit ipsa intẽtio iudicis. Aldus autem Raphaelis consilio impressit ipse: vt sit ipse iudex. Quæ causa vtiq; nostra est culpa dicta obscurius. qua causa &c. sic Aldus habet & sequentia vt nos impressimus: sed obscuram continent sententiam.

## De ornatu. Cap. III.



Enio nunc ad ornatum: in quo sine dubio pl⁹ q̃ in cæteris dicẽdi partibus sibi indulget orator. Nam emendate quidem: ac lucide dicentium: tenue præmium est: magisq; vitiis carere: q̃ vt aliquã magnã virtutem adeptus esse videaris. Inuentio cũ imperitis sæpe communis: dispositio modicæ doctrinæ credi potest: & quę sunt artes altiores plerũq; occultantur: vt artes sint. Deniq; omnia hęc ad vtilitatem causarum solam referẽda sunt. Cultu vero atq; ornatu se quoq; commendat ipse: qui dicit: & in cæteris iudicium doctorum: in hoc vero etiam popularẽ laudẽ petit. Nec fortibus modo: sed etiam fulgentibus armis: præliatus in causa est Cicero Cornelii: nec consecutus esset docendo iudicem tantum: & vtiliter demũ: ac latine: perspicueq; dicẽdo vt populus Ro. admirationem suã nõ acclamatiõe tantum: sed etiam plausu confiteretur. Sublimitas profecto: & magnificentia. & nitor: & auctoritas expressit illum fragorem. Nec tã insolita laus esset prosecuta dicentẽ: si vsitata: & cęteris similis fuisset oratio. Atq; ego illos credo: qui aderant: nec sensisse quid facerent: nec sponte iudicioq; plausisse: sed velut mente captos: & quo essent in loco ignaros erupisse in hunc voluntatis affectũ. Sed ne causæ quidem parum confert idem hic orationis ornatus. Nam qui libenter audiunt: & magis attendunt: & facilius credunt. Plerunq; ipsa delectatione capiuntur: nonnunq̃ admiratione auferuntur. Nam & ferrum affert oculis terroris aliq̃d & fulmina ipsa nõ tã nos cõfunderẽt: si vis eorũ tantum: nõ etiã ipse fulgor timeretur. Recteq; Cicero his ipsis ad Brutum ver-

Dilucidæ Orationis laudes.

RAPH.

❡ Nec fortibus modo: sed etiam fulgentibus armis ꝑliatus in causa est Cice. Cornelij cuius secutus esset docendo iudicẽ tantum & vtiliter demum: ac latine perspicueq; dicendo. Varie legitur hic locus in exemplaribus: qua ex re facile colligitur esse corrupt⁹. In aliis nanq; legit cõsecutus. Hic vero cuius secutus. Quorũ neutrum sensui conuenire videtur. Quod si leuiter in mutandis verbis emendare deprauata licet: cuius loco duæ dictiones qui nõ cũ syllaba as mihi ascribendæ videntur hoc modo Qui non assecutus esset & quæ sequuntur. Sic eñ perspicuus est sensus nec quicq̃ verborum tollitur quæ oblita: ac potius erasa in quibusdã exemplaribus sensum minus aptum minusq; absolutum reddunt. Quidã eñ vir insignis cum aliter hũc locum corrigere nesciret: decem verba ex hoc sensu eradere sibi permisit: quod quidem nimium magnæ est arrogãtię. Sic eñ legit. Nec fortibus modo sed etiã fulgentibus armis præliatus in causa est Cicero Cornelij consecutus dicendo: vt po

bis quadã in epistola scribit. Nam eloquentiã quę admirationẽ non habet: nullã iudico. Aristoteles quoq́ eandẽ petendã maxime putat. Sed hic ornatus (repetã. n.) virilis, fortis: & sanct⁹ sit: nec effœminatã lęuitatẽ: nec fuco eminẽtẽ colorẽ amet: sanguine & viribus niteat. Hoc autẽ adeo verũ est: vt cũ in hac maxime parte sint vicina virtutibus vitia: etiã qui vitiis vtuntur: virtutis tamẽ his nomẽ imponãt. Quare nemo ex corruptis dicat: me inimicũ esse culte dicẽtibus. Non nego hãc esse virtutẽ: sed illis eã nõ tribuo. An ego fundũ cultiorẽ putẽ: in quo mihi quis ostẽderit lilia: & violas: & amœnos fontes surgentes: q̃ vbi plena messis: aut graues fructu vites erũt? Sterilẽ platanũ: tonsasq́ myrtos q̃ maritã vlmũ: & vberes oleas pꝛoptauerim? Habeãt illa diuites: licet quid essent: si aliud nihil haberẽt? Nullus ne ergo etiã fructiferis adhibẽdus est decor? quis negat? Nã & in ordinẽ certaq́ ĩteruallã redigã eas arbores. Quid eñ illo quincunce speciosius? qui in quãcũq́ partẽ spectaueris: ꝛ rectus est? Sed protinus in id quoq́ prodest: vt terrę succũ æqualiter trahãt. Surgẽtia in altũ cacumina oleæ ferro coercebo, in orbem se formosius fundet: & protinus fructũ ramis pluribus feret. Decentior equus: cuius astricta sunt ilia: si idẽ velocior. Pulcher aspectu si athlęta: cuius lacertos exercitatio expressit. idẽ certamini paratior. Nũq̃ vera species ab vtilitate diuiditur. Sed hoc quidẽ discernere modici iudicii est. Illud obseruatione dignius ꝙ hic ipse honestus ornatus pro materiæ genere debet esse variatus. Atq́ vt a prima diuisione ordiar: nõ idẽ demõstratiuis: & deliberatiuis: & iudicialibus causis cõueniet. Nãq́ illud genus ostẽtationi cõpositũ solã petit audientiũ voluptatẽ. Ideoq́ oẽs dicẽdi artes aperit: ornatũq́ orationis exponit: vt q̃ nõ insidietur: nec ad victoriã: sed ad solũ finẽ laudis: & gloriæ tendat. Quare quod erit sentẽtiis populare: verbis nitidũ: figuris iucũdũ: translationibus magnificũ: cõpositione elaboratũ: velut institor quidã eloquẽtiæ intuẽdũ: & pene pertractãdũ dabit. Nã euẽtus ad ipm nõ ad causam refertur. At vbi res agit: & vera dimicatio est: vltimus sit famę locus. Præterea non debet quisq̃: vbi maxima rerũ momẽta versãt: de verbis eẽ sollicitus. Neq́ hoc eo pertinet: vt in his nullus sit ornatus: sed vti pressior: & seuerior: eo min⁹ cõfessus: pcipue ad materiã accõmodatus. Nã & suadẽdo sublimius aliqd senatus: cõcitatius populus: & in iudiciis publicę: capitalesq́ causæ poscũt accuratius dicẽdi genus. At priuatũ cõsiliũ: causasq́ paucorũ: vt frequẽter accidit calculorũ purus sermo: & dissimilis curę magis decuerit. An nõ pudeat certã creditã pecuniã periodis postulare: aut circa stillicidia affici: aut in mancipii redhibitione sudare? Sed ad ppositũ.

ASCENSIVS.

¶ Nam emendate quidem ac lucide &c. sic Vallen. alij legunt dilucide: sed quia sequitur dicentium: ne repetatur syllaba di sequar Vallen. ¶ Cum cõsecutus esset dicendo vt populus Romanus admirationem suam non acclamatione tantũ sed etiam plausu consiteretur: Sic Vallen. quem secutus est is qui a Raphaele carpitur. Nos autẽ ad Aldinũ exemplar reposuimus: nam Raphael reposuit populus Romanus admirationẽ suam non acclamatione tantũ sed etiam plausu consiterentur. Hoc vero mihi non corrigere: sed corrũpere libros esse videtur. Accusatus aũt fuerat Cornelius: ꝙ cũ esset gaditanus contra leges: ac instituta maiorũ a Cn. Pompeio imperatore in ciuitatẽ Romanam fuisset ascriptus: Hunc defenderũt cum alij clarissimi quoq́ oratores: tum Pompeius ipse: vt ex ipsa Ciceronis oratiõe aperte colligitur. ¶ Sed ne causæ quidem parũ conferat a litera expuncta confert legendũ est. ¶ Si vis eorum tantum non etiam ipse fulgor tantũ timeretur. Tantum iterato positum videtur: vt redũdans omnino eradendum. ¶ Nec effœminatam lenitatem: & fuco eminentem colorẽ manet: sic quidem legitur: pręterq̃ ꝙ in quibusdã exemplaribus scriptũ est: & fuco eminentium colorum manet: sed corrupte. Neq́ enim & copula dissimiles casus connectere solet. Hic vero vnius verbi leui immutatione corrigitur hic sensus qui nullo pacto a solœcismo defendi antea poterat. Manare nãq́ cũ absolutum sit cum accusatiuo citra præpositionẽ iungeretur qd vix poetæ permitteretur: nedũ oratori. Quare loco illius maneti hoc verbũ amet totidẽ syllabarũ nec ei dissimile ita & sensu & ratione loquẽdi exigente reponatur: lęuitatem etiam per u scribatur hoc est mollitiẽ: ac loco illius copulæ & nec locetur hoc modo. Nec effœminatã lęuitatẽ: nec fuco eminẽtem colorẽ amet. Est enim trãslatio a mulierib⁹ sumpta: quę & vellendo corpora molliora: lęuioraq́ reddũt: & fucando rubicũdiora. ¶ Quare nemo ex corruptis dicat me inimicũ eẽ culto dicẽtib⁹. s lrã de medio elidatur: vt dicẽtib⁹ legatur. ¶ Non esse hãc virtutẽ: sed illis eã nõ tribuo.

Marginal notes: quid rectius est. — Cornelij accusatio.

non affecutus: vbi Aldus nec consecutus. ¶ Nec sponte iudicioq; placuisse. lego cum Vallen. plausisse. ¶ Sed ne causæ quidẽ parum conferat &c. sic Vallen. vt sit conferat si adsit. Raphael & Aldus legunt. confert. s. dum adest. Habet etiã nec effœminatam leuitatem & fuco eminentem colorem amet. Vbi Raphael vult nec repeti: cum parui referat: siue & siue nec ponatur secundo loco: nam negatio præcedens in vtrũq; sequentium agat. vt idem sit siue dicam. Ornatus sit virilis, nec effœminatam leuitatem & eminẽtem colorem amet: siue: nec eminentem colorem amet. Culte dicentibus: sic Vallen. Nam hanc esse virtutem (sup. fateor) sed illis eam non tribuo: sic Vallen. Aldus autem vt nos impressimus. Redigam eas arbores. s. frugiferas: Vallen. autem habet meas arbores. Habet Vallen. vt Raphael reposuit: Qui in quãcũq; partem spectaueris rectus est. Vbi Aldus antiquam lectionẽ instaurans impressit. Quid in quãcũq; partem spectaueris rectius est? quę lectio mihi placet. Habet Vallen. fundet & feret & cuius astricta sunt ilia. Habet ostentationi compositũ. Item præterea non debet quidem &c. Vbi Raphael vult reponi quisq̃ pro quidem. Aut in mancipij redhibitione sudare. Sic habet Vallen.

Castigate in quibusdã exẽplaribus nego verbum est ascriptũ hoc modo. Non esse hanc virtutem nego. ¶ Quid illo quincunce speciosius? qd in quãcũq; partem spectaueris rectũ est. Enim particula mihi videtur ascribenda: & qui litera d erasa: & rectius i vocali expũcta: vt legatur sensus exposcit: hoc modo. Quid enim illo quincunce speciosius: qui in quãcũq; partẽ spectaueris rect⁹ est. Quin-
incunx cunx aũt hoc loco dicitur
d sit. spatiũ quinq; vnciarũ qd
cia. inter hortorũ arbores consueuit relinqui: vt & Xenophon in Pædia Cyri: & Cice. in senectute testatur. Vncia aũt non solum ponderibus: sed etiam mensuris adhibetur. Hæc autem de secundo geor. Vergilij lib. sumpta videntur. Sic enim illic scribitur. Omnia sint parib⁹ numeris dimensa viarũ. Non animũ modo vti pascat prospectus inanem, Sed quia non aliter vires dabit omnibus æquas. ¶ In orbem se formosius fundant. Et protinus fructũ ramis pluribus feret: fundet mihi legendũ videtur: vt modi similes: & numeri copulentur. ¶ Decentior equus: cuius astrictus ilia astricta legendum esse: ne admonitione quidem dignũ videtur. Sunt autem verbum est ascribẽdum: hoc modo. Cuius astricta sunt ilia. ¶ Illud obseruatione dignius, hic ipse honestus orator materiæ genere debet esse variatus. Vt ornatus non orator legatur ac pro pręposito ascribatur: sensus exposcit: hoc modo: q; hic ipse honestus ornatus pro materiæ genere debet esse variatus. ¶ Nãq; illud genus ostentationis compositum. Ostentationi litera s expuncta legatur. Demonstratiuũ autem genus ad ostentationem maxime videtur esse comparatum. ¶ Præterea non debet quisq̃ vbi maxima rerum momenta versantur: de verbis esse sollicitus. Quidem sane in alijs quoq; legitur exemplaribus. Sed quisq̃ loco quidem vt legatur sensus exposcit. ¶ Ad priuatum consilium causas paucorum vt frequenter accidit calculorum: vnius literæ immutatione sæpenumero totus confunditur sensus. Quod quidem inde facile colligi potest. Nisi enim d litera in t ipsi cognatam mutetur vt At legatur ac q; copula ascribatur: integer sensus non percipietur. hoc modo. At priuatum consilium causasq;. ¶ An nõ pudeat certam creditam pecuniam periodis postulare? aut circa stillicidia affici? aut mancipia redhibitione suadere. Deprauatum ita est hoc vltimũ membrum: vt nullus inde integer sensus eliciatur. Quid est enim suadere mancipia redhibitione? Sic autem mihi corrigendum videtur: vt in præpositio ascribatur: & a vocali in i conuersa mancipij legatur: suadere expungatur: ac eius loco sudare haud dissimile verbum: & vna dũtaxat litera breuius reponatur: hoc mo-
dhibitio do. At in mancipij redhibitione sudare: hoc est in agendo tanta vti vehemẽtia: vt sudorem emittas: Est au-
d sit. tem redhibitio actionis nomen: quæ & redhibitoria actio vocatur. Ea vero actio intentatur contra eum: qui
riodus qd. quid corrupti vitio commutauerit siue vendiderit: vt cogatur: & precium restituere. & retro quod tradiderat accipere: hoc est enim redhibere: vt ex titulo de ædilitio edicto: & redhibitoria: & q̃to minoris actione facile colligi potest. Periodus vero est cum sensus longiore verborum ambitu circũducitur: cui quidem: vt ipse Fabius ait: plurima nomina dat Cicero ambitum: circuitum: compræhensionem: continuationem: circũscriptionem. Genera eius duo: alterum simplex: cum sensus vnus longiore ambitu circũducitur: alterum quod constat membris incisis: quæ plures sensus habẽt. Modus eius a Cicerone aut quatuor senarijs versibus aut ipsius spiritus modo terminatur.

¶ Et quoniam orationis tam ornatus q̃ perspicuitas: aut in singulis verbis est: aut in pluribus positus: quid separata: quid cõiũcta exigãt: cõsideremus. q̃q̃ rectissime traditũ est: perspicuitatẽ propriis: ornatũ translatis verbis magis egere. Sciamus inornatũ esse qd sit impropriũ. Sed cum idem frequentissime plura significẽt: qd συνωνυμία vocatur: iã sunt aliis alia honestiora: sublimiora: nitiora: iucũdiora: vocaliora. Nã vt syllabæ e literis melius sonãtibus clariores sunt: ita verba e syllabis magis vocalia: & quo plus quęq; spiritus habet: auditu pulchrius. Et qd facit syllabarũ: idẽ verborũ quoq; inter se copulatio: vt aliud alii iũctũ melius sonet. Diuersus est tamẽ vsus. Nã reb⁹ atrocibus verba etiã ipso auditu aspera magis cõueniẽt. In vniuersum qdẽ optima simpliciũ credũtur: quę aut maxime exclamãt: aut sono Inornatũ.

¶ Sed cum idem frequentissime plura significet. Numero plurali significent est legendum vt intelligamus idem a pluribus significari: quæ synonyma dicũtur: vt ensis: gladius: spatha: mucro: eiusdẽ rei nomina sunt. ¶ Et quo plus quæq; spiritus habet auditu pulchrius. Aut audiatur: aut quod magis probo pulchrior mihi legendum videtur. ¶ Clara illa: atq; sublimia plerunq; materiæ cernenda sunt. Modo vt ascribatur sensus

sunt iucundissima. Et honesta quidē turpibus potiora semper: nec sordidis vnq̄ in oratione erudita locus. Clara illa: atq̄ sublimia plerūq̄ materiæ modo cernēda sunt. Q̄d eñ alibi magnificū, tumidū alibi. Et q̄ humilia circa res magnas: apta circa minores videtur. Et sicut in oratione nitida notabile est humilius verbū & velut macula: ita a sermone tenui sublime: nitidūq̄ discordat: fitq̄ corruptū: q̄a in plano tumet. Quædā nō tā rōne q̄ sensu iudicātur: vt illud: Cæsa iūgebāt fœdera porca. fecit elegās fictio nōis: q̄d si fuisset porco vile erat. In q̄busdā ratio manifesta est. Risimus: & merito nuper poetā: q dixerat. Prætextā in cista mures rosere camilli. At Virgilii miramur illud sæpe exiguus mus. Nā epitheton exiguus aptū propriū efficit: ne plus expectaremus: & casus singularis magis decuit: & clausula ipsa vnius syllabę nō vsitata addidit gratiā. Imitat⁹ est itaq̄ vtrūq̄ Horatius. Nascet̄ ridiculus mus. Nec augēda semꝑ oratio: sed submittēda nōnūq̄ est. Vim rebus aliq̄n ipsa verboꝝ humilitas affert. An cū dicit in Pisonē Cicero: Cū tibi tota cognatio in sarraco aduehat̄: incidisse videt̄ in sordidū nomē? nō eo contēptū hominis: quē destructū volebat auxisse? & alibi. Caput opponis cū eo † conificans. Vnde † interim grati idiotis loci qualis est ille apud M. Tulliū. Pusiū q cū maiore sorore cubitabat: & Flauius qui cornicū oculos confixit: & p Milone illud: heus tu Ruscio: & Erutius Antoniaster. Id tñ in declamationib⁹ est notabilius: laudariq̄ me puero solebat: da patri panē. & in eodē, etiā canem pascis. Res q̄dē p̄cipue in scholis anceps: sed freq̄uēter causa risus: nūc vtiq̄ cū hæc exercitatio ꝓcul a veritate seiūcta laboret incredibili verboꝝ fastidio: ac sibi magnā ptē sermōis absciderit. ¶ Cū sint autē verba ꝓpria: ficta: trāslata: ꝓpriis dignitatē dat antiq̄tas. Nāq̄ & sanctiorē & magis admirabilē faciūt orationē quibus nō † q̄libet fuerat vsurus: eoq̄ ornamēto acerrimi iudicii P. Vergilius vnice est vsus. Olli eñ & ganā & † mis & ponē pellucet: & aspergūt illā q̄ etiā in picturis est gratissima, vetustatis † imitabilē arti auctoritatē. Sed vtēdū modo: nec ex vltimis tenebris repetēda. Satis est vetus: quid necesse est queso dicere? Oppido que sunt vsi paululū tēpore nostro superiores: vereor vt iā nos ferat quisq̄. Certe antigerio: cuius eadem significatio est nemo nisi ambitiosus vtetur. Ærūnas q̄d opus est? tāq̄ paruū sit si dicat̄. q̄d horridū reor tolerabile autumo: tragicū: prolē ducēdā: vniuersam eius prosapiā: insulsum. Quid multa? totus pene mutatus est sermo. Quædā tñ adhuc vetera vetustate ipsa gratius nitent. quædā etiā necessario interim sumūtur. Emācipare & fari & multa alia etiam audentius inseri possunt: Sed ita demum si non appareat affectatio. In qua mirifice Vergilius. et

Corinthiorum amator iste verborum:
Iste iste rhetor. nāq̄ quatinus totus
Thucydides, tyrannus: atticæ febres.
Tau gallicum: minæ & spinæ: male illi sit.
Ita omnia ista verba miscuit fratri.

Mus.

Oratio interdum submittenda.

conificans in Timocrati dictis de quodam.

Propria verba.

quibuslibet fuerat vsus. mi

imitabilē.

Thucydidis.

exposcit: & ita in quibusdā legitur exemplaribus: vt sit materiæ modo. ¶ Et quo humilia circa res magnas. Pro quo legendū esse quæ ne admonendum quidem videtur. ¶ Et alibi caput: opponis cum eo conificans. Conū dicitur vt ait Varro quod cogitur: in ea cumen versus. Inde verbū vulgare conifico. ¶ Vnde interim grati idiotis: de quo qualis est ille apud M. Tullium Pusio: Aut hic aliquid sensui necessariū deest aut certe duæ hæ dictiones: de quo sunt expungendæ. Cubitabat prætere recte in aliis legitur exemplaribus loco illius dormitabat. Sic eñ in oratione pro Cælio scriptum est. ¶ Et Fabius qui cornicum oculos confixit. Ita quidem legitur: sed Flauius legendum esse facile ex oratione pro Muræna vnde hæc sumpta sunt: colligi potest. Inuent⁹ est (in quit Cicero) scriba quidā. Cn. Flauius: qui cornicū oculos confixerit: & singulis diebus edicēdos fastos populo proposuerit: & ab ipsis iurisconsultis eorū sapientiam compilarit. ¶ Et pro Milone heu tu Rusio. He⁹ & Ruscio legatur: est autem nomen serui: qui per quæstionem de cæde Clodii interrogatur. ¶ Et Erutius Antoniaster: ex oratione pro Vareno sumptum est hoc exemplum: vt ait Priscianus. Nomina autem huiusmodi terminationis & similitudinem: & imitationē significant: quæ quidem humilia: ac vulgaria sunt. ¶ Id tamē cum in declamationibus est notabilius. Cum particula: vt cessans: & ociosa expūgatur. ¶ Sed frequenter causa risus: nunc vtiq̄ cū hæc exercitatio procul a veritate seiuncta laboret incredibili verborum fastidio: ac magnā partē sermonis absciderit. Loco si coniunctionis sibi datiu⁹ videtur esse reponendus: sic q̄ quibusdā in exēplaribus legitur.

Conum quod cogitur dicatur.

Nota quod imitationē significant.

Cimber hic fuit: a quo fratrē necatū hoc Ciceronis dicto notatum est. Germanū Cimber occidit. Nec minus noto Sallustius epigrāmate icessitur. Et verba antiqui multū † furare Catonis Crispe Iugurthinę conditor historiæ. Odiosa cura. Nā est cuilibet facilis: & hoc pessima: ꝙ rei studiosus: nō verba rebus aptauit: sed res extrinsecus arcessit: quibus hæc verba conueniant.

furate

ASCENSIVS.

¶ Plura significent. Sic Vallen. quoq. & Auditu pulchrius. qd̄ potius legam q̄ pulchrior licet Aldus sic Raphaeli assensus impresserit. Nā nihil sensus est. Et quo quęq syllaba plus spiritus habet: eo verbū pulchrius auditu est. Optima .s. verba: simpliciū .s. hominū qui ex animo loquūtur. Non habet Vallen. materiæ modo: sed materiæ cernēda sunt: vt sit cernēda sunt materiæ. i. illi applicāda. Habet Val. & quæ humilia. Fecit elegans fictio nois. Vt hoc intelligas: opus est scias qd̄ Seruius dicit animaliū noia antiqs fuisse cōia: sicut fere græcis sunt: vt lupus, camelus, leo, elephas. Nam lupa, camela, lea, aut leena: sicut porca: vsupatitia & fictitia sunt. In græcis nota sunt ἵπποσ equus & equa κάμηλοσ camelus vtriusq sexus. ὄνοσ asin⁹ & asina. λύκοσ lupus & lupa. Addā hoc ea animaliū noia q̄ olim erant cōia pro fœminis nō facere abus: quia non dicimus lupabus, camelabus, vrsabus. vt equabus, mulabus. q̄q̄ lupa iā satis tritum: vt æneid. i. Inde lupæ fuluo nutricis tegmine lętus. Seruius aūt ad illud æneid. viij. Cæsa iūgebāt fœdera porca dicit sic. Falso ait porca. nā ad hoc genus sacrificij porcus adhibebatur. Nā epithetū exiguus aptum. i. adiūctū & appositū. Imitatus Horatius in arte poetica. Sarraco. i. vehiculo quo ligna ferri & lapides solent. Nec scribetur vt ab Aldo serraco. Cum eo coniscans: dubitē an legēdum sit coniscans. Nam Calepinus dicit sic. Coniscare apud Quintilianū significat arietare & fronte frontem percutere. Et satiati agni ludunt blandeq coniscant. Præterea non conū genere neutro sed conus masculino exponitur. Nihil autem dicit Raphael de illis verbis: Vnde interim grati idiotis. pro quibus Valla scripsit & Aldus impressit: vnde in Timocrati dictis: quā lectionem ego reciperem: si dictum Timocrati qd̄ græcum suspicer adscriptū esset. Ego vero antiquā sequor lectionē sed pro de quo lego ioci: vt sit. Vnde interim grati idiotis ioci: qualis est &c. aut si præstat legere: vnde in Timocrati dictis: addā de quodam qd̄ tamen mere diuinē. & illud qualis melius respicit ad iocos q̄ ad dicta: cum sic debeat dici: quale est illud &c. Habet Vallen. cubitabat & Rusio (sed Aldus impressit Ruscio). Item. Id tamen in declamationibus &c Item ac sibi magnam: sed Aldus neq sineq sibi impressit. Habet autem Valla quibus non quibuslibet fuerat vsus: vbi Raph. & Ald. vsurus argutis legunt: licet sensus stare posset si vsus legeretur maxime legendo non quilibet sed quibuslibet. Adnotauit Valla: Olli positū a Vergilio æneid. i. Quianā eiusdē. v. Mis autem vbi posuerit non adnotauit: neq memini apud Vergiliū loci in quo mis legatur: nisi forte antiqua sit lectio: quid mis æneas &c. aut pro mis mi legendum sit quod æneid. vj. bis ponitur. noua mi facies: & mi genus ab Ioue summo. Pone autem æneid. ij. Pone subit coniunx. & aliter ponitur. Vbi vero vulgo legitur pollucent: melius impressit Aldus: pellucent & aspergunt: vbi Vallen. ad aspergendam. Præterea vbi Raphaelis codex habet: imitabilem arti auctoritatem: Vallen. & Aldinus habent: inimitabilem. quod magis cōgruit ad illud quibus non quibuslibet fuerint vsus: aut: non quilibet fuerit vsurus. quia inimitabilia & grauiorem & gratiorē habent auctoritatē q̄ omnibus exposita. dubitem autem vtrum potius legam an grauissima vt Vallen. an gratissima vt Ald. & Raph. Satis est vetus quæso quid necesse est dicere. sic Aldus vt sit sensus: vox quæpiam est satis vetus: quæso quid necesse est dicere sup. eam? Vallen. autem sic. Satis est vetus quid necesse est quæso dicere: vt sit quæso est verbum satis vetus: quid necesse est dicere. q. d. nihil. ¶ Paululum superiores: non dicit paululo: vel ꝙ in vsu non est: vel potius ꝙ aduerbia tam in um q̄ in o comparatiuis sociantur: vnde Iuue. Quantum sublimior athlas &c. Oppido videtur dictum pro abunde quasi quod satis sit oppido: pro quo antiquos antigerio dixisse auctor est hic Quintilianus: cum tamen antigerio ab ante, gerendo deductum videatur: vt sit quasi anteq̄ res geratur. quocirca a Calepino scribitur antegerio. Aldus tamen antigerio impressit. Sane pro intellectu auctoris meminerimus verba timendi & vetandi idem efficere cum negatione & sine ea. quemadmodum caue vt facias. Caue facias & caue ne facias. Item vereor vt iam nos ferat. & ne iam nos ferat &c. ¶ Erumnas quid opus est &c.

Porca.

Conisco.

Conus.

Paululū superiores.

Oppido.

Antigerio.

¶ Quibus nō quilibet fuerat vsus. Ne hic quidē sensus integer habet nisi duæ literæ u & r ascribantur: quo vsurus legat nō vsus: hoc est quib⁹ qlibet vti ausus nō fuisset. ¶ Quæ etiā in picturis est grauissima: vetustatis imitabilem arti auctoritatem: grauissima quidem legitur. Sed vnius literæ mutatione si legeretur gratissima magis sensui conueniret. ¶ Satis est vetus quæso. quid necesse est quæso dicere. Corrupte quidem sic legitur. Nam quæso verbum iterum ascriptum videtur expungendum. hoc modo. Satis est vetus quæso qd dicere necesse est. ¶ Erumnas quid op⁹ est? tāq̄ parū sit si dicatur: qd̄ horridū reor tolerabile autumo: tragicū prolem dicendam: vniuersam eius prosapiam insulsum. Hic locus ita est & deprauatus & cōfusus: vt nec recte percipiat: nec facile corrigi possit. ¶ Quædā et necessario interim sumūtur. Etiā nō esse legat. ¶ Enumcupare & fari multa alia etiā audiētibus inseri possunt. Emācipare qdē vetus est verbū: sed quo necessario vtimur. Quare emancipare potius q̄ enūcupare legēdū videtur ac ꝙ copula & aut grata ascribēdum aut audiētibus i vocali erasa legēdū hoc modo. Emācipare & fari multaq alia etiā audiētib⁹ grata inseri possunt. ¶ In qua mirifice Virgilius & Corinthiorū amator Thucydides Britannus. Totus hic locus adeo est cōfusus vt nullus sensus elici possit. Sūt autē verba Cimbri cuiusdam: a quo fratrē occisum hoc iocoso dicto. Cicero. notauit Cimber Germanū occidit. Hoc vero dictum ex ambiguo sumptū est. Nam cimber & gentile nomen est & proprium viri. germanus interim gentē significat: interim fratrem. Sūt autem Cimbri germanis finitimi. Itaq ambiguitate sermonis iocatus est Cicero.

ipare qd̄
m sit.

er quod
n sit.

Hūc locum Aldus impressit vt eum Raphael recitat: I Vallen. aūt habetur: nō parum nec paruū sed paruus: nec insulsum sed insulsus: quæ mutatio parum explanat sensum: sequar tamen nisi tragicum in eo & non tragicus legatur. Verum quia Raphael vt depositum derelinquit: nullūq; sensum hunc locum habere putat: dicam quod sentio. Si dicatur inquit Erumnas quid opus est (quia erumnis quid opus est dicendum est) sit tāq̄ paruum. i. paruuli dictum. Si dicatur: quod horridum reor / tolerabile autumo / sit tragicum: si dicatur: prolem ducendam vniuersam eius prosapiam. sit insulsum. Etiam audientibus: legā audentius: quia vt addam grata non placet: licet Aldo placuerit. In quam mirifice Vergilius: sup. incidit vt Raphaelis codex habet aut in qua. s. affectatione mirifice sup. sunt aut se habent: aut ait sequentia: nam videtur innuere sequens epigramma iambicum trimetrum esse a Virgilio editum in Cimbrum nomine non natione: qui miscuit fratri hæc omnia verba. s. verborū significata. Alij quia in Vallen. codice additū: et. sic Virgilius, & Corinthiorum &c. Volunt sensum esse Virgilium in operibus suis notis affectasse mirifice antiqua verba: & iste rhetor. s. Cimber verba quæ in epigrammate sunt: quod vt pueri legere sciant principio versuum maiusculam literam adscripsi. & ad Aldinum exemplar reposui: vt vero qualitercūq; intelligant: verba Corinthia sunt grecanica / blanda sed deceptoria Thucydidis tyrannus. est ab eo laudatus tametsi perniciosus (vbi tamen qdam) legunt Britannus: atticæ febres. sunt mortiferæ: per cicutam Socrati infusæ: tau gallicum minet. i. crucem minetur: aut mortem: sicut græci per θ necem significabant rei: vnde Persius: nigrum scis figere thita. Sic quidem impressit Aldus Tau gallicum minet prosinet, male illi sit: sed quia difficile est indicare quid sit prosinet: & metrū sic seruare legem cum Vallēsi: minę & spinę. vt Tau gallicū recti sit casus vt cætera: quæ omnia dicātur de Cimbro. vt. s. sit Tau gallicū. i. ita formidabilis vt tau gallicum per qd galli mortem significabant vt opinor crucis nam ita Tau & gręcis & latinis formatur. minę & spinę minæ in verbis: spinæ in rebus. male illi sit. ita omnia ista verba miscuit fratri. i. horū verborū rē fratri propinauit: fuit eīn illi tyrānus: atticæ febres. tau gallicū. minæ & spinæ. Hunc sensum recipio qui plus q̄ nullus licet minus q̄ integer forsan est. In disticho in Sallustiū dicto multum aduerbium significat abunde. copiose.

¶ Et verba antique multum furare Catonis. Antiqui legendum esse qui non videt studio rhetorices refictο se grammaticis reddat instruendum. Sallustium autem multa a Catone sumpsisse: scribit etiā Suetonius in vita Augusti. Ita vt verbis inquit: quę Crispus Sallustius excerpsit ex originibus Catonis vtaris. Asinius vero Pollio in quadam epistola: si referenti. A. Gellio credimus: Sallustium repręhensione dignum dicit q̄ in primo historiarum eos qui maris transitum fecerant: transgressos appellaunt: quos transfretasse dici solitum est. Nam transgressus a pedum gradu appellatur: idcircoq; non potest nauigantibus conuenire. ¶ Odiosa cura nam est cuilibet facilis. & hoc pessimū. Pessima rectius in quibusdam legitur exēplaribus: vt ad curam referatur quę propter hoc est pessima. — Sallustij error.

¶ Non alia libertate q̄ primi illi homines. Quius exemplaria refragentur: tamen qua ablatiuus videtur ascribēdus vt legatur. Non alia libertate q̄ qua primi homines rebus appellationes dederūt. ¶ At veteres ne expectorat quidem timuerunt. & sane eiusdem noctæ est examinat. Pro nocte legendum esse notæ nemo ignorat. Expectorare vero esse pectore elicere: vt Nonius exponit. Accius in Phœnissis. Incusant vltro a fortuna opibusq; omnibus desertum: abiectum afflictū ex animo expectorant. Et Crassus apud Ciceronē libro de oratore tertio. Tū pauor sapiētiam omnem mihi exanimato expectorauit. ¶ At in tractu & declinatione. Tractu legendum esse cōstat. Tractum vero ac declinationē hoc loco pro dictionū productione & deriuatione accipim⁹. ¶ Sed a nob⁹ quoq; deriuata sunt quędā: vt a — Expector quid sign

¶ Fingere vt primo libro dixi: græcis magis concessum est: qui sonis etiam quibusdam & affectibus non dubitauerūt nomina aptare: non alia libertate: q̄ qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Nostri autem in iungendo: aut in deriuādo paulum aliquid ausi: vix in hoc satis recipiūtur. Nā memini iuuenis admodū inter Pomponiū & Senecam etiam præfationibus esse tractatum: an gradus eliminat in tragœdia dici oportuisset. At veteres ne expectorat quidē timuerūt. Et sane eiusdē notæ est examinat. At in tractu & declinatione talia sunt: qualia apud Ciceronē beatitas & beatitudo: quę dura quidē sentit esse: verūtamē vsu putat posse molliri. Nec a verbis modo sed a nominibus quoq; deriuata sunt q̄dā: vt a Cicerone † subuculatū: & ab Asinio fimbriatū & † fibulatū. Multa ex gręco formata noua ac plurima a Sergio Flauioq; quorū dura quędā ad modū videtur: † vt eus & essentia: quæ cur tātopere aspernemur nihil video: nisi q̄ iniqui iudices aduersus nos sumus. Ideoq; paupertate sermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam & quæ vetera nunc sunt: fuerunt olim noua. Et quædam in vsu perq̄ recentia: vt Messala primus reatum: munerarium Augustus primus dixerunt. Rearum nemo ante Messalam: munerarium nemo ante Augustum dixerat. Piraticā quoq; vt musicā & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem & vrbanū Cicero noua credit. Nam & in epistola ad Brutum:

sullatum
figulatum
vtiq;

Eum inquit amorem: & eum (vt hoc verbo vtar) fauorem in consiliũ aduocabo. & ad Appiũ pulchrũ. Te hominẽ non solum sapiẽtem verũ etiam (vt nũc loquitur) vrbanũ. Idem putat a Terentio primũ dictum esse obsequiũ. Cæcilius ad Cisennam: Albenti cœlo. Ceruicem videtur Hortensius primus dixisse. Nam veteres pluraliter appellabãt. Audendũ itaq;. Neq; enim accedo Celso: qui ab oratore verba fingi vetat. Nam cũ sint eorũ alia (vt dicit Cicero) natiua, i. quæ significata sunt primo sensu: alia reperta quæ ex his facta sunt: vt iam nobis ponere aliqua quæ illi rudes homines primiq; fecerũt: fas non fit: at deriuare: flectere: cõiũgere: quod natis postea cõcessum est quãdo desiit licere? Et siquid periculosius finxisse videbimur quibusdam remediis præmuniendum est. Vt ita dicam. Si licet dicere, quodãmodo. Permittite mihi sic. Quod idem etiam in iis quæ licentius translata erunt: proderit: quæ non tuto dici possunt: In quo non fallit iudicium nostrum sollicitudine ipsa manifestũ erit. Qua de re græcum erit illud elegãtissimũ: quo præcipitur ita προεπιπλήσσειν τῇ ὑπερβολῇ. ❡ Translata probari nisi in cõtextu sermonis non possunt. Itaq; de singulis verbis satis dictũ: Translata.
quæ vt alio loco ostẽdi: per se nullã virtutẽ habent. Sed ne inornata sunt qdẽ: nisi cũ sunt ĩfra rei de qua loquẽdũ est dignitatẽ: excepto si obscœna nudis noĩbus enũciẽtur, qd viderint q non Obscœna
putãt esse vitanda: qa nec sit vox vlla natura turpis: et si qua est vitanda.
rei deformitas: alia quoq; appellatione quacũq; ad intellectũ eũdẽ nihilominus perueniat. Ego Romani pudoris more contentus: vt iam respondi talibus verecundiã silentio vindicabo.

Ciceronẽ sullatũ: & Asinio fimbriatũ & fibulatum. A noĩbus proprijs hæc puto deriuata: Figulatũq; idcirco esse legendũ. Q2 si sullaturit a. Sylla siue Sulla & fimbriaturit legeretur: cũ eo cõueniret qđ in decimo ad Atticum Cicero scribit Cn. noster biennio ante cogitauit. Sylla turit animus eius & proscripturit. Sic vero legendum esse aperte ex iis colligitur quæ Fabius ipse refert paulo post vbi de onomatopœia præcipit. vix inquit illa quæ πεποιημένα vocant quæ ex vocibus in vsu receptis, quocũq; modo declinãtur nobis permittimus qualia sunt sullaturit & proscripturit. ❡ Multa ex græco formata noua ac plurima a Sergio Flauioq; dura quemadmodum vidẽtur vtraq; ens & entia. Corrupte quidem sic legitur. Sed corrigi potest: si quorum genitiuus ascribatur: & quem accusatiuus eradatur: ac loco eius quædam nominatiuus reponatur: nec nõ vtraq; expũgatur vt aduerbio ascripto hoc modo. Quorum dura quædam admodum videntur vt ens & entia. ❡ Numerarium Augustus primus dixerunt. Munerarium emendate in alijs legitur exẽplaribus. ❡ Reatum nemo ante messalam Munerarium nemo ante Augustum dixerat. Tametsi ĩ his sensibus nulla inest deprauatio: mihi tamen a Fabij candore elegantiaq; alieni videntur: ac de margine imperitia alicuius in præceptoris Fabij contextũ translati. Neq; enim consueuit Fabius ea statim repetere quæ aperte scripsit. Quid autẽ apertius dici potest q̃ hoc: vt Messala primus reatum Munerariũ Augustus primus dixerũt? vt autẽ hoc eleganter est pceptũ ita illud inepte est appositũ. Reatum nemo ante messalam. Munerarium nemo ante Augustum dixerat. Quare de contextu in marginẽ mihi duo sensus videntur referendi. ❡ Vt in hoc verbo vtar. In præpositio expungatur. Huiusmodi vero remedijs solemus vti cũ aut dura aut noua sunt verba quibus vtimur: vt hoc verbo vtar: vt nũc loquũtur: vt ita dicã. si licet dicere: permittite mihi sic dicere. ❡ Idẽ putãt a Terentio primũ dictũ esse obsequiũ. Putat legẽdum esse nemo non videt. Hoc autẽ Cicero ait in dialogo de amicitia. Quod quia falsum est. Nam & Plautus & Neuius eo verbo vsi sunt: idcirco Fabius inquit eum putare. Nam fere qui putant decipiũtur. ❡ Albenti cœlo. Sereno aere: qđ etsi in raro est vsu: m. ix. tamẽ Cæsaris cõmẽtariorũ legitur. Cæsar exploratis regionibus albenti cœlo omnis copias castris educit. ❡ Ceruicem videtur Hortensius primus dixisse. Hoc & Varro libro de analogia primo scribit his verbis ab eo quod alij dicũt ceruices: id Hortensius in poematis ceruix. Ex quo aperte colligitur Seruiũ de hoc nomine falsa præcepisse: cum in secũdũ æneidos inquit. Ceruix in numero singulari collũ significat. Si plurali vtamur: superbiã ostẽdimus: vt in Verrinis Frãge ceruices. ❡ Neq; enim accedo

❡ At in tractu. Vallen. & Aldinus habẽt tractatu: sed pro eodẽ. ❡ Vt a Cicerone sullatũ: & ab Asinio fimbriatũ & figulatũ. Sic Raphael, sicq; in Vallen. repositũ est: Verum Aldus legit: subuculatum: a subucula. Ego potius a proprijs Sulla Fimbria & figulo facta nomina & verba putem: nam vt Raphael Volaterranus testatur antiquis Sulla non Sylla scribebatur. vnde sullare verbum a quo sullaturit Cicero deduxit. Posset etiam dici a sulla sullatus: vt a consule consulatus. Quorum dura quædam admodum videntur: vtiq; ens & essentia sic Vallen. Aldinus vt ens & essentia: vterq; autem melius q̃ entia quia ens & entia solo numero differunt. Reatum nemo ante messalam &c. Hæc verba: non sunt repetitu necessaria: quia tamen colorem habent neq; Valla neq; Aldus. ea expunxit: quare per me non delebuntur. Idem putat: sic Vallen. loquitur autem de Cicerone. ❡ Verba fingi vetat. sic quoq; Vallen. & de singulis habet: sed ne inordinata quæ sunt quidem: vbi Aldus post Raphaelem: sed ne inornata sunt quidem &c. habet etiam vitanda.

Celso qui ab oratore verba iugi vetat. Fingi legēdū esse nō, iugi facile & ex sensu & ex iis q̄ sequuntur percipitur. ¶ Nam cū sint eorū alia vt dicit Cicero natiua Huiusmodi verba quæ a Cicerone natiua appellatur: Varro libro de origine linguæ latinæ primo vocat primigenia: de qbus idē qđ & Cicero & Fabius scripsit his verbis. Primigenia dicūtur verba vt lego: scribo: sto: sedeo: & cętera, quę nō sunt ab alio verbo, sed suas habēt radices. Contra verba declinata sunt: quæ ab alio oriuntur: vt lego legis legi legam. ¶ Qua de re græci eant illud elegātissimū: quo pcipitur ita πρὸ ἐπι πλωσειν τῆ ὑπερβολῆ: hoc est præmonere transgressione nos vti vocabulis minus vsitatis προεκπλήττω em significat ante percutere. ¶ Itaq̧ singulis verbis satis dictū. De præpositione sensus sine controuersia exigit vt de singulis legamus. ¶ Sed ne inornata quæ sunt quidē. Recte in exemplaribus quibusdam quæ relatiuū non est ascriptum. ¶ Qđ viderint qui non putant esse vitandam in litera expuncta vitanda legatur. Quidā autē e pluris hoc est Epicurei ac Cynici vnāquāq̧ rem suo nomine appellandam censebant ut quod iocans Cicero in epistolis ad Pætum scribit.

Coniūcti sermonis ratio

Clam hinc igitur ad cōiuncti sermonis rationem transeamus. Cuius ornatus in hæc duo prima diuiditur: quā concipiamus elocutionē: qūo efferamus. Nā primū est vt liqueat, augere qđ velimus: an minuere: concitate dicere an moderate: læte an seuere: abūdāter an presse: aspere an leniter: magnifice an subtiliter: grauiter an vrbane. Tum quo trāslationis genere: quibus figuris: qualibus sentētiis: quo modo: qua postremo collocatione id qđ intēdimus efficere possimus. Cæterū dicturus qbus ornetur oratio: prius ea q̄ sunt huic cōtraria laudi, attingā. Nam prima virtus est vitio carere. Igitur ante oīa ne sperem⁹ ornatā orationē fore q̄ pbabilis nō erit. Probabile autē Cicero id genus dicit qđ nō plus minusve est q̄ decet. Nō qa comi expolirique nō debeat (Nā & hæc ornatus pars est.) sed qa vitiū est vbique qđ nimiū est. Itaq̧ vult in nobis esse auctoritatē, in verbis, sentētias vel graues vel aptas opinionibus hominū ac moribus. His em̄ salvis licet assumere ea qbus illustrem fieri orationē putat. Delectant translata, supralata: ad nomen adiūcta, duplicia: & idem significātia: atq̧ ab imitatione rerū nō abhorrentia. Sed quoniā vitia prius demōstrare aggressi sumus: vel hoc vitiū sit qđ κακόφατον vocatur: siue mala consuetudine in obscœnū intellectū sermo detortus est: vt ductare exercitus: & patrare bellū apud Sallustiū dicta sancte & antique ridenē a nobis si diis placet quā culpā nō scribētiū qdē iudico: sed legentiū: tn̄ vitādā, quatinus verba honesta moribus perdidimus: & euincentibus etiā vitiis cedendū est: siue iūctura deformiter sonat: vt si cū hoībus notis loqui nos dicimus: nisi hoc ipm hoībus mediū sit in pfata videmur incidere: qa vltima prioris syllabæ lr̄a q̄ exprimi nisi labris coeūtibus nō potest aut intersistere nos īdecētissime cogit: aut continuata cū insequēte in naturā eius corrūpitur. Aliæq̧ cōiūctiones aliqd simile faciūt: quas persequi longū est, in eo vitio qđ vitandū dicimus cōmorantes. Sed diuisio quoq̧ affert eādē iniuriā pudori: vt si † intercapedine nominatiuo casu qs vtaē. Nec scripto modo id accidit: sed etiā sensu. Pleriq̧ obscœne intelligere: nisi caueris cupiūt: vt apud Ouidiū. Quæq̧ latēt meliora putat. Ac ex verbis quæ lōgissime ab obscœnitate absunt: occasionem turpitudinis rapere. Siquidem Celsus cacophaton apud Vergiliū putat. Incipiūt agitata tumescere: qđ si recipias nihil loqui tutū est. Deformitati proximū est humilitatis vitiū ταπείνωσιν vocāt: qua rei magnitudo vel dignitas minuitur:

Nimiū vitiosum.

Delectātia.

intercapedinis.

Humilitatis vitium.

¶ Nam prima virtus est vitio carere. Sitētia est Horatiana. Virtus est vitium fugere & sapientia prima Stultitia caruisse. ¶ Probabile autem Cicero id genus dicit qđ nō pl⁹ minus ve est q̄ dicit. Hoc vltimū verbum esse expungendū: ac eius loco decet reponendū facile ex Ciceronis partitionibus colligitur vbi hoc præcipitur. ¶ Itaq̧ in nobis esse auctoritatem in verbis. Hinc illam præpositionem in cū nobis ablatiuo esse eradendam: ac loco eius vult verbum: etiā repugnantibus exemplaribus reponendum: tum ex sensu: tum ex ipsis partitionibus aperte cognoscitur hoc modo. Itaq̧ vult esse auctoritatē in verbis: sentētias vel graues vel aptas opinionib⁹ hominū. ¶ Delectant translata supra lata ad nomen adiūcta duplicia. Quid sibi hoc loco velint suprala = ta & duplicia non video. ¶ Sed quoniam vitia prius demonstrare aggressi sumus: vel hoc vitium sit quod κακόφατον vocatur sine mala consuetudine. Loco sine præpositionis legendum esse siue a parte ex altero quod subiicitur membro apparet. κακόφατον autem id est vitium quod vulgus grammaticorum corrupte cacemphaton vocat. Interpretatur autem male hoc est turpiter dictum. Vitia vero ornatui cōtraria quinq̧ esse dicuntur. Cacophaton. æschrologia. Tapinosis. cacozelia cacosyntheton. Cacophaton quidē est vitio compositiōis inue

Primigen... declinata... quę dicant...

Probabi...

Cacopha... Aeschrolo... Tapinosi... quæ sint...

vt saxea est verruca in summo montis vertice. Cui natura contrarium: sed errore par est: paruis dare excedentia modum nomina: nisi cum ex industria risus inde captatur. Itaq; nec parricidã nequã dixeris hominẽ: nec deditũ forte meretrici nefariũ: quod alterũ parum: alterum nimiũ est: proinde quędam hebes: sordida: ieiuna: tristis: ingrata: vilis oratio est. Quæ vitia facillime fiũt manifesta contrariis virtutibus. Nam primũ acuto: secundũ nitido: tertium copioso: deinceps hilari: iucundo: accurato diuersum est. Vitanda & μείωσιν: cũ sermoni quidẽ deest aliquid: quo minus plenus sit: q̃q̃ id obscurę potius q̃ inornatæ orationis vitiũ est. Sed hoc quoq; cum a prudẽtibus fit: schema dici solet sicut ταυτολογία. i. eiusdem verbi aut sermonis iteratio. Hęc enim q̃q̃ non magnopere summis auctoribus vitata interim vitiũ videri potest: in quod sæpe incidit etiam Cicero securus tã paruæ obseruationis sicut hoc loco. Non solũ igitur illud iudicium iudicii simile iudices non fuit. Interim mutato nomine ἐπανάληψις dicitur: atq; est & ipsum inter schemata quorum exempla illo loco reddam: quo virtutes erunt.

Miosis.

Tautologia

Epanalepsis.

dijs placet.

secunda suspicio vt illud apud Teren. Arrige aures Pamphile & illud Vergilianũ. At ramum hũc aperit ramum qui forte latebat. Sed Fabius subcacophati nomine æschrologiã quoq; complectitur. Est enim æschrologia vitio cõpositionis inuerecũda oratio: aut compositio verborum obscœnæ significationis: vel vnius verbi obscœna significatio & pronunciatio: vt numerum cum nauibus æquat: & apud Sallustium. ductabat exercitus. ℭ Vt ductare exercitus & patrare bellum apud Sallustium dicta sancte & antique ridentibus si dijs placet. Nobis aut quibusdam aut quid tale ascribẽdum videtur. Neq; eñ ridentib⁹ ad deos refertur: verum illud si dijs placet est Ironia idignationis plena. Quare sensus exigere videtur vt ridentibus nobis legatur. Quia vltima prioris syllabæ litera quæ exprimi nisi laboris coeũtibus non potest aut intersistere nos indecentissime cogit: aut non cogitata cũ insequente in natura eius corrũpitur. Mendæ ex hoc sensu tolluntur si & labris ovocali expuncta legatur: & pro cogitata continuata. & pro natura naturam vt sit accusandi cas⁹. ℭ Vt si intercapedines nominatiuo casu quis vtatur. Intercapedinis quidem vt esset: genitiuus scripsit Fabius: sed quorundam peruerso iudicio in nominatiuum pluralem genitiuus ipse fuit commutatus: quomodo: si legatur: nullũ est hoc exemplum. Quare citra vllum dubium: intercapedinis est legendũ. Nã intercapedinis nominatiuus est intercapedo: quem si quis diuideret ac priores syllabas tres efferret: deinde: pedo nimirum in obscœnitatem incideret: Pedo eñ per se verbum est obscœnũ. Quam obscœnitatem Fabius vitans eum nominatiuũ apponere in cõtextu noluit. ℭ Vt apud Ouidium. Quæq; latent meliora puta: ex verbis quæ longissime ab obscœnitate. Puto est legendum: atq; ac copula mihi ascribenda videtur: vt sit ac ex verbis. Eorum autem Ouidij verborum sensum peruerse quidam ad pudenda virginis Daphnes: quæ in .j. metamorpho. describitur: putant referendum: cum Ouidius non tam de ea parte corporis senserit q̃ de reliquis membris quæ vestibus tegebantur. ℭ Deformitati proximum est humilitatis vitium. ταπείνωσιν vocant. Tapinosis latine transfertur humilitas.

ℭ Plus minusve est q̃ decet. Sic recte Raphael. Nam Aldus dicet: Vallen. dicit habet. Et Itaq; in nobis: vbi ascribi vult: sed nõ delebo: in nobis: nam vult Cicero in nobis esse auctoritatẽ: in verbis sentẽtias &c. ℭ Supralata mihi videnẽ hyperbolicos dicta: duplicia: nõ vnũ significantia: idẽ significãtia synonyma. ℭ κακόφατον Aldus impssit licet reclamet Raphael κακέμφατον & Vallen. κακέφατον. Obscęni interpretes illud arrige aures, Pamphile: & ramũ aperit qui forte latebat de virga virili exponũt. Ductari ad meretriculas pertinet: vñ obscœni exponũt ductare per subagitare exercitũ: & patrare bellum per pędicare formosum e um tamẽ patrare non sit tantũ agere quo pater natura & generatione fias: sed etiã quo auctoritate: vnde pater patratus. Vallen. habet labris: sed cætera huius clausulæ vt cæteri ante Rap. Aldus in natura corrumpitur impressit: sed malo in naturam legere: quia sensus est in naturam corrumpitur. i. dum corrumpitur transit: proferturenim cũ hominibus aut cũ difficultate & dissonãtia si in cũ os clauditur & in hominibus subito aperitur. aut corrupte: si pro cum hominibus cominibus dicatur. Vt intercapedinis noĩatiuo Sic Vallen. Aldus tamẽ impressit intercapedine: qđ non displicet: vt sit si vtamur intercapedine in noĩatiuo: dicendo intercapedo. Bene tamẽ dicetur si vtamur nominatiuo intercapedinis. Verum sciemus antiquos voces quas vulgo materialiter positas dicunt declinasse: vt si intercapedinem ĩ noĩatiuo dicas &c. Queq; latent meliora putat. s. apollo. sic Vallen. & Aldus non puto. Incipiunt agitata tumescere. s. pudẽda vt cęlsus interpretatur: neq; ad mariã referat Maro. Similiter obscœne interpretãtur quidam illud Bucolicum. Ipse ego cana legam tenera lanugine mala. Vt ex eo est verruca: bene hoc Aldus reposuit a quo saxea est verruca: impressum est. Bene item Raphael cui natura contrarium: nam vtrũq; male habet Vallen. Proinde quæ hæc habet: Vallen. & Aldus habent: pro q; hęc: sed est aliud mendum a Raphaele non perceptum & ab Aldo non emendatum: dum dicitur sordida tristis &c. Nam acutum non opponitur sordido: & tamen dicitur. Nam primũ acuto: secundum nitido &c. quocirca non dubitem quin pro habet, hebes legi debeat sic Proinde aut præterea quædam hebes, sordida, ieiuna, tristis, ingrata, vilis oratio est. In Vallen. est vitata non vsitata.

Tapinosis. Est vero Tapinosis contra dignitatẽ magnæ rei humilis expositio: vt illud horatianũ: Pelidæ stomachum cedere nescij. Stomachus enĩ cũ interdũ pro leui indignatione ponatur: væhementẽ irã eo in loco significat. & Vergilij illud. Multa malus simulans vana spe lusit amantẽ. Sceleratus enim criminis atrocitati magis conuenisset q̃ malus. ¶ Vt ex ea verruca in summo montis vertice. Sic quidẽ legitur in omnibus quæ ego viderim exẽplaribus. Sed non sine menda vt ego quidẽ sentio. Nullus enĩ elicit sensus. Fortasse autẽ loco in præpositionis pro alia propositio reponenda est: vt sit pro summo montis vertice. Nã si verruca quæ est caruncula durior extans atq; imminens in multorũ corporibus: quã nunc vulgus porrũ appellat: poneretur pro vertice montis ab aliquo nimirũ is in tapinosin incideret: videtur aũt hoc exẽplũ de originibus Catonis esse sumptum. Censeo inquit si rem seruare vis faciundũ vt quadringentos aliquos milites ad verrucã illam ire iubeas eãq; vti occupent imperes. ¶ Cui non cõtrarium. Natura loco illius non particulæ castigate in quibusdã legitur exemplaribus: hoc modo. Cui natura cõtrariũ. ¶ Vitatum. μειωσισ. Vitatur legẽdũ est: indeq; inchoandus est sensus: μείωσισ aũt minutio transfertur. ¶ Sicut Tautologia. Tautologia legendũ esse ne admonendũ quidem est. Rectius aũt ταυτολογία græcis literis q̃ latinis scribitur. ¶ Hæc enĩ q̃q̃ nõ magnopere summis auctoribus vsitata: interim vitium videri potest. Nisi corrigatur hic sensus: videbitur hic Fabius sibiipsi esse contrarius: vna aũt s litera duntaxat erasa facile emẽdari potest vt vitata legat̃: nõ vsitata. Exemplũ autem quod sequitur ex oratione Ciceronis pro Cluentio est sumptũ. ¶ Interim mutato noĩe ἐπανάληψισ dicitur: ἐπανάληψισ transfertur reassumptio. Est enĩ ἐπανάληψισ eiusdem verbi reassumptio: qua figura vti solẽt oratores quoties cœpto sermoni longius aliquid interponitur. Tũc enĩ cõmode repetuntur quæ iã dici cœperant. vt in rhetoricis ad Herẽnium. Si persuasus fuerit auditor: deinde pluribus interpositis repetit idem per diuersa verba. Ergo si fidem factam putabimus. Interdũ enim eadem verba repetuntur: interdum quæ idem valeant. Eadem reassumpsit Cicero pro lege Manilia. Quæ ciuitas ante vnq̃ fuit non dico Atheniẽsiũ: & quæ sequuntur: deinde repetit. Quæ ciuitas antea vnq̃ tam tenuis.

Tautol[ogia]

Epanale[psis]

¶ Peior hac ὁμοιολογία est: quæ nulla varietatis gratia leuat tedium: atq; est tota coloris vnius: quæ maxime depræhẽditur: carens arte oratoria. Eaq; & in sententiis & figuris & impositione longa: non animis solum: sed etiam auribus est ingratissima. Vitanda μακρολογία .i. longior q̃ oporteat sermo: vt apud Liuium. Legati non impetrata pace retro domum: vnde venerant abierunt. Sed huic vicina periphrasis virtus habetur. Est & πλεονασμὸσ vitium: cũ superuacuis verbis oneratur oratio. Ego meis oculis vidi. Satis est enĩ vidi. Emẽdauit hoc etiam vrbane in Hirtiũ Cicero. Cui cũ † pansam declamãs filiũ a matre decẽ mẽsibus in vtero latũ esse dixisset. Quid? aliæ inquit in penula solent ferre? Nonnunq̃ tamen illud genus cuius exemplum priore loco posui affirmationis gratia adhibetur. Vocẽq; his auribus hausi. At vitium erit: quoties ociosum fuerit: & superierit: nõ cum adiicietur. Est etiã quæ περιεργία vocatur: cũ sit superuacua (vt sic dixerim) operositas: vt a diligenti curiosus & a religione superstitio distat: atq; vt semel finiam verbum omne: quod neq; intellectũ adiuuat: neq; ornatũ: vitiosum dici potest. Κακόζηλον id est mala affectatio: per omne dicendi genus peccat. Nam & tumida: & exilia: & prædulcia: & abundãtia: & arcessita: & exultãtia sub idem nomen cadunt. Denique κακόζηλον vocatur quicquid est vltra virtutem: quoties ingeniũ iudicio caret: & specie boni fallitur omniũ in eloquentia vitiorum pessimum. Nam cætera † vitantur: hoc petitur. Est autem totum in elocutione. Nam rerũ vitia sunt stultum: cõmune: cõtrarium: superuacuum. Corrupta oratio in verbis maxime improprijs: redundantibus: cõpræhensione obscura: compositione fracta: vocũ similium: aut ambiguarum: puerili captatione consistit. Est autem omne κακόζηλον vtiq; falsum etiam si non omne falsum κακόζηλον. Etenim dicitur aliter q̃ se natura ha-

Homœo[logia]

Pleonasm⁹.

Passienum.

Cacozelia

Parũ vitantur.

RAPH.

¶ Peior hac ὁμοιολογία est quæ nulla varietatis gratia leuat tedium ὁμοιολογία transfertur similitudo sermonis. ὅμοιοσ nãq; similis. λόγοσ dicit̃ sermo. Fit autẽ ὁμοιολογία cũ in eosdem casus aut tempora aut numeros: aut etiã pedes cõtinue quis incurrit: cui præcipere solemus mutandas esse figuras vitãdæ similitudinis gratia ¶ Sed huic vitia periphrasis virtus habetur. Vicina legendũ esse nemo ignorat. ¶ Cũ passiuum declamans filiũ. Passienũ puto esse legendũ ¶ At vitiũ erit quoties occisum fuerit. Ociosum emendate in quibusdã legitur exemplaribus. ¶ Est etiã quæ περιεργία vocatur cũ superuacua vt sic dixerim operositas. Aut cũ præpositio est expungenda. aut cura: qđ magis placet ascribenda vt legatur. Cũ superuacua cura: vt sic dixerim opositas κακόζηλον .i. mala affectatio. κακοζελία est: vt inqt Diomedes per affectationẽ decoris corrupta sententia cũ eo ipso dedecoratur oratio: quo illã voluit auctor ornare. ¶ Nam cætera vitantur: hoc petitur. Paruũ aduerbiũ emendare in quibusdam est ascriptũ exemplaribus hoc modo. Nam cætera parũ vitantur: hoc

bet:& q̄ oportet:& q̄ sat est. Totidem aūt generibus corrumpi tur oratio quot ornatur. Sed de hac parte & ī alio nobis a opere plenius dictum est: et in hoc sæpe tractabitur:& adhuc sparge tur omnibus locis. Loquētes enim de ornatu:subinde quæ sunt vitāda:similia virtutibus vitia dicemus. Sunt inornata & hęc, quod male dispositum est: id ἀνοικονόμητον.qđ male figuratū: id ἀσχημάτιστον.quod male collocatum:id κακοσύνθετον vocant. Sed de dispositione diximus. De figuris & compositione dice mus. σωραισμὸν quoq; appellatur quędam mixta ex varia ratio ne linguarum oratio:vt si atticis:doricis:ionicis:æolica etiam di cta confundas. Cui simile vitium est apud nos:si quis sublimia humilibus:vetera nouis:poetica vulgaribus misceat. Id enī ta le est monstrū:quale Horatius in prima parte libri de arte poe tica fingit. Humano capiti ceruicem pictore equinā Iungere si velit:& cætera ex diuersis naturis subiiciat. Ornatum est quod perspicuo ac probabili plus est. Ei⁹ primi sunt gradus in eo qđ velis exprimendo concipiendoq;. Tertius qui hæc nitidiora fa ciat:quod proprie dixeris cultū. Itaq; ἐνάργειαν cuius in præce ptis narrationis feci mentionem:quia plus est euidentia: vel vt alii dicunt: repræsentatio q̄ perspicuitas:& illud quidem patet: hęc se quodāmodo ostendit inter ornamenta ponamus. Magna virtus est res de quibus loquimur:alere atq; vt cerni videātur enunciare. Non enim satis efficit:neq; vt debet plene dominat oratio:si vsq; ad aures volet:atq; ea sibi iudex de quibus cognos cit narrari credit: non exprimi:& oculis mētis ostendi. Sed quo niam pluribus modis accipi solet:nō equidem in omnes eā par ticulas secabo:quarum ambitiose a quibusdā numerus augetur: sed maxime necessarias attingam. Est igitur vnū genus:quo to ta rerum imago quodāmodo verbis depingitur. Constitit in di gitos extemplo arrectus vterq;:& cætera quæ nobis illam pu gilum congredientium aciem ita ostendūt vt non clarior futu ra fuerit spectātib⁹. Plurimū in hoc genere sicut in cæteris emi net Cicero. An quisq̄ tam procul a concipiendis imaginibus re rū abest:vt cum illa in verrē legit. Stetit soleatus prætor populi Ro. cum pallio purpureo:tunicaq; talari muliercula nixus in littore:non solū ipsum os intueri videat:& locū & habitum:sed quædam etiam ex his quę dicta non sunt sibi ipse adstruat? Ego certe mihi cernere videor:& vultū & oculos & deformes vtri usq; blanditias:& eorum qui aderant,tacitā auersationem:ac ti midam verecundiam. Interim ex pluribus efficitur illa quā cō namur exprimere facies:vt est apud eūdem. Nāq; ad omnium ornandi virtutum exemplum vel vnus sufficiat in descriptiōe cōuiuii luxuriosi. Videbar videre alios intrātes:alios vero exeū tes:quosdā ex vino vacillātes:quosdā hesterna potatiōe oscitā tes. Humus erat immunda, lutulenta vino:coronis languidu lis:& spinis cooperta piscium. Quid plus videret q̄ † intrasset? Sic vrbium captarum crescit miseratio. Sine dubio enim qui di cit expugnatam esse ciuitatem:complectitur omnia quæcunq;

Ornatum.

Interesta.

petitur. ℂ Corrupta orōin verbis maxime in ppriis redundantibus. cōpressio ne obscura. Impropriis per m. legatur vt vna sit dictio Cōpræhensione quoq; legē dum est pro cōpressione. ℂ Et adhuc spargitur oib⁹ locis. Spargetur vt futuri sit tēporis mihi legendū vide tur. ℂ Sūt in ornatu & hoc Quod male dispositum est ἀμοικονόμητον. Deprauatus hic locus facile corrigit si u vocalis in a vertat vt I ornata. & o in æ diphthon gū vt hæc legatur hoc mo do. Sunt inornata & hæc. ἀνοικονόμητον autem ad verbū transfertur indispo situ οἰκονομία nāq; dom⁹ ac rei familiaris dispositio. dicitur. ℂ Quod male col locatū, id κακοσύνθετον vocant. κακοσύνθετον ad verbū transfertur male cō positū. Est enim κακοσύν θετον indecens structura verborum: vt versaq; iuuē cum Terga fatigamus ha sta κοινισμός quo appellat quædā mixta ex varia ora tione linguarū oratio. Ra tione optima litera expun cta legendum est. Est autē κοινισμὸς nomen qđ ἀπὸ τοῦ κοινίζειν. hoc est a cō municando declinat cōmu nio & mixtura quædā ex va ria linguarum ratione con stans. ℂ Vetera nouis: Vete ra legendum esse nemo nō videt ℂ Itaq; enargian cu ius in pręceptis narratiōis feci mentionem. Diximus etiā nos in præceptis nar ratōis ἠνάργειαν nō ἐνέρ γειαν esse legendū ℂ Non equidē in omnes eā particu las locabo. Ita quidem legi tur: sed corrupte fortassis. Nihil enī locabo illud sen sui congruit. Quare loco il lius contenderim vel repu gnantibus exēplaribus se cabo esse legendū. Id enim & sensus & grāmatica ratio exposcit. ℂ Quorum ambi tiose. Loco quorum legēdū est quarū vt ad particulas referamus. ℂ Vt cum illam in verrē legit. m. sra expun cta illa potius q̄ illam legē dum esse videtur. De septi

synthetō

...dμόσ

talis fortuna recipit: sed in affect⁹ mimus penetrat breuis hic velut nuncius. At si aperias hæc quæ verbo vno inclusa erant apparebūt effusæ per domos ac tēpla flammæ: & ruentiū tectorum fragor: & ex diuersis clamoribus vnus quidam sonus: aliorum fuga incerta: alii in extremo complexu suorū cohærentes: & infantium, fœminarumq; ploratus: & male vsq; in illū diem seruati fato senes: tum illa prophanorum sacrorūq; direptio: efferentium prędas repetentiūq; discursus: & acti ante suū quisq; prędonem catenati: & conata retinere infantem suum mater: & sicubi maius lucrum est pugna inter victores. Licet em̄ hæc omnia (vt dixi) complectatur euersio: minus est tamen totum dicere: q̄ omnia. Cōsequemur autem vt manifesta sint: si fuerit verisimilia: & licebit etiam falso affingere quicquid fieri solet. Contingit eadem claritas etiam ex accidētibus. Mihi frigidus horror Membra quatit: gelidusq; coit formidine sanguis. Et trepidæ matres p̄ssere ad pectora natos. Atq; huius summæ iudicio quidem meo: virtutis facillima est via. Naturā intueamur. Hāc sequamur. Omnis elegantia circa opera vitæ est. Ad se refert q̄s q; quæ audit: & id facillime accipiunt animi: qd̄ cognoscunt.

ma autem in verrē actiōe hęc sunt descripta. ¶ Quosdā hæsterna potione oscitātes: huius erat immunda. Potatione pro potione legē dū esse: & humus loco huius ex oratiōe Ciceronis p Gallo: vnde hæc sumpta sunt aperte colligit̄. ¶ Coronis quoq; p cottonis legatur. ¶ Apparebunt effusæ per modos ac templa flāmæ: domos legendum esse ne librarij quidē ignorāt.

ASCENSIVS.

¶ Sed huic vicina. Sic Vallen̄. Cū passiuum. sic quoq; idez: sed male: vnde sequar Aldū. Cun cum in pausam aut vt ipse lpressit pausam Quoties ociosum. sic Vallen̄. Cætera parū vitantur. sic Vallen̄. Aldus t̄n nō adscripsit parū: quod opinor ideo in Vallensi adscriptū est: quia si plene vitarentur non cōmitterentur. Verū quia sensus auctoris est q; cætera quia agnoscūtur vitia: vitātur: hoc aūt quia speciē honesti habet, appetitur: non ascribā parū. Impressit Aldus compressione: sed Valla emendauit cōpræhensione: & spargetur. & inornata & hæc. Κοιρισμὸς. Melius Val. & Al. σωρεισμὸς. Habet etiā Vallen̄. ἐνάργειαν. vbi Aldus ἐνέργειαν impressit. Bene Raphael & Aldus secabo: vbi Vallen̄. locabo habet. Similiter: quarū vbi Vallen̄. quorum. Vt cū illa in Verrē. sic Aldus: Vallen̄. autem neq; illa neq; illā habet: sed cū in Verrem legit. Stetit soleatus &c. Habet non solum ipsum os: & hęsterna e potatione & humus erat immunda. & Coronis languidulis. Sed habet intrasset: vbi Aldus reposuit: interesset: qd̄ non magnopere curē imitandū. Habet effusæ per domos. Item & acti ante suum quisq; prædonem catenati.

¶ Præclare vero ad inferendam rebus lucem repertæ sunt similitudines: quarum aliæ sunt quæ probationis gratia inter argumenta ponuntur: aliæ ad exprimendam rerum imaginem cōpositæ: quod est huius loci propriū. Inde lupi ceu raptores atra in nebula: & Misit aui similis: q̄ circū littora, circū piscosos scopulos humilis volat æquora iuxta. Quo in genere idem præcipue custodiendum: ne id quod similitudinis gratia asciuimus: aut obscurum sit aut ignotum. Debet enim quod illustrādæ alterius rei gratia assumitur: ipsum esse clarius eo quod illuminat. Quare sane poetis quidem permittamus huiusmodi exempla. Qualis vbi hibernam lyciam xanthiq; fluenta Deserit: aut delō maternam inuisit apollo. Nō idē decebit oratorē vt occultis aperta demonstret. Sed illud quoq; de quo in argumentis diximus similitudinis genus ornat orationem: facitq; sublimem: floridam: iucundam: mirabilem. Nam quo quæq; longius petita est: hoc plus affert nouitatis: atq; inexpectata magis est. Illa vulgaria videri possunt & vtilia tantum ad conciliandum fidē vt terram cultu: sic animum disciplinis meliorē vberiorēq; fieri. Et vt medici abalienata morbis membra præcidunt: ita turpes ac perniciosos etiam si nobis sanguine cohæreant: amputādos. Iam sublimius illud pro Archia. Saxa atq; solitudines voci respondent, bestiæ sæpe immanes cātu flectuntur: atq; cōsistūt

RAPH.

¶ Quo in genere id ē præcipue custodiēdū: nota subdiuisiōis ascribatur: ne idē legatur: sed id est. ¶ Fecitq; sublimem: floridā. Facit ne diuersa tempora iungātur legēdum est. ¶ Quæ me iuuene vbiq; cantare solebāt. Cātari passiuum sensus exposcit. ¶ Quæ ἀνταπόδοσις dicitur. ἀνταπόδοσις græce dicit̄ ex aduerso redditio ¶ Sequit̄ in primo georgicō post longam de bellis ciuilibus aut extremis conquestionez. Atq; copula loco aut disiunctionis videt̄ reponēda: ac pro extremis legendum esse externis facile ex carminibus ipsis Vergilij colligitur. Sic em̄ scribit. Quippe vbi fas versuz atq; nefas: tot bella per orbem: Tam multę scelerum facies: non vllus aratro Dignus honos: squallēt abductis arua colonis: Et curuę rigidum falces conflantur in ensem: Hinc mouet Eu-

Antiapo

& cætera. Quod quidem genus a quibusdam declamatoria ma xime licentia corruptum est. Nam & falsis vtuntur. Nec illa iis quibus tandem similia videri volunt applicant: quorum vtrūq; in iis est: quæ me iuuene vbiq; cantari solebant. Magnorum flu minum nauigabiles fontes sunt: & generosioris arboris statim planta cum fructu est. In omni autem parabola aut pręcedit si militudo: & res sequitur: aut pręcedit res: & similitudo sequit: sed interim libera & separata est: interim qđ lōge optimū est: cū re cuius est imago cōnectitur collatiōe inuicē respōdente: qđ fa cit redditio contraria: quę ἀνταπόδοσις dicitur. Pręcedit simi litudo illa cuius modo feci mentionem: Inde lupi ceu raptores atra in nebula. Sequit in primo georgicō post longam de bellis ciuilibus atq; externis conqstionē. Vt cū carceribus se se effu dere quadrigę. Addunt se in spatia & frustra retinacula tēdēs: Fertur equis auriga: neq; audit currus habenas. Sed hęc sunt si ne antapodosi. Redditio aūt illa rē vtrāq; cōparat & velut sub iicit oculis: & pariter ostēdit. Cuius pręclara apud Vergilium multa reperio exēpla: sed oratoriis potius vtendū est. Dicit Ci cero pro Murena. Vt aiunt in gręcis artificibus eos auloedos es se: qui citharoedi fieri nō potuerūt. sic nos videmus qui orato res euadere non potuerūt eos ad iuris studiū deuenire. Illud p eodem iā pene poetico spiritu: sed tamen cū sua redditione qđ est ad ornatum accōmodatius: Nā vt tempestates sępe certo ali quo cœli signo cōmouētur. sępe ex improuiso: nulla ex certa ra tione: obscura aliqua ex causa concitantur: Sic in hac comitio rum tēpestate populari sæpe intelligas: quo signo cōmota sit sę pe ita obscurū est vt sine causa excitata videat. Sunt & illę bre ues. Vagiq; per syluas ritu ferarum. Et illud Ciceronis in Clo dium. Quo ex iudicio velut ex incēdio nudus effugit. Quibus similia possunt cuicūq; etiā ex quotidiano sermone succurrere. Huic subiacet virtus non solū apte ponendi rē ante oculos: sed circuncise atq; velociter. Ac merito laudatur breuitas integra: sed ea minus pstat quoties nihil dicit nisi qđ necesse est βραχυ λογίαν vocant: quę reddetur inter schemata. Est vero pulcher rima: cū plura paucis cōplectimur: quale Sallustii est. Mitrida tes corpore ingēti perinde armatus. Hoc male imitātes sequtur obscuritas. Vicina prędictę, sed amplior virtus est ἔμφασις al tiorem prębens intellectū: q̄ quę verba per se ipsa declarant. Ei9 duę sunt species altera q̄ plus significat q̄ dicit: altera quę etiā id qđ nō dicit. Prior est & apud Homerum: cū Menelaus graios in equū ascēdisse ait. Nam verbo vno magnitudinem eius oste dit: & apud Vergilium. Demissum lapsi per funē. Nam sic quo q; altitudo demonstrata est. Idē Ciclopa cū iacuisse dicit per an trum: pdigiosum illud corpus spatio loci mēsus est. Sequēs po situm est in voce: aut omnino suppressa: aut etiam abscissa. Sup primitur vox: vt fecit pro Ligario Cicero. Qz si in tanta fortu na bonitas tāta nō esset: quā tu p te inquā obtines. Intelligo qđ loquar. Tacuit enim illud qđ nihilominus accipimus nō deesse

Parabola. les.

Emphasis.

phrates illic germania bel lum. Vicinę ruptis inter se legib9 vrbes Arma ferunt. sæuit toto mars impius or be. Vt cū carceribus. ¶ Sed eam mīn9 præstat quoties nihil dicit nisi qđ necesse ē. βραχυλογίαν vocāt. Ea vt legatur sensus exigit: nō eam βραχυλογία autem transfertur breuitas sermo nis. ¶ Absciditur per ἀπο σιώπησιν hoc est reticen tiā: quam alii precisionem q̄le est illud Vergilii. Quos ego. sed motos pręstat com ponere fluctus. ¶ Virū es se oportet. Intelligitur virū esse fortem oportere etiam si non apponatur. ¶ Et ho mo est ille. Fragilis intelli gitur ac mortalis & qui fa cile errare potuerit. ¶ Et vi dendum est. hoc est prouī dendum. ¶ Nam ipsa illa ἀφέλεια simplex & inaf fectata habet quendam pu rum qualis etiam fœminis amatur ornatum. In præ positio mihi ascribenda vi detur: vt in fœminis lega tur. ἀφέλεια latine simpli citas in oratione. In victu frugalitas dici pōt. ¶ Præ cipue tamen eius opera. δεινώσις in exaggeranda indignitate. ¶ Cuius præci pue legatur: ego tamen vel repugnantibus exemplari bus: præcipua contēderim esse legendum. Præcipua enim ornatus opera sunt: δείνωσις φαντασία & q̄ sequuntur. δείνωσις autē hoc est grauitas ac vehemē tia late patet δεινός gra uis dicitur ac vehemens & aptus interdum difficilis ac molest9. ¶ φαντασίαι in concipiendis visionib9. hoc est rerum imaginibus: quæ facile ab omnibus pro bentur: φαντασία vero imaginatio siue potius vis imaginandi vocatur. ἐξερ γασίαι in efficiendo velut opere proposito. hoc est in probando ac concludendo quæ volumus ἐξεργασία vero transfertur ad verbuz effectio a quibusdam expo sitio ¶ Cui adiicitur ἐπε ξεργασία hoc est ad expo sitionem expolitio ac repe

achylogia.

osiopisis.

ekia quid

ginatio nā pacto vocetur.

homines qui ad crudelitatem eũ impellerent. Abſcinditur per ἀποσιώπησιν: quæ quoniã eſt figura reddetᷓ ſuo loco. Eſt in vulgaribus quoq; verbis emphaſis. Virũ eſſe oportet: & homo eſt ille: & videndum eſt. Adeo ſimilis eſt arti pleruq; natura. Nõ tamen ſatis eloquentiæ eſt ea: de quibus dicat: clare atq; euidẽter oſtendere. Sed ſunt multi & varii excolendæ orationis modi. Nam ipſa illa ἀφέλεια ſimplex & inaffectata habet quẽdã purum: qualis etiã in fœminis amatur, ornatũ. Et ſunt quædã velut e tenui diligentia circa proprietatẽ ſignificationẽq; munditiæ. Alia copia locuples: alia floribus lęta: virium non vnũ genus. Nã quicquid in ſuo genere ſatis effectum eſt valet. Præcipua tamen eius opera δείνωσις in exaggeranda indignitate & in cęteris altitudo quędã. φαντασία in concipiendis viſionibus ἐξεργασία in efficiendo vel in opere propoſito: cui adiicitᷓ: ἐπεξεργασία repetitio probatiõis eiuſdẽ: & cumulus ex abundati ἐνέργεια confinis iis eſt ab agẽdo ducta: & cuius propria ſit virtus non eſſe quæ dicuntur ocioſa. Eſt & amarum quiddam qđ fere in cõtumelia poſitum eſt: quale Caſſii. Quid facies cum in bona tua inuaſero? hoc eſt cum te docuero neſcire maledicere? & acre vt illud Craſſi. Ego te conſulẽ putem: cũ tu me non putes eſſe ſenatorẽ? Sed vis oratoris omnis in augendo minuẽdoq; conſiſtit. Vtriq; parti totidẽ modi ex quibus pręcipuos attingemus: reliqui ſimiles erunt. Sunt autẽ poſiti in rebus & verbis. Sed quę ſit rerũ inuentio ac ratio tractauimus: nunc quid elocutio attollat aut deprimat dicendum.

De amplificatione. Cap. IIII.

Amplificatio in nõie.



Prima eſt igitur amplificãdi vel minuẽdi ſpecies in ipſo rei nomine: vt cum eum qui ſit cęſus: occiſum: eum qui ſit improb⁹ latronem: contraq; eũ qui pulſauit attigiſſe: qui vulnerauit, lęſiſſe, dicimus. Vtriuſq; pariter exemplũ eſt: pro. M. Cœlio. Si vidua, libere, ppter-ua, petulanter diues: effuſe: libidinoſa, meretricio more viueret: adulterũ ego putarem: ſi qs hanc paulo liberius ſalutaſſet? Nam & impudicam meretricẽ vocauit: & eũ cui longior cũ illa fuerat vſus: liberius ſalutaſſe. Hoc genus increſſit ac fit manifeſtius: ſi ampliora verba cum ipſis nominib⁹: pro quibus ea poſituri ſumus: conferãtur: vt Cicero in Verrẽ. Non enim furem, ſed raptorẽ: non adulterum, ſed expugnatorem pudicitiæ: nõ ſacrilegũ, ſed hoſtem ſacrorum religionũq;: non ſicarium, ſed crudeliſſimum carnificẽ ciuium ſociorumq; in veſtrum iudiciũ adduximus. Illo enim modo: vt ſit multum hoc etiã plus vt ſit efficitur. Quatuor tamẽ maxime generib⁹ video: conſtare amplificationẽ incremento: cõparatione: ratiocinatione: congerie. Incrementum eſt potentiſſimũ: cũ magna videntur etiã quæ inferiora ſunt. Id aut gradu vno fit: vt plurib⁹ per id venitᷓ non mõ ad ſummũ: ſed interim quodãmodo ſupra

In adiũcto verbo.

Quatuor amplificãdi modi. Primus.

tatio probatiõis eiuſdem. ¶ ἐνεργεία confinis eſt iis ab agendo ducta ἐνεργεία ἀπὸ τοῦ ἐνεργεῖν. hoc eſt ab agendo deriuatur. tranſfertur actus ſiue efficacia. ¶ Eſt & amarum quiddã cum fere in contumelia poſitum eſt. Emendate loco illius cũ legitur quod. hoc modo. Quod fere in contumelia poſitũ eſt. ¶ Et quę ſit rerum inuentio. Sed loco illius copulæ & legitᷓ ca ſtigate i qbuſdã exẽplarib⁹.

ASCENSIVS.

¶ Quo in genere id eſt: ſic Vallẽ. Et: facitq; ſublimẽ Et cantari ſolebant. Vbi vero eſt: & vtilia tñ ad conciliandã fidem: ſupra ſcriptũ habet tamen pro tantum. Habet: de bellis ciuilibus atq; externis. Itẽ Sed ea minus præſtat. Vbi vero omnes diſtinguũt ſic. ſequitᷓ obſcuritas vicina pdictę. Ego ſic diſtinguã. ſequitᷓ obſcuritas. Vicina pdictę, ſed amphor virt⁹ ẽ emphaſis &c. In equũ deſcẽdiſſe. ſic quoq; Vallẽ. ſ; Ald⁹ impſſit aſcẽdiſſe: Vallẽ. h; qualis etiã in fœminis &c. Itẽ: pcipua tñ &c. Parum tñ refert ſiue pcipua, ſiue pcupue legatur.

RAPH.

¶ Si vidua libere: propterue: petulãter: diues effuſe: libidinoſa meretricio more viueret: adulterium ego putarem ſi quis hanc paulo liberius ſalutaſſet. Proterua nõ propterue & adulterum i vocali expuncta: & paulo pro pauco in oratione pro Cœlio emendate legitur. ¶ Id autẽ vno gradu fit aut pluribus. Loco autem copulæ aut diſiunctio eſt reponenda. ¶ Facinus eſt vincire ciuẽ Romanum. Hoc Ciceronis exemplum niſi corrupte legitur in ſeptima in verrem actione: vnde eſt deſcriptũ aperte hic eſt deprauatum Nam & prope aduerbium eſt prætermiſſum & paſſiua infiniti modi verba in actiuam vocem fuere commutata. Apud Ciceronem nanq; ſic eſt ſcriptum Facinus eſt vinciri ciuẽ Rom.

summum. Omnibus his sufficit vel vnū Cicerōis exemplum. Facinus est vincire ciuē Romanū: prope scel⁹ verberare: parricidium necare: quid dicā in crucem tollere? Nam & si tātū verberatus esset: vno gradu increuerat: ponēdo etiā id esse facin⁹: quod erat inferius. Et si tātum occisus esset: per plures gradus ascēderat. Cū vero dixerit prope parricidium necare: supra qđ nihil est adiecit: quid dicam in crucem tollere? Ita cum id quod maximum esset occupasset: necesse erat in eo quod vltra est verba deficere. Fit & aliter supra summū adiectio: vt apud Vergilium de Lauso. Quo pulchrior alter non fuit excepto Laurentis corpore Turni. Summum est enim quo pulchrior alter non fuit. Huic deinde aliquid supra positum est. Tertius quoq; est modus ad quem non per gradus itur & quod non est plus q̄ maximum: sed quo nihil maius est. Matrem tuam cecidisti: quid dicam amplius? matrem tuam occidisti. Nam & hoc augendi genus est: tātū aliquid efficere: vt nō possit augeri. Crescit oratio minus aperte: sed nescio an hoc ipso efficacius, cum citra distinctionem in contextu & cursu semper aliquid priore maius insequitur: vt de vomitu in Antonium Cicero. In cœtu vero populi Romani negocium publicū gerens magister equitū. Singula incrementum habent. Per se deforme: vel non in cœtu vomere: in cœtu etiam non populi: etiam non Romani: vel si nullum negocium ageret: vel si non publicū: vel si non magister equitū. Sed ali⁹ diuideret hęc: & circa singulos gradus moraretur. Hic in sublime etiā currit: & ad summū peruenit non nixu sed impetu. Verum vt hęc amplificatio in superiora tēdit: ita quę fit per comparationem: incrementum ex minoribus petit. Augendo enim qđ est infra: necesse est extollat id quod supra positum est: vt idem atq; in eodem loco. Si hoc tibi inter cœnam & in illis immanibus poculis tuis accidisset: quis non turpe duceret? In cœtu vero populi Ro. Sed & ī Catilinā. Serui me hercle mei: si me isto pacto metuerent: vt te metuūt omnes ciues tui: domū meam relinquendam putarem. Interim proposito velut simili exemplo efficiendum est: vt sit maius id quod a nobis exaggerandum est: vt idem pro Cluentio. Cū exposuisset Milesiā quandam a secūdis hæredibus pro abortu pecuniā accepisse: q̄to est inquit Oppianicus in eadem iniuria maiore supplicio dignus? Siquidē illa cū suo corpori vim attulisset: se ipsa cruciauit: Hic autem idē illud effecit per alieni corporis vim atq; cruciatum. Nec putet quisq̄ hoc: q̄q̄ est simile: illi ex argumentis loco quo maiora ex minoribus colligūtur: idem esse. Illic enim probatio petit: hic amplificatio. Sicut in Oppianico: non id agitur in illa comparatione: vt ille male fecerit: sed vt peius. Est tamen q̄q̄ diuersarum rerū quædam vicinia. Repetam itaq; hic quoq; idē: quo sum illic vsus exemplum: sed non in eundem vsum. Nam hoc mihi ostendendum est augendi gratia: non tota modo totis: sed etiam partes partibus comparari: sicut hoc loco. An vero vir amplissimus. Pub. Scipio pō. max. Tib. Graccum mediocr-

Secundus. Tertius. Quartus. Per cōparationem. Primo modo. Secundo. Tertio cōparādo partes partibus.

Scelus verberari: ppe parricidium necari. Quid dicā in crucē tolli? Verbo satis digno tā nefaria res appellari nullo modo potest. & q̄ sequunt. ℂ Hic in sublime etiam currit & ad summū non peruenit nixu & impetu. Mendose ita legitur verulq; sensus nō percipitur. Sic autē emēdari potest: vt non negandi aduerbū postponatur: verbo: ac loco: & copulę: sʒ aduersatiua ascribat: hoc modo: & ad summum peruenit nō nixu sed impetu ℂ Si hoc tibi inter cœnam: & in illis in manibus poculis tuis accidisset qs nō turpe diceret. Immanibus. m. duplici legendū esse: & duceret: vt sit actiuū ex secunda philippica: vnde hoc sumptum est exemplū facile est videre. ℂ Vt idem pro Cluentio cum exposuisset molestiam quandam. Milesiaʒ in oratione Ciceronis inueniet scriptā qui eā euoluet nō molestiā. Sic eīm ibi legitur. Memoria teneo Milesiam quādā mulierēʒ cū essem in Asia: q ab hæredibus secundis accepta pecunia partū sibi ipsa pecunia medicamentis abegisset: rei capitalis esse dānatam. Neq; iniuria: quæ spem parētis: memoriam nominis: subsidium generis: hæredē familiæ: designatum reipu. ciuem sustulisset. Quanto est Oppianic⁹ in eadē iniuria maiori supplicio dign⁹? ℂ Quę si quis dilatare velit: plenos per singula locos habent: habeat singulariter procul dubio est legendum.

ASCENSIVS.

ℂ In Vallēn. oīa quorum Raphael in principio meminit recte habētur: prosternit: paulo: adulterum. Similiter: id aut vno &c. & prope parricidiuʒ. Sed nec ipse nec Aldus passiue legit vicit. verberari. necari tolli. forteq; credant rectius & verius actiue legi. Habet Vallēn. non peruenit nixu sed impetu: quod non minus significat q̄ quod Raphael reponit & Aldus seq-

criter labefactantem statũ reip. priuatus interfecit: Catilinam orbem terræ cæde atq̃ incendio vastare cupientem nos consules perferemus! Hic & Catilina Gracco: & status reip. orbi terrarum: & mediocris labefactatio cædi & incendiis & vastatiõi: & priuatus consulibus comparatur: quæ si quis dilatare velit plenos per singula locos habeat.

tur: qa illud sed: innuit verbum peruenit repetẽdum: vnde non mutassem: nisi Aldus mutasset. Habȝ Vallẽs. imanibus & dr̃et: quæ legi possent immanibus & duceret licet frequentius diceret. Sed in Catilinam. Vallẽs. habet & I Catilinã.

Aldus Sed & &c. Milesiam quandã. Vallẽs. habet mulierẽ quãdam. quod licet in Cicerone sit Milesiam: nõ cõtinuo dãnem. cũ possit Fabius ita cõmutasse: sequar tamen cũ Aldo Raphaelem. habet Vallẽs. se ipsa cruciauit: quod sequor: quia ita Ciceronem fere locutum noui. Quædam vicina in Vallẽs. habet vicinia. Habet autem plenos singula locos habent: sine per: vt suppositum verbi habent sint singula: quo modo & sententia & congruitas stabit: Aldus tamen reposuit habeat.

Per ratiocinationem. ¶ Quas dixi per ratiocinationẽ fieri amplificationes: videamus an satis proprio verbo significauerim. Nec sum in hoc sollicit⁹: dum res ipsa volentibus discere appareat. Hoc suum tamẽ secutus: q̃ hæc amplificatio alibi posita ẽ: alibi valet: vt aliud crescat aliud augeatur: inde ad id quod extolli volumus ratio deducitur. Obiecturus Antonio Cicero merũ & vomitum. Tu inquit istis faucibus: istis lateribus, ista gladiatoria totius corporis firmitate. Quid fauces & latera ad ebrietatem! minime sunt ociosa. Nam respicientes ad hæc possumus æstimare: q̃tũ ille vini in Hippiæ nuptiis exhauserit: qđ ferre & coquere nõ posset illa gladiatoria corporis firmitate. Ergo si ex alio colligitur aliud: nec improprium nec inusitatum nomen est ratiocinationis: vt qđ ex eadem causa inter status quoq̃ habemus. Sic ex insequentibus amplificatio ducitur. Siquidẽ tanta vis fuerit vini erumpẽtis: vt nõ casum afferret aut volũtatẽ: sed necessitatem vbi minime deceret vomendi: & cibus non recens: vt accidere interim solet: redderetur: sed qui vsq̃ in posterũ diem redũdaret. Idem hoc præstant quæ antecesserũt. Nam cũ Aeolus a Iunone rogatus: cauũ conuersa cuspide montem Impulit in latus: ac venti velut agmine facto, Qua data porta, ruũt: apparet q̃ta sit futura tempestas. Quid! cũ res atrocissimas: quas quæ in summam ipsi extulimus inuidiam eleuamus cõsulto: quo grauiora videantur quæ secutura sunt! vt a Cicerone factũ est: cũ illa diceret. Leuia sunt hæc in hoc reo crimina: metũ virgarũ Nauarchus nobilissimæ ciuitatis se p̃cio redemit: humanũ est. Alius ne securi feriretur: pecuniã dedit: vsitatũ est. Nonne vsus est rõcinatione: qua colligerent audiẽtes: quantũ illud esset quod inferebaẽ: cui cõparata hæc humana viderentur: atq̃ vsitata! Sic quoq̃ fit ex alio aliud augeri: vt cũ Annibalis bellicis laudibus ãpliat virt⁹ Scipionis. & fortitudinẽ gallorũ germanorũq̃ miramur: quo fit maior. C. Cæsaris gloria. Illud quoq̃ est ex relatione ad aliquid: qđ non eius rei gratia dictũ videtur: amplificationis genus. Nõ putant indignũ troiani principes graios troianosq̃ propter Helenæ speciẽ tot mala, tãto tẽporis spatio sustinere: q̃nam igitur illa forma credenda est! Non enĩ hoc dicit Paris qui eam rapuit: non aliquis iuuenis, aut vnus e vulgo: sed senes & prudentissimi & Priamo assidentes. Verũ & ipse rex decennii

Habeamus

Secundo modo.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

RAPH.

¶ Vt quod ex eadem causa inter status: quoq̃ habem⁹ a vocali ascripta habeam⁹ rectius legeretur. ¶ Siquidem tanta vis fuerit vini erumpentis Fuit e & r literis expunctus mihi legẽdũ videtur. ¶ Vt est a Cicerone factuȝ cũ illa diceret. Leuia sunt in hoc reo. Ex septima verrinarum manifeste apparet crimina nominatiuum esse ascribendũ: hoc modo leuia sunt in hoc reo crimina. ¶ Nõne vsus est ratione. Pro ratione mihi ratiocinatione legendũ esse videtur. ¶ Quod nõ ei⁹ rei gratia dictuȝ videretur: videtur re syllaba expũcta legendum est. ¶ Et excusat etiam sibi atq̃ malorum causam negat. Atq̃ copula ante illũ datiuũ sibi est trãsferenda. ¶ Nec mihi videtur in Symposio. Plato cũ Alcibiadẽ cõfitentem de se quid a Socrate pati voluerit narrat non vt illum culparet: hæc tradidisse. corrupte quidem sic legitur q̃uis nõ videatur. Nisi enĩ illud non negandi aduerbiũ de contextu tollatur: videbit affirmare Fab. idqđ vult negare Symposium quod interpretari potest cõpotatio: dialogus est Platonis in quo Alcibiades fatetur se adeo Socrati deditũ fuisse: vt muliebria quoq̃ ab eo fuerit passurus: si Socrates ipse eo flagitio fuisset delectat⁹. ¶ Quin ex instrumẽto quoq̃ heroum illorum magnitudo existimãda nobis datur. æstimanda q̃ existimanda rectius legeretur. ¶ Et Cn. Põpeii de seruis

Symposiũ interprete

bello exhaustus amissis tot liberis: imminente summo discrimi ne: cui faciem illam ex qua tot lachrymarum origo fluxisset: in uisam atq; abominādam esse oportebat: & audit hæc: & eam fi liam appellans iuxta se locat: & excusat etiā atq; sibi esse malo rum causam negat. Nec mihi videtur in Symposio Plato: cum Alcibiadem confitentem de se quid a Socrate pati voluerit nar rat: vt illū culparet: hæc tradidisse: sed vt Socratis inuictam cō tinentiam ostenderet: quæ corripi speciosissimi hominis tam obuia voluptate non posset. Quin ex instrumēto quoq; heroū illorum magnitudo æstimāda nobis datur. Ad hoc pertinet cly peus Aiacis: & hasta pelias achillis. Qua virtute egregie est vsus in Cyclope Vergilius. Nam qđ illud corpus mente conci piam: cuius Trūca manum pinus regit? Quid? cū vix loricam duo multiplicem connixi humeris ferrent: quantus † Demoleos qui indutus eam cursu pallantes troas agebat? Quid. M. Tulli us de. M. Antonii luxuria tantum saltem fingere potuisset: quā tum ostendit dicendo? Conchyliatis Cn. Pompeii peristroma tis seruorum in cellis stratos lectos videres. Conchyliata peri stromata & Cn. Pōpeii de seruis & cellis nihil potest dici vltra: & necesse est tamen vltra infinito plus in domino cogitare. Et hoc simile est illi quod ἔμφασιν dicitur: sed illa ex verbo: hoc ex re coniecturam facit: tantoq; plus valet: q̄to res ipsa verbis est firmior. Potest ascribi amplificationi congeries quoq; verborū ac sententiarum idem significantium. Nam etiam si nō per gra dus ascendant: tamen velut aceruo quodam alleuantur. Quid enim tuus ille tubero districtus in acie pharsalica gladius age bat? cuius latus ille mucro petebat? q̄ sensus erat armorum tuo rum? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? Sile est hoc figuræ: quā συναθροισμόν vocāt: sed illic plurium rerum est congeries: hic vnius multiplicatio. Hęc etiam crescere solet verbis omnibus altius atq; altius insurgen tibus. Aderat ianitor carceris: carnifex prætoris: mors terrorq; sociorum & ciuium Romanorum lictor sextius. Eadem fere est ratio minuendi. Nam totidem sunt ascēdentibus quot descen dentibus gradus: Ideoq; vno ero exēplo contētus eius loci quo Cicero in oratione Rulli hoc dicit. Pauci tn̄ qui proximi asti terant: nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere suspi cabantur. Quod si ad intellectum referas minutio est: si ad obs curitatem incrementum. Scio posse videri quibusdam speciem amplificationis hyperbolen quoq;. Nam & hæc in vtranq; par rem valet: sed quia excedit hoc nomen in tropos differenda est. Quos continuo subiungerem: nisi esset a cæteris separata ratio dicendi: quæ constat non propriis: sed translatis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iā pœne publico: † ne omittamus eā quē plærīq; præcipuum ac pene solum putāt orationis ornatum.

Socra.

Demoleos.

Emphasis.

Per cōgeriē verborum. Vno modo.

Imminutio nis ratio.

Nec.

ynathroi[s] mos.

& cellis nihil potest dici vl tra. De præpositio expun genda ac loco eius & copu la: & pro seruis seruoruz & in præpositio ascribēda vi detur: hoc mō. Et Cn. Pō peij & in seruorū cellis ni hil potest dici vltra. ℂ Cu ius latus ille mucro peteba tur. Actiue petebat in ora tione pro Ligario legitur. ℂ Quā συναθροισμόν vo cant. συναθροισμός con geries atq; congrego lati ne dici potest. συναθροίζω nā. p vnde est declinatum: cōgrego congeroq; signifi cat. ℂ Quos continuo sub iungerem nisi esset a cæte ris separata ratio dicendi: quæ cōstat nō propriis sed translatis. Ingenue fateor: hic sensus tametsi videtur perspicuus mihi parū per cipitur. Forsitan autem ali quid flagitij hic quoq; fuit admissum. quod iis relin quatur emendandum: qui se grandia in hoc opus cō mentaria edituros esse ia ctāt. ℂ Ne omittamus eā e. litera ascripta: nec mihi legendum videtur.

ASCENSIVS.

ℂ Vallen̄. habet. Vt quod ex eadem causa inter status quoq; habemus: quod nō mutē licet Aldus impresse rit habeamus: quia illud vt, ponitur p vtpote. Habet idem Siquidem tanta vis fuit. quod sequar dummo do siquidem composita sit vox. Non habet crimina: sed quia in oratione Cicero nis ea vox est ascribat. Ha bet ratione: vbi Aldus im pressit ratiocinatione. Ha bet dictum videtur. habet sine negatione nō (nam in nec particula satis negatio nis. est) narrat: vt illum cul paret. Aestimāda præter ea non existimanda in Val len̄. est: & in margine adno tatum id quod sequitur ha beri in iliados li. vj. & xv. & æneī. iij. & alterū æneī. v. habet & pelias Achillis: nō & hasta pelias: quæ lectio si vera est: pelias nomē erat hastæ: ego tamen patronymicum pro possessiuo positū puto: sicut apud Ouidium de Remedio amorū: Vul neris auxilium pelias hasta tulit. Quantus demoleos: sic omnes: sed in Vergilio fere demoleon legitur. Vbi vero etiam Aldus impressit cum vix loricā duo multiplicem cōnixi humeris ferunt. legam ferrent. Conchy

hata perístromata & Cn. Pompeij de seruis & ęllis &c. sic & Aldus & Vallen. quare non sequar Raphaelem. Quos. s. tropos continuo subiungerem nisi ratio dicendi quæ constat non proprijs sed translatis: qualis est quam nunc tractat esse separata a cæteris. s. rationibus dicendi figuratis. Demus ergo breuiter hoc desiderio iam pene publico. ne mittamus. Sic Vallen. & melius q̃ vt reposuit Raphael & impressit Aldus: nec omittamus: nam demus hoc: quęram quid sit hoc? certe ne omittamus: hoc est vt non omittamus.

## De generibus sententiarum. Cap. V.



Sententia quid sit.

Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt. Id cum est apud oratores frequentissimũ: tum etiam in vsu quotidiano quasdã reliquias habet. Nã & iuraturi ex animi nostri sententia: & gratulantes ex sententia dicimus. Non raro tamen & sic locuti sunt: vt

Sententię sensa.

sensa sua dicerent. Nam sensus corporis videbantur: sed cõsuetudo iam tenuit: vt mente concepta sensus vocaremus. Lumina autem præcipue in clausulis posita sententias: quæ minus crebra apud antiquos: nostris temporibus modo carent. Ideoq́ mihi de generibus earũ: & de vsu arbitror pauca dicenda. An-

Sentẽtiæ proprię dictæ.

tiquissimę sunt: quæ proprie q̃uis omnibus idem sit nomen: sententiæ vocantur: quas græci γνώμας appellant. Vtrũq́ tamẽ nomen ex eo acceperũt: q̄ similes sunt consiliis aut decretis. Est autẽ hæc vox vniuersalis: quæ etiã citra complexũ causæ possit esse laudabilis. Interim ad rem tantũ relata. vt Nihil est tam populare q̃ bonitas. Interim autẽ ad personã: quale est afri Domitii. Princeps qui vult omnia scire: necesse habet multa ignoscere. Hanc quidã partẽ Enthymematis: quidã initiũ aut clausulã epicherematis esse dixerũt: & est aliquando: non tamẽ semper.

Sentẽtia simplex.

Illud verius, esse eã aliquãdo simplicẽ vt eã quã supra dixi. ali-

Sententia adiecta rõe.

quãdo ratione subiecta. Nã in omni certamine qui opulentior: etiam si accipit iniuriã: tamen quia plus potest: facere videtur.

Sententia duplex.

DE compositione non equidem post Marcum Tullium scribere auderē: cui nescio an vlla pars operis huius sit magis elaborata: nisi & eiusdē ętatis homines scriptis ad ipsum etiā literis repręhēdere vel collocādi genus ausi fuissent: & post eū plures multa ad eandem rem pertinētia memorię tradidissent. Itaq; accedam in plerisq; Ciceroni: atq; in his ero: quę indubitata sunt, breuior: in quibusdam paulum fortasse dissentiam. Nam etiam cum iudicium meum ostendero: suū tamen legentibus relinquam. Neq; ignoro quosdam esse qui curam omnem compositionis excludant atq; illum horridum sermonem vt forte effluxerit: modo magis naturalem: modo etiam magis virilem esse contendant. qui si id demum naturale esse dicunt: quod a natura primū ortum est: & quale ante cultum fuit: tota hæc ars orandi subuertetur. Neq; enim locuti sunt ad hanc regulam & diligentiā primi homines. Nec procemiis præparare: docere expositione: argumentis probare: affectibus commouere scierunt. Ergo iis omnibus, non sola compositione caruerunt: quorū si fieri nihil melius licebat: ne domibus quidē casas: aut vestibus pellium tegmina: aut vrbibus montes ac syluas mutari oportuit. Quæ porro ars statim fuit? quid non cultu mitescit? cur vites coercemus manu? cur eas fodimus? rubos aruis excidimus? terra & hæc generat. Mansuefacimus animalia? indomita nascūtur. Verū id est maxime naturale: qđ fieri natura optime patitur. Fortius vero qui incōpositū potest esse q̄ iūctū & bene collocatū? Neq; si parui pedes vim detrahant rebus: vt sotadeorū & callimachiorū: & quorūdā in oratione simili pene licentia lasciuientiū: compositionis est iudicandū. Cæterum quanto vehementior fluminū cursus est prono alueo: ac nullas moras obiiciente: q̄ inter ob-

¶ De cōpositione nō equidem post M. Tullium scribere auderem. Cum alibi tū in oratore Cicero de cōpositione diligētissime scribit. Sed Quītiliano copiosius nemo. ¶ Nisi & eiusdem ætatis homines. Tacitus de oratoribus idem innuit cū inquit. Satis constat ne Ciceroni quidem obtrectatores defuisse: quib' inflatus & tumens nec satis pressus sed supra modū exultans & superfluens & parum antiquus videtur. De calstio autē & bruto potissimum Fabius intelligit quorum alter Ciceronē solutum atq; eneruem: Brutus autē fractū atq; elumbem epistolis ad ipm missis vocat. ¶ Et post eū plures: vt Cornificius: Stertinius: Gallio: Cęlsus: Lenas: Virginalis: Plinius: Rutilius. ¶ Neq; ignoro: eorū damnat opinionem qui a cōpositiōe abhorrēt. ¶ Nec procemiis pręparare: docere: exponere: argumentis probare. Inuitus quidem facio vt sine exemplaris cuiusq̄ a stipulatione aliquid immutē. Sed in iis quæ manifeste deprauata sunt: maior sensuū q̄ exēplarium ratio habēda est: vt hoc loco exponere quidem legitur: sicq; legēdum esse quidam suis in expositionibus attestātur: sed lo-

Cicero ob[trec]tatoribus ... nime caru[it]

stantia saxa fractis aquis ac reluctãtibus:tanto quæ connexa est & totis viribus fluit,fragosa atq; interrupta melior oratio.Cur ergo vires ipsas specie solui putet: quando nec vlla res sine arte satis valeat: & comitetur semper artẽ decor! An nõ eã q̃ emissa optime est: hastã speciosissime contortã ferri videmus! & arcu dirigẽtiũ tela quo certior man⁹, hoc est habitus ipse formosior! Iam in certamine armorũ:atq; in omni palæstra quid satis recte cauetur ac petitur: cui non artifex motus: & certi quidã pedes adsint! Quare mihi compositione velut amentis quibusdã: ner uisve intendi & concitari sententiæ videtur.Ideo eruditissimo cuiq; persuasum est valere eã q̃plurimũ non ad delectationem modo: sed ad motum quoq; animorũ. Primũ quia nihil intra re potest in affectũ: qd̃ in aure velut quodã vestibulo statim offendit.Deinde q̃ natura ducimur ad modos.Neq; .n. aliter eue niret: vt illi quoq; organorum soni: q̃q̃ verba non exprimũt:in alios tamẽ atq; alios motus ducerẽt auditorẽ. In certaminibus sacris non eadẽ ratione concitant animos ac remittũt: nec eodẽ modo adhibentur:cũ bellicũ est canendũ: & cũ posito genu sup plicandũ.Nec idem signorũ concentus est procedente ad prœlium exercitu:idem receptui carmen. Pythagoreis certe moris fuit:& cũ euigilassent animos ad lyram excitare: quo essent ad agendum erectiores:& cũ somnũ peterent ad eandẽ prius lenire mentes: vt siquid fuisset turbidiorum cogitationũ cõponerẽt. Q̃ si numeris & modis inest quędam tacita vis,in oratione † ea vehementissima: quantũq; interest sensus idem quibus verbis efferatur tantũ verba eadem qua compositione vel in exitu iũgantur:vel fine claudantur.Nam quędã & sententiis parua & elocutione modica virtus hæc sola commẽdat.Deniq; qd̃ cuiq; visum erit vehementer,dulciter,speciose,dictum soluat: & tur bẽt:abierit omnis vis:iucũditas:decor. Soluit quędã sua in ora tore Cicero.Nã neq; me diuitiæ mouẽt: q̃bus oẽs,Aphricanos & Lælios:multi venalitii mercatoresq; superarunt:vt sit:multi mercatores superarũt:venalitiiq;. & insequẽtes deinceps perio dos:quas si ad illum modum perturbes: velut fracta aut transuersa tela proieceris.Idem corrigit quę a Gracco composita du rius putat. Illum decet:nos hac simus probatione contenti: q̃ in scribendo quæ se nobis solutiora obtulerint componemus. Quid eñ attinet eorũ exẽpla quærere: quæ sibi quisq; experiri potest! Illud notasse satis habeo: quo pulchriora & sensu & elocutione dissolueris:hoc orationẽ magis deformẽ fore : quia negligentia collocationis ipsa verborum luce depræhenditur.

Compositio non delectat solũ sed etiã affectus mouet.

eo

Pythagoreorũ mos.

co eius infiniti expositione legendũ esse illud est indicio: q̃ singulis infinitis ablatiui sunt appositi. Expositione itaq; vel refragãtibus libris legat hoc modo: docere expositione. hoc est narratione:qua potissimũ iudex causa; docetur. ¶ Nec domibus quidẽ casas aut vestes pelliũ tegmina. Vestibus non vestes legendũ esse nemo nõ videt. ¶ Quid non cultu mitescere! Mitescit procuIdubio est legendum. Quis quidã mitescit legant exponantq; pulchrius sit. Sed mitescit legẽdũ esse aperteque subiiciuntur exempla declarãt. ¶ Fortius vero quid incõpositum potest esse:q̃ iunctum. Fere specie recti in errores incidimus. Quis.eñ non dixerit quid hoc loco recte legi! Atqui non quid: sed qui pro quo modo. legẽdum esse acutius intuẽtes censebũt. ¶ Vt sotadeorũ & callimachorum. Sotadicos versus mollissimos fuisse innuit Martialis cum inquit. Nec retro lego sotadem cinædũ. Sotadici aũt dicuntur versus qui retro lecti eosdem numeros seruant. Qualis ille est Vergilianus. Musa mihi causas memora quo numine læso, Si eñ retro legatur sotadicum fit: læso numine quo memora causas mihi musa. ¶ Callimachiorũ i vocali ascripta legatur quib⁹ Callimachus est vsus: vt molliora carmina fierent. ¶ Tantoq; cõnexa est & totis viribus fuerit: fragosa atq; interrupta melior oratio. Que copula in quæ relatiuũ est cõmutanda: ac fluit loco fuerit verbi reponendũ;hoc modo. Tanto quæ cõnexa est & totis viribus fluit. ¶ Cur ergo vires ipsas specie solui putẽt:hoc est pulchritudine cõcinnæ orõnis. Qui vero spatio legũt: apte decipi facile quis vel mediocriter doct⁹ diiudicare põt:cũ q̃ sequũt specie legẽdũ esse manifeste declarẽt. Infertur .n.: Et comitetur semper artem decor.

ASCENSIVS.

¶ Vel collocandi genus. Sic Aldus quoq; :sed Vallen̄. habet id collocandi genus Habet docere expositione: vnde Raphaelẽ admonitũ nihil dubitẽ. Habet etiã mitescit qd̃ sequar licet Ald⁹ innitescit impresserit. Cõpositionis est iudicandũ: aut subauditur vitiũ: aut sic supplet: neq; iudicãdũ est sup-esse cõpositionis. i. id euenire ex cõpositione: quæ tales pedes nõ recipit aut saltẽ non p̄cipit. Habet Vallen̄. fluit. specie. quãdo nec vlla res. Quare mihi compositione. q̃plurimũ: concentus. procedẽte. turbidiorũ nõ turbidorũ cogitationũ. minuit aũt turbidiorũ: est eñ aliquantulũ turbidarũ: nã plene turbidę philosophos nõ decent.

Habet efferatur. & qđ oẽs habẽt eo vehemẽtissima: vbi siquis mihi astipuletur legã ea.s. vis: est in oratione vehemẽtissima: Præterea vbi oẽs legũt: deniq̃ qđ cuiq̃ visum erit: mihi legendũ videtur: deniq̃ si qđ cuiq̃ &c. habet Valla venalitij mercatoresq̃ superarunt: sed illi desunt hæc verba: vt sit multi mercatores &c. & vbi est venalitij: habet superscriptũ venalitiarij. habet quas si ad illũ modum &c. &, quæ a Gracco &c. Idem collocationis habet.

Sic Cicero: vt eñ Athletas nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitãdo facere caute: nec petẽdo vehementer: in quo nõ motus hic habeat palæstrã quandam: vt quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnam: ita ad aspectum etiam sit venustũ: sic oratio nec plagam grauem facit: nisi petitio sit apta: nec satis tute declinat impetum: nisi etiã in cedendo quid deceat intelligat: itaq̃ qualis eorum motus quos apalæstros græci vocant talis horum mihi videtur oratio qui non claudũt numeris sententias. ¶ Quãdo res nec vlla sine arte valeat. Transposita hic esse verba vidẽtur: quæ sic in ordinẽ redigũtur. Quãdo nec res vlla. ¶ Quare mihi in cõpositione velut amentis quibusdã neruisve intendi & concitari sentẽtiæ videtur. In ꝑpositio q̃uis codices repugnẽt: eradẽda mihi videtur: vt quæ sensum potius peruertat q̃ iuuet: sic nãq̃ cõpositione intẽdũtur sentẽtiæ vt amentis hastæ arcusq̃ neruis. Amentũ autẽ lorũ illud dicitur. quo in emittendis longius hastis iaculatores vtũtur. ¶ Valere eã cõplurimũ. Castigate in quibusdã exẽplaribus legitur q̃ plurimũ. Neq̃ eñ cõplurimũ est latinũ. ¶ Nec idẽ signorũ contẽtus est procedente ad prælũ exercitu t quidẽ litera in e mutata cõcentus esse legendũ: ne admonitione quidẽ est dignũ. Qui vero pro ꝑcedẽte legũt producẽdo: suæ ipsi opinionis viderint rationẽ. Exercitus certe elegãtissime ꝑcedere in prælũ dicitur. ¶ Quãtũq̃ interest q̃bus verbis afferatur. a vocali in e cõuersa efferatur legendũ est. ¶ Nã neq̃ me diuitiæ mouent quibus omnes Aphricanos & Lælios multi venalitij mercatoresq̃ venalicijq̃ superarũt. In oratore quidem Ciceronis recte: hic vero corrupte legitur hoc exemplũ. Sic autẽ est legendũ. Multi venalitij mercatoresq̃ superarũt: vt sit: multi superarũt mercatores venalitijq̃. ¶ Quos si ad illũ modũ perturbes. Quas legendũ est: ne incongrue periodos referat. ¶ Idẽ corrigit qđ a Gracco cõposita durius putat. Quæ legendũ esse nemo non videt. ¶ Quia negligentia collationis. Collocationis emendate in quibusdam legitur exemplaribus.

Amentũ.

Vtaq̃ vt confiteor pene vltimã oratoribus artem cõpositionis quæ perfecta sit contigisse: ita illis priscis habitã inter curas: in quantũ adhuc profecerãt, puto. Neq̃ eñ mihi q̃liber magnus auctor Cicero ꝑsuaserit Lysiã: Herodotũ: Thucydidẽ: parũ studiosos eius fuisse. Genus fortasse sint secuti nõ idẽ qđ Demosthenes aut Plato: q̃q̃ & iiipsi inter se dissimiles fuerũt. Nã neq̃ illud in Lysia dicendi textũ tenue atq̃ rarũ lætioribus numeris corrumpendũ erat. Perdidisset eñ gratiã quę in eo maxima est simplicis atq̃ inaffectati coloris: perdidisset fidẽ quoq̃. Nam scribebat aliis: non ipse dicebat: vt oportuerit esse illa rudibus & incõpositis similia: qđ ipsum cõpositio est. Et historiæ (quæ currere debet ac ferri) minus conuenissent intersistẽtes clausulæ & debita actionibus respiratio: & cludendi inchoandiq̃ sentẽtias ratio. In concionibus quidẽ etiã similiter cadentia quędã & cõtraposita deꝑhendas. In Herodoto vero cũ omnia (vt ego quidem sentio) leniter fluũt: tũ ipsa Διάλεκτος habet eã iucunditatẽ: vt latẽtes etiã numeros complexa videatur. Sed de propositorũ diuersitate post paulum. Nunc quę prius iis qui recte cõponere volent discẽda sint. Est igitur ante omnia, oratio alia vincta atq̃ contexta: soluta alia: qualis in sermone, & epistolis: nisi cum aliquid supra naturam suã tractant: vt de philosophia: de repu. similibusq̃. Quod non eo dico quia nõ illud quoq̃ solutũ habeat suos quosdam: & forsitan difficiliores etiam pedes. Neq̃ enim aut hiare semper vocalibus: aut destitui temporibus volunt sermo & epistola: sed non fluũt nec cohærent: nec verba de verbis trahunt: vt potius laxiora in his vincula: q̃ nulla sint. Nonnũq̃ in causis quoq̃ minoribus decet eadem simplicitas quæ nõ illis sed aliis vtitur numeris: dissimulatq̃ eos: & tantum communit occultius. At illa connexa series tres habet formas: incisa quæ

Orationum alia vincta alia soluta.

¶ Simplicis atq̃ inaffecti coloris. Inaffectati legẽdũ est. ¶ Nã ipse scribebat aliis nõ ipse dicebat. Ipse prius positum cõpositioni nõ cõuenit. Quare expungatur: idcirco autẽ ipse non dicebat: quia lege cautum erat Athenis ne quis per aduocatũ defenderetur. Cæterũ hac ratione legi fraus excogitata est vt rei acceptas ab oratoribus pro se haberẽt orationes. ¶ Quod ipsum cõpositio est: hic distinguẽdũ est: ne confundãtur sensus. Hoc ipsum aũt inquit esse ex arte cõpositionis: ita cõponere vt fidem orationi habeat. Qui aũt quo ad compositionẽ legit ea quæ recta sunt deprauare: ac mendas mendis addere videtur. ¶ Historiæ quæ currere debet ac ferri minus cõuenissent insistẽtes clausulę. Ter syllaba interiecta intersistẽtes scribẽdũ mihi videtur. Hoc aũt sensu Thucydidẽ fuisse cõpositionis studiosũ ꝓbat. ¶ Tũ ipsa dialectos habet etiã iucũditatẽ vt latẽtes in numeros cõplexa videatur. Sic quidẽ legitur sed mendose. Nã etiã cõiũctio nisi in eã pronomẽ cõuertatur & loco in ꝓpositionis etiã particula reponat: neq̃ sensus

Athenarũ

κόμματα dicũtur:membra quæ κῶλα καὶ περίοδον quæ est vel ambitus:vel circũductũ:vel cõtinuatio:vel conclusio. In omni porro compositione tria sunt necessaria:ordo:iunctura: numerus.Primũ igitur de ordine.Eius obseruatio in verbis est singulis & contextis. Singula sunt quæ diximus ἀσύνδετα. In his cauendum est ne decrescat oratio: & fortiori subiungatur aliquid infirmius: vt sacrilego fur: aut latroni petulans. Augeri enim debent sententiæ & insurgere:vt optime Cicero:Tu inqt istis faucibus:istis lateribus:ista gladiatoria totius corporis firmitate.Aliud enim maius alio superuenit. At si cœpisset a toto corpore non bene ad latera fauceſq̃ descenderet. Est & alius naturalis ordo:vt viros ac fœminas, diem ac noctem, ortum & occasum dicas potius q̃ retrorsum. Quædam ordine permutato fiunt superuacua vt fratres gemini.Nam si præcesserint gemini fratres addere non est necesse. Illa nimia quorundam fuit obseruatio:vt vocabula verbis: verba rursus aduerbiis, nomina appositis & pronominibus rursus essent priora.Nam fit cõtra quoq̃ frequenter non indecóre. Necnon & illud nimiæ est superstitionis:vt quæq̃ sint tempore ea etiam facere ordine priora:non quin frequẽter sit hoc melius: sed quia interdum plus valent ante gesta. Ideoq̃ leuioribus superponenda sunt. Verbo sensum cludere multo(si compositio patiatur) optimũ est. In verbis enim sermonis vis inest. Et si id asperum erit, cedat hæc ratio numeris: vt fit apud summos græcos latinosq̃ oratores frequentissime.Sine dubio enim omne quod non cludet: hyperbaton est. Ipsum hoc inter tropos vel figuras: quæ sunt virtutis,receptum est. Non enim ad pedes verba dimẽsa sunt. Ideoq̃ ex loco transferuntur in locum:vt iungantur: quo congruunt maxime:sicut in structura saxorum rudium etiam ipsa enormitas inuenit:cui applicari & in quo possit insistere. Felicissimus tamen sermo est cui & rectus ordo & apta iunctura: & cum iis numerus opportune cadens contingit. Quædam vero transgressiones & longæ sunt nimis:vt in superioribus diximus libris: & interim etiam compositione vitiosæ: quæ in hoc ipsum petuntur:vt exultẽt atq̃ lasciuiant:quales illę Mœcenatis.Sole & aurora rubent plurima, inter sacra mouit aqua fraxinos. Ne exequias quidem vnus inter miserrimos viderem meas. Quod inter hæc pessimum est: quia in re tristi ludit compositio. Sæpe tamen est vehemens aliquis sensus in verbo: quod si in media parte sententiæ latet, transiri intentione & obscurari circũiacentibus solet. In clausula positum assignatur auditori & infigitur: quale illud Ciceronis. Vt tibi necesse esset in conspectu populi Romani vomere. Transfer hoc vltimũ minus valebit. Nam totius ductus hic est quasi mucro vt per se fœdæ vomendi necessitati:iam nihil vltra expectantibus:hãc quoq̃ adiiceret deformitatem: vt cibus teneri non posset postridie.Solebat Afer Domitius traiicere in clausulas verba tantum asperandę cõpositionis gratia: & maxime in prooemiis: vt

Periodus.

Ordo cõpositionis.

In singulis.

Ordo naturalis.

Superuacua mutato ordine.

Verbo claudẽda oratio.

Sermo felicissimus.

Transgressiones vitandę.

integritas:neq̃ elegãtia custoditur.hoc modo itaq̃ legatur. Tum ipsa dialectos habet eã iucunditatem:vt latentes etiã numeros cõplexa videat. Vsus est aũt Herodotus ionica Dialecto:quæ iucundissima esse iudicat. ¶ Nũc quæ prius iis qui recte cõponetur volent dicenda sunt. s litera ascripta discẽda. & u vocali in i cõuersa sint est legẽdũ. Extrinsecus vero dicamus vel simile verbum est subaudiendũ. Tametsi quidã loco illius quæ legũt quędã & dicenda citra s literam. ¶ In omni porro compositione tria sunt genera necessaria.Illud genera vt superfluũ videtur eradendũ. ¶ Dicas poti⁹ q̃q̃ & retrorsum. q̃ particulam cũ illa & copula expũgatur vt,q̃ retrorsũ,legatur. ¶ Noia appositis & pnominibus rursus essent priora. Et copula quam de priore sensu subtraximus:huic ascribatur:vt legamus:& pnominibus. ¶ Nõ qa frequẽter sit hoc melius. Nisi quin loco illius prioris qa reponatur:id videbitur negare Fabius qđ affirmare intendit. Qđ ne eueniat hoc modo legat. Nõ quin frequenter sit hoc meli⁹. ¶ Ideo q̃ leuioribus supponenda. A vocali expũcta que legatur vt sit copula: & n litera in u cõuersa leuiorib⁹ & supponenda et syllaba erasa. hoc ẽ postponẽda. ¶ Et si id asperum erit:cedat hæc oratio numeris At loco & copulæ mihi magis sensui conuenire videtur. ratio quoq̃ o vocali de primo loco erasa legatur. ¶ Et in superioribus diximus libris e vocali in u cõuersa vt est legendũ. ¶ Transiri intentione & obscurari circũstãtib⁹ solet t litera in r mutata transiri legẽdũ esse cõstat. ¶ Vt p se fœda vomẽdi necessitas.Sic quidem recte legi putat. Sed vt nihil immutem ac id solũ qđ sentio dicã noiatiu⁹ ille fœda necessitas in datiuum fœdæ necessitati forsitan est

ialectos
raica.

pro Cloantilla. Gratias agam cōtinuo. & pro Laelia. Eis vtrisq; apud te iudicē periclitatur Laelia. Adeo refugit tenerā delicatāq; modulandi voluptatē: vt occurrētibus per se numeris: quo eos inhiberet obiiceret. Amphibologiā quoq; fieri vitiosa locatione verborū: nemo est qui nesciat. Haec arbitror vt in breui de ordine fuisse dicenda: qui si vitiosus est licet & iuncta sit & apte cadens oratio, tamen merito incomposita dicatur.

Amphibologia vitiāda.

ASCENSIVS.

¶ Q̄libet. i. quātūlibet magn⁹ auctor. Q̄ꝗ̄ & hii ipsi. Sic Val. & Ald. Inter se dissimiles fuerūt: sic Ald. vnde miror in Vallēn. fuerint scriptū cū in elegātijs dicat q̄ꝗ̄ cū indicatiuo cōstruēdū. Est in Vallēn: inaffectati coloris. Et historię: sic Vallēn. Aldin⁹ aūt At historię. Intersistētes: placuit Aldo & placet mihi: licet Vallēn insistētes habeat. Vallēn. hab3 dicēda sunt: vbi Ald⁹ discēda sint, Raphaelē secutus. Vallēn, habuit q̄ꝗ̄ & retrorsu3: sed fere eadē est sentētia: nā si poti⁹ sic dicā q̄ retrorsum: sequitꝫ etiā retrorsum dicere liceat. Illa quoq; nimia. In Vallēn. nō est quoq;: nec vt opinor eē ꝯuenit: q̄a nō est locut⁹ de altera nimia obseruatiōe. Vallēn. & Aldi. hñt: ideoq; leuioribus supponēda: sicq; legā. Nā supponere est potius postponere q̄ anteponere. dicim⁹ enim superuenire: superaddere: superponere. quādo supra alia venimus. addimus. ponimus. Supponere aūt contra quasi ante ponere: vnde qđ vulgo suppositū vocāt/verbo ꝑponit. Et reuera sub ꝑ pauloante accipi videt: cū dr: sub noctē cura recursat. Sub lucē exportāt calathis. Sicut ecōuerso sup pro post. vt noctē sup mediā. i. post noctē mediā. Et si id asperū erit. Sic Val. & Ald. nō At: neq; ponā at: q̄a et hic & in supiori & historię &c. qđ subdit nō est aduersatiuū: sed noui ꝑcepti quasi prioris mēbri copulatiuū: Vallēn. habet vt in supiorib⁹ &c. & trāsiri: sed vt alij/foeda necessitas: vbi Raphael bene restituit foedę necessitati. Nec habet postridie statī post vomere: sicut nec Aldin⁹ codex: sed illic vt cibus teneri nō posset postridie. sicq; legēdū mihi videt: etiā ex verbis Fabij. h3 Licet & vinciat &c. Sed Ald⁹ Raphaeli accedit.

Sub & Super.

cōuertēdus: vt itelligam⁹ Ciceronē foedę per le vomēdi necessitati hāc quoq; deformitatē adiecisse: vt cib⁹ teneri nō posset postridie. ¶ Vt tibi necesse esset in cōspectu populi Romani vomere. postridie aduerbiu3 alicui⁹ temeritate erasum reponēdū eē vt claudat sensum tā ex secūda Philippica q̄ ex Fabij verbis aperte colligit. ¶ Haec arbitror vt in breui de ordine fuisse dicēda: q si vitiosus est licet & vincat ac sit apte cadens: oratio tñ merito incōposita digne dicat. Nisi corrigatur hic locus: verus integerq; sensus null⁹ eliciet emēdari aūt posse videt: si vincat verbū eradat ac ei⁹ loco totidē literarū participiū iūcta reponat: atq; ac copula in & cōuertat: ac illi verbo sit postponat: & et syllaba expūcta apte legat: & digne aduerbiū expūgat vt ociosu3. Hoc modo: Licet & iūcta sit & apte cadēs oratio tñ merito incōposita dicat. Nec ignoro quosdā ita corrigere: vt i vocali ascripta vinciat legant verū sensui nihil magis vinciat q̄ vincat cōuenire mihi videtur. Iūcta aūt sic quadrat vt vel refragantibus exemplaribus reponi debeat.

Iunctura cōpositionis.

¶ Iunctura sequitur. Ea est in verbis, incisis, membris, periodis. Oīa nāq; ista & virtutes & vitia in cōplexu habēt. Atq; vt ordinē sequar: primū q̄ imperitis quoq; ad reprehēsionē notabilia vidētur: id est quae cōmissis inter se verbis duobus ex vltima prioris ac prima sequētis syllaba deforme aliquod nomen efficiunt. Tū vocaliū concursus: qui cū accidit, hiat & intersistit: & quasi laborat oratio. Pessime longę quae easdē inter se literas cōmittūt: sonabunt. Praecipuus tamē erit hiatus earum, quae cauo aut patulo maxime ore efferuntur. E plenior litera est I angustior, ideoq; obscurius in his vitium. Minus peccabit qui longis breues subiiciet: & adhuc qui praeponet longę breuem. Minima est in duabus breuibus offensio. Atq; cū aliae subiūgūtur aliis proinde asperiores erūt prout oris hiatu simili aut diuerso pronūciabūtur. Non tñ id vt crimē ingēs expauescēdū est. Ac nescio an negligētia in hoc an sollicitudo sit peior. Inhibeat eñ necesse est hic metus impetum dicēdi: & a potioribus auertat. Quare vt negligentię est hoc pati: ita humilitatis vbiq; perhorrescere nimiosq; nō imerito in hac cura putāt oēs Isocratē secutos: ꝑcipueq; Theopompū. At Demosthenes & Cicero modice respexerunt in hanc partem. Nam & coeuntes literę quae συναλοιφὴ dicuntur: etiā leniorē faciunt orationē q̄ si omnia verba suo fine cludantur: & nonnūq̄ hiulca etiam decet; faciūtq; ampliora

dicitur

¶ Iunctura sequitur & in verbis incisis periodis. Sic quidē legit. Sed si ea relatiuū ascriberet & est verbū loco & copulae nihil prorsus integritati sensus deesse videret. hoc mō. Ea est in verbis incisis mēbris periodis ¶ Primū q̄ sunt imperitis quoq;. Sūt verbū esse expūgēdū nemo nō videt. ¶ Id est quę cōmissis inter se verbis duobus ex vltima fine prioris ac prima sequētis syllaba deforme aliqđ nomē efficiūt. Ille ablatiuus fine vt nihil sensum adiuuās mihi refragātibus exēplarib⁹ videt expūgēdus. Syllaba nāq; ad vtrūq; refertur adiectiuū vltima ac prima. ¶ Quę cauo aut patulo maximo ore efferunt o vocali in e cōuersa maxime legat. ¶ E planior. Sic quidē legitur: sed a in e mutata scribendū videtur plenior: id qđ illud angustior qđ ifertur aperte docet. Angustū eñ pleno spatiosoq; opponit. ¶ Nimia est in

quædam: vt pulchra oratione apta omnino iactare: cū longę per se & velut optimę syllabæ aliquid etiā medii temporis inter vocales quasi intersistatur: assumūt. Qua de re vtar Ciceronis potissimū verbis. Habet (inqt ille) tāq̄ hiatus & concursus vocalium molle quiddā: & qd indicet non ingratā negligentiā de re hominis magis q̄ de verbis laborantis. Cæterum consonantes quoq; eaq; pręcipue quæ sunt asperiores in cōmissura verbōrum rixantur. Et s vltima cum x proxima: quarū tristior: etiā si binæ collidantur: stridor est vt ars studiorū: quæ fuit causa & Seruio (vt dixi) subtrahēdę s literę: quoties vltima esset: aliaq; consonante susciperetur: quod reprehendit Lauranius, Messala defendit. Nam neq; Lucilium putant vti eadem vltima, cum dicit: serenu fuit & dignu loco. Quinetiam Cicero in oratore plures antiquorū tradit sic locutos. Inde Belligerare, po meridiē: & illa Censorii Catonis die hancm litera eq; in e mollita: quæ in veteribus libris reperta mutare imperiti solent. Et dum librariorum inscitiam insectari volunt: suam confitentur. Atqui eadem illa litera quoties vltima est: & vocalem verbi sequētis ita contingit: vt in eam transire possit: etiam si scribitur: tñ parum exprimitur: vt multum ille: & quantū erat. Adeo vt pene cuiusdā nouæ literæ sonū reddat. Neq;.n. eximitur: sed obscuratur: et tñ aliqua inter duas vocales: velut nota est: ne ipsæ coeant.

¶ Videndum etiam ne syllabę verbi prioris vltimæ, sint primæ sequentis. Id nequis præcipi miretur Ciceroni in epistolis excidit. Res mihi inuisæ visæ sunt brute: et in carmine. O fortunatam natam me consule Romam. Etiā monosyllaba si plura sunt male continuabuntur: quia necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet. Ideoq; etiam breuiū verborum ac nominū vitanda continuatio: & ex diuerso quoq; longorū. Afferunt enim quandā dicendi tarditatem. Illa quoq; vitia sunt eiusdem loci: si cadentia similiter: & similiter desinentia: & eodem modo declinata multa iungantur. Ne verba quidem verbis: aut nomina nominib[9] similiaq; iis contineri decet: cum virtutes etiā ipsæ tedium pariant: nisi gratia varietatis adiutæ. Membrorum incisorūq; iunctura non eo modo est obseruanda: quo verborum, q̄q̄ & in his extrema & prima coeūt. Sed plurimum refert compositionis: quæ quibus anteponas. Nam & vomens frustis esculentis vinū redolentibus: gremium suum, & totum tribunal impleuit. Et contra (Nam frequentius vtar iisdem diuersarum quoq; rerum exemplis: quo sint magis familiaria) Saxa atq; solitudines voci respondent: bestiæ sæpe immanes cantu flectuntur atq; consistunt. Magis id insurgebat si verteretur. Nam etsi plus est saxa q̄ bestias commoueri. Inest tamen compositioni decor. Sed transeamus ad numeros.

Præcepti de syllabis cidē vitandis.

De monosyllabis.

Longis breuibus cōmiscēda.

Iūctura mēbrorum inciforūq;.

Phil. ii.

Pro Archia.

ASCENSIVS.

¶ Iunctura sequitur est in verbis &c. vt subaudiatur ea: quam particulā p̄ſſet ascribere, & in cæteris huius loci Raphaeli auscultare. q̄q̄ Vallen. multa bene habet vt minima. aliæ. perinde. sit peior. Habet autē vt Aldus negligentiæ est pars. quare a me nō expūgatur. habēt ambo synaloephe dicūtur. vbi venustius

duabus breuib[9] offensio. Pro nimia recte in quibusdam exemplaribus legitur Minima. ¶ Atq; cū alia e vocali aliæ legendum est. ¶ Proide asperiores erūt. Proinde autē vacare mihi videtur aut in perinde mutandū. ¶ Ac nescio neglīgētia l hoc an sollicitudo sit. Emendate in quibusdā exēplaribus peior legitur. hoc modo an sollicitudo sit peior. ¶ Quare vt negligentiæ est pars hoc pati. Pars mihi vt superflua videtur expūgēda. Quare aūt non quia est legendū vt qdā corrūpunt. sensus est autē: vt negligētia est admittere vocaliū hiatū, ita ignauia q̄dam est vbiq; illud timere. Cū & Demosthenes & Cicero parum id curauerint. ¶ Nam & coeuntes literæ quæ συναλοιφὴ dicūtur etiā leuiorē faciunt orationem. Dicitur ac u in n cōuersa leniorem legēdū est. ¶ Tum longę per se & velut optimę syllabæ aliquid etiā medijs tēporibus inter vocales: quasi intersistatur assumūt. Nisi pro medijs tēporibus medij tēporis legat: sensus integritas violatur. ¶ Cæterū cōsonātes quoq; p̄cipue earū quæ sunt asperiores. In qbusdā exēplaribus legitur q; copula: hoc modo p̄cipueq;. Sed mihi etiā loco earū eæ vt sit nominatiuus legēdū videtur. hoc modo p̄cipue q; eæ. ¶ Et s vltima cum x proxima quarū tristior etiā si binæ collidātur stridor est. Vastudiorum. Sic quidē legit. Sed vastudiorū quid sibi velit mihi non percipit. Nec ignoro vastus duarū a quibusdam legi. Sed ne sic quidē sensus procedit. Sine cōtrouersia vero deprauat[9] hic locus: mihi sic emendari posse videtur si vt particula loco va syllabę & ars ascribatur hoc modo: vt ars studiorū. Sic aūt legendū esse: ex his Diomedis verbis qui de cōpositione scribēs ad vnguē Fabium est imitatus: facile percipere possumus.

forsan dicitur reponatur. Habēt leniorē. sed Valla mediis tēporibus qđ non sequar. In Vallēn. notatū est legendū ex q̄ pcipue quæ &c. qđ mihi mollius sonat q̄ pcipueq; ex quę. In eodē est supscriptū vas studiorū: sed in margine sic. Diomedes Quintilianū imitatus vt simia hominē ait. Item ex cōsonātibus &c. vt Raphael inde sumpta recitat. In quibus si res Xerxis legatur, exēplū sit vbi post s x dure sonet. Sermo vt dixi: in opere de causis deperditæ eloquētiæ. Nihil aūt dubitē quin po meridiē pro post meridiē ab antiquis dictū & a Fabio hic scriptū sit. At illud qđ sequit alij sic legūt. & illa Censorij Catonis: diee hanc, æque m litera in e mollita. hoc est vt mollius sonet in e versa: qđ si est pro diem diee dixerit: nec deberet e secundū tolli sed coniungi. verū quia sunt qui cōtendāt die pro diem etiā legi in illo Vergiliano: libra die noctisq; pares vbi fecerit horas: vt sit libra fecerit die pro diem & horas noctis pares: vbi tñ alij legūt die p diei: verum quia illic saltem vidimus ociues Diomede: e pro em ponitur: legunt alij sic: Et illa Censorij Catonis: die hanc: m litera eq; in e mollita. hoc est facta pro em syllaba e litera & syllaba. Eadem illa litera. s.m. Cuiusdam nouæ literæ. Non liquet multis cuius literæ: nam vt literæ n dicas non placet quia ea non absumitur: ego putem nouam literam fieri m quando nō profertur sed tantum scribitur vt dictiones discernat: cum tamen antiqui codices Plautini præsertim ne scriptā quidē habeant: sed pro multum est: multest, aut multust. Et tantum aliqua. sic Vallēn. vbi tantū pro dūtaxat ponitur. Verum Raphael solerter in plurali legit: ne syllabæ verbi prioris &c. sicq; Aldus impressit: licet Vallēn. in singulari scripserit: qđ tamē nemo vitat: legūtur eñ passim: summa manus: suprema maiestas. prima materia. In illo loco: ille legisperitus. &c. habet Vallēn. patiant: & varietatis, & incisorūq;.

Item inquit ex consonantibus quæ in se incidentes stridere & quasi rixari vidētur: vitanda iūctura est: vt Sex. Roscius. Ars studiorū. Rex Xerxes. error Romuli ¶ Quæ fuit causa & seruio vt dixi: subtrahendę s literæ quoties vltima eēt alia quæ cōsonāte susciperetur. A vocali expūcta que legatur ne relatiuū eē credatur. Vbi nam autē hoc Fabius Seruio placuisse dixerit mihi non occurrit. ¶ Serenus fuit & dignus ioco. s litera expūcta serenu & dignu & loco pro ioco legendū videtur. ¶ Quod etiam Cicero in oratore plures antiquorum tradit sic locutos. Quin etiam loco illius qđ etiam sensus exposcit: verba etiā Ciceronis hęc sunt: Olim aūt politius eorum verborum: quorum: eædem erant: postremæ literæ vt optumus: postremā literā detrahebant: nisi vocalis in sequebatur. Ita nō erat ea offensio in versibus: quā nūc fugiūt poetæ noui. Ita eñ loquebātur. Qui est omnibu princeps: nō omnibus: & vita illa dignu locoq; nō dignus. ¶ Inde belligerare pe meridiem. Prorsus aliquid huic loco deesse videtur. Quale illud est Diomedis. Fugiendaq; quoq; est. m consonans illisa vocali: vt bonū aurum. Iussū eñ est: & similia: quæ deformant orationis integritatem. ¶ De hac quippe litera m in fine principiove dictionū posita loqui Fabiū: aperte ex ipsis colligitur exēplis. Inde eñ inquit est belligerare per meridiem. M nāq; litera si erat vltima apud priscos abijciebat: vt belligerare p bellū gerere. Si vero ipsa m litera prima esset dictionis sequētis: vltima pcedētis verbi cōsonans abijcebatur: vt Pe meridiem pro per meridiē. Quāq̄ pomeridiem fortasse legēdū est. Vnde & pomeridianæ dicūtur scholæ. ¶ Et Cēsorini Catonis. Die e hāc. Illa ascribatur: ac n litera expūgatur: vt Censorij legatur. Censorius. n. Cato dicitur non Censorinus. e pterea vocalis sola in contextu posita eradatur vt die hāc legamus pro illo diem hāc. Quidā aūt dicem & faciem & o in u æq; & u æq; in o: ac i in e mollita, legūt. Sed inconsulte nimiū cū hoc loco Fabius non de vocaliū mutatione sed de consonantium aspera loquatur coniūctione. ¶ Et tñ aliqua inter duas vocales. Tñ loco illius particulæ tñ emendate legitur. ¶ Videndū etiam ne syllaba verbi prioris vltima sit prima sequentis. Nisi emendetur hic locus parū sibi constare Fabius videbit. Superius nāq; pcepit: vt quæ cōmissis inter se verbis duobus ex vltima prioris a prima sequentis syllaba deforme aliqđ efficiunt vitētur. Nunc in vniuersum pcipere videtur: siue deforme quid efficiant siue nō: fugiēda esse. Quod quidē minus a scriptoribus custoditur. Nam & Teucrorum auertere regem: & vētorum carcere regnet apud Vergiliū: & Nescia vere remitti. apud Lucanū leguntur. Quare mihi emendandus videtur hic locus sic vt numero plurali legātur ne syllabæ verbi prioris vltimæ sint primæ sequentis. Sic autē legendū esse aperte quæ subijciūtur exempla declarant. ¶ Res mihi visæ sunt brute. Nisi aliquid deest huic exemplo: minus recte a Fabio notari videtur. Neq; eñ vlla pcedentis verbi vltima syllaba principiū est sequentis. Quare inuisæ ascribatur hoc modo. Res mihi inuisæ visę sunt brute. ¶ Cū virtutes etiam ipsę tedium patiantur nisi gratia veritatis adiutę. Mendose quidē sic legitur. Sed sic emendari potest: q̄uis exemplaria refragentur: vt patiant nō patiātur & varietatis loco veritatis legamus. De virtutibus aūt orationis sentit Fabius: quæ sunt vrborū exornationes atq; sententiarū. ¶ Mēbrorum vitiorūq; iunctura. Emendate in quibus exemplaribus loco vitiorū legitur incisorum. ¶ Nam plus est saxa q̄ bestias cōmoueri. Et si particula similisve a sensu exposci videtur: vt legatur. Nam et si plus est saxa.

Belligerare quid sit.

Pomeridianæ scholæ qua[re]. Cato Censorius.

De numero.

¶ Omnis structura ac dimensio & copulatio vocum cōstat: aut numeris (numeros ῥυθμοὺς accipi volo) aut μέτρῳ id est dimensione quadam: quod etiam si constat vtrūq; pedibus: habet tamen non simplicem differentiam. Nam rhythmi id est numeri spatio temporum constant. Metra etiam ordine; ideoq; alterum esse quantitatis videtur: alterum qualitatis. ῥυθμὸς aut par est: vt dactylus. Vnam enim syllabam parem breuibus habet. Est quidem vis eadem & aliis pedibus.

Rhythmos par.

¶ Quod etiā cōstat vtrūq; pedibus. Si cōiūctio mihi ascribenda videt: hoc mō. Quod etiā si cōstat vtrūq; pedib9. ¶ Nam rhythmi in numeris spatio temporum constant. In præpositione erasa id est ascribantur. & s litera expuncta numeri legantur q̄uis exēplaria refragētur: hoc modo.

Rhythmi id est numeri. ❡ Rhythmos aut par: vt dactylus. Est verbuz quis eleganter sæpius prætermittatur: hic tamen mihi ascribendum videtur: vt legam⁹. aut par est. ῥυθμὸν quoque græcis literis rectius scriberet. ❡ Aut sescuplex. Rhythmus sescuplex dicit qui vno tempore plus in sublatione abũdat: q̃ in positione aut econuerso. Sescuplex enim vno min⁹ est q̃ duplex. ❡ Sed hoc interest. q̧ rhythmos indifferẽs dactylos: ne ille priores habet breues an sequẽtes. Habeat a vocali ascripta legatur. Significat aũt ordinẽ syllabarũ in rhythmis nõ esse necessariũ. ❡ Tempus enim sonum metitur vt a sublatione ad positionem iisdem spatiis. Proinde alias ad dimensionẽ in versu pro dactylo poni nõ poterit anapęstus aut spondęus. Hic locus ita est deprauatus vt null⁹ integer sensus elici possit: neq̧ recte emendari nisi forte maior q̃ vt mihi placeat verborũ fieret immutatio verũ asterisco poti⁹ notãdus est hic locus. vt aliis quoq̧ aliquid emendandũ relinquamus iisq̧ præcipue: q nihil putant in exemplaribus immutandum. ❡ Illi quomodo separant currũt vsq̧ ad μεταβολὴμ.i. trãsitum id est in aliud genus rhythmi. Et si hic locus postq̃ mihi correct⁹ ẽ: emẽdatu facillimus esse videt: me tamen dubiũ anxiũq̧ diu tenuit. Cũ enim sic in exemplaribus scriptũ esse dep̃henderẽ nihil immutare audebam. Cuz vero nihil itegri sensus elici posse viderem hoc modo existimaui esse corrigendũ: vt separant verbũ in cœperunt ei nõ dissimile conuertat. a tamen vocali in i conuersa ac. i. iterato positę dictiones tollantur. hoc modo. Illi quo modo cœperunt currũt vsq̧ ad metabolen .i. transitũ in aliud genus rhythmi. ❡ Rhythmos etiam in corporis motu.

Rhythmus sescuplex.

Sed nomen illud tenet. Longam esse duorũ temporum: breuem vnius etiam pueri sciunt. Aut sesquiplex: vt pæon: cuius vis est ex longa & tribus breuibus: quiq̧ ei contrarius ex tribus breuibus & longa: vel alio quoquo modo tempora tria ad duo relata sesquiplum faciunt: aut duplex vt iambus. Nam est ex breui & longa: quiq̧ est ei contrarius. Sunt hi & metrici pedes. Sed hoc interest: q̧ rhythmo indifferens est: dactylusne ille priores habeat breues an sequẽtes. Tempus enim solũ metitur: vt a sublatione ad positionem iisdem fit spatiis pedũ. In versu pro dactylo poni non poterit anapęstus aut spondęus: nec penes eandem rationem a breuibus incipiet ac desinet: neq̧ solum alium pro alio pedem metrorum ratio non recipit: sed ne dactylum quidẽ aut forte spondęum: alterũ pro altero. Itaq̧ si quinq̧ continuos dactylos (vt sunt in illo: Panditur interea domus omnipotentis olympi) confundas, solueris versum. Sunt & illa discrimina q̧ rhythmis libera spatia: metris finita: & his certæ clausulæ: illi quomodo cœperant currũt vsq̧ ad μεταβολὴμ.i. transitum in aliud genus rhythmi. & q̧ metrum in verbis modo: rhythmos etiam in corporis motu est. Inania quoq̧ tempora rhythmi facilius accipient: q̃q̃ hæc & in metris accidunt maior tamen illic licentia est: vbi tẽpora etiã animo metiũtur: & pedũ & digitorũ ictu interualla signãt q̃busdã notis: atq̧ æstimant quot breues illud spatiũ habeat: inde τετράσημον, πεντάσημον. Deinceps longiores fiũt percussiones. Nam σημεῖον tẽpus est vnũ. a cõpositione orationis certior: & magis omnib⁹ aperta seruari debet dimẽsio. Est igitur in pedibus: & metrici quidẽ pedes adeo repeRiũtur in oratione: vt in ea frequẽter: nõ sentiẽtib⁹ nobis, omniũ generũ excidãt versus. Et contra, nihil est prosa scriptũ q̃d non redigi possit in q̃dã versiculorũ genera. Sed in adeo molestos incidimus grãmaticos q̃ fuerũt q lyricorũ q̃dã carmina in varias mẽsuras coegerũt. At Cicero frequẽtissime dicit totũ hoc cõstare numeris. Ideoq̧ rep̃hẽditur a q̃busdã tanq̃ orationẽ ad rhythmos alliget. Nã sunt numeri rhythmi vt & ipse cõstituit: & secuti eũ Vergilius: cũ dicit. Numeros memini si verba tenerẽ. Et Horati⁹. Numerisq̧ ferẽ lege solutis. Inuadũt ergo hãc inter cęteras vocẽ. Neq̧ eñ Demosthenes fulmina tãtopere vibrasse diceret: nisi numeris cõtorta, ferrẽtur. In quo si hoc sentit rhythmis cõtotta dissentio. Nã rhythmi: vt dixi: neq̧ finem habẽt certũ: nec vllã in cõtextu varietatẽ: sed q̃ cœperũt sublatione ac positiõe ad finẽ vsq̧ decurrũt. Oratio nõ descẽdit ad strepitũ digitorũ. Et q̃ Cicero optime videt: ac testat̃ frequẽter se q̃d numerosum sit q̃rere: vt magis nõ ἄρυθμον: q̃d eẽt ĩscitũ atq̧ agreste: q̃ εὔρυθμον: q̃d poeticũ est, eẽ cõpositionẽ velit: sicut etiã: quos palæstritas esse nolumus: tñ esse nolumus eos q dicunt̃ ἀπάλαισεαι. Verũ ea q̃ efficit̃ e pedibus æqua cõclusio nomẽ aliq̃d desiderat † Quod sit igit̃ poti⁹ q̃ nũer⁹ & oratori⁹ nũer⁹: vt enthimema rhetoricus syllogism⁹? Ego certe ne in calũniã cadã qua ne M. q̃dẽ Tullius caruit: posco hoc mihi: vt cũ p̃ cõposito dixero

Numeri.

Quid

Collocatio apta.

numerũ:& vbicũq; iam dixi oratorium dicere intelligar. Collocatio autem verba iam probata & electa & velut assignata sibi debet cõnectere. Nam vel dura inter se cõmissa potiora sunt inutilibus:tamen & eligere quędam(dum ex iis quæ idẽ significent atq; idem valeant)permiserim:& adiicere dum non ociosa:& detrahere dum non necessaria. Sed & figuris mutare & casus & numeros:quorum varietas frequenter gratia compositionis adscita etiam sine†numero solet esse iucunda. Etiam vbi aliud ratio:aliud consuetudo poscit:vtrum volet sumat compositio. Vitauisse vel vitasse:depræhendere vel deprẽdere. Coitus etiam syllabarum non negabo, & quicquid sententiis aut eloquentiæ non nocebit:præcipuum tamen in hoc opus est scire quid quoq; loco verborum maxime quadret. Atq; is optime componet:qui hoc solum componendi gratia faciet. Ratio vero pedum in oratione est multo q̃ in versu difficilior. Primum q; versus paucis continetur:oratio longiores habet sæpe circuitus. Deinde q; versus semper similis sibi est & vna ratione decurrit:orationis compositio nisi varia est:& offendit similitudine & affectatione depræhenditur:& in omni quidem corpore:totoq;(vt ita dixerim)tractu:numerus insertus est. Neq; enim loqui possumus nisi e syllabis breuibus ac longis:ex quibus pedes fiunt. Magis tamen & desideratur in clausulis:& apparet: primum quia sensus omnis habet suum finem:possidetq; naturale interuallum:quo a sequẽtis initio diuidatur. Deinde q; aures continuam vocem secutæ ductæq; velut prono decurrentis orationis flumine tum magis iudicant:cum ille impetus stetit & intuendi tempus dedit. Non igitur durum sit neq; abruptum:quo animi velut respirant ac reficiũtur. hæc est sedes orationis. hoc auditor expectat. hic laus omnis declamat.

[Margin: nomine. — Numerorũ in oratione difficultas. — Numerus in fine dĩiat.]

¶ Qui indecenti corporis motu est rhythmus: εὐρυθμία a Fabio in primo vbi de musica verba facit: vocatur. Qui aũt temporis loco illius corporis legunt parũ mihi quæ a Fabio præcipiũtur:intelligere videntur:cũ quæ recte legũtur deprauẽt. ¶ Inde tetrasimoe pentasimoe. Tetrasemon pentasemon legendum mihi videt. Nam τετράσημον quatuor notarũ interpretari potest: vt πεντάσημον quinq; σημεῖον enim signum notaue dicitur. ¶ Et metrici quidem pedes. Sic Cicero incidere vero omnis in orationem etiam ex hoc intelligi potest q; versus sæpe in oratione per imprudentiam dicimus:quod vehæmẽter est vitiosum. Sed non attendimus nos neq; exaudimus nosmetipsos. Senarios vero & Hipponactios effugere vix possumus. Magna enim parte ex iãbis nostra cõstat oratio. ¶ Et contra nihil est quod prosa scriptum non redigi possit in quædam versiculorum genera vel in mẽbra. Hic quidem nihil verborum deest sed quod relatiuum in alienum locum videtur esse translatum:tria etiã illa verba vel in mẽbra de margine in contextũ videntur esse translata. Sic enĩ est legendum. Et contra nihil est prosa spriptum quod non redigi possit in quędã versiculorum genera. Hoc autem etiã Diomedes his verbis confirmat. Nulla inquit non pars orationis in aliquã rhythmi aut metri speciẽ potest figurari. ¶ Sed in adeo molestos incidim⁹ grammaticos:quorum fuerunt qui lyricorum quędã carmina in varias mensuras coegerunt. Adeo corruptus est hic locus:vt nec percipi nec corrigi sine emendato exemplari posse videat: nec ignoro ab alijs q̃:s qbusdam etiam quia legi. Sʒ quorum genitiuus magis sensui conuenire videt. Si adeo pro certe accipiamus. Quare asterisco hic quoq; videt notandus: ¶ Neq; enĩ De

¶ Aut metro. Aldus impressit aut metris:forte q; postea subdet:metra etiam ordine:sed cum hic singulariter exponat:id est dimensione:legã metro. Vnã enĩ syllabam.s.primam longã:parem breuibus.s.reliquis duabus habet:id qa notũ noluit latius exprimere & satis expressit:quia si vna par sit breuib⁹:oportet vt longa sit:& illæ duæ:nõ plures cũ addat Longam esse duorũ temporum breuẽ vnius:etiã pueri sciunt. Sed nomen illud tenet:in Vallen. notatũ est:ille vt sit dactyl⁹ tenet nomẽ paris rhythmi. Nã & anapęst⁹ parẽ habet rhythmũ: sed conuersum. Aut sescuplex. sic Raphael Aldus autẽ sexcuplex. Verũ Vallen. quẽ sequar sesq̃plex. ẽ enĩ sesq̃plex quod est semiduplũ. i. hñs dimidio min⁹ q̃ duplum dicimus enĩ in cõpositione sesqui de eo qđ complectitur quid. i. aliqd vt quod addit. & semis. i. dimidiũ eius. vt sesquipes:pes & dimidiũ ei⁹. sic sesq̃mẽsis:pæon igitur hñs longã vnã & tres breues:sesquiplex est pro breuibus:quæ tria hñt tpa:tria aũt sesquipla ad duo sunt. quia duo continẽt & dimidiũ eorũ quod est vnũ. Quiq; est ei cõtrarius:vt choreus. Sed hoc interest &c. locus iste pro deposito ab Raphaele derelictus mihi sic curandus videtur:vt repositis ex Vallen. codice:pro rhythmos rhythmo q̃uis & rhythmos legi possit:& pro sonum solũ:& pro pinde pedũ:illa verba alias ad dimensionẽ expungãtur, Sũt enĩ a margine in contextum a librarijs intrusa. Nã cum non intellexisset:qsqs id adscripsit:quid sit ad positionẽ:scripsit al's ad dimensionẽ. Ne vero ignoret quid sit positio:adscribã Diomedis verba ad hũc locũ a Valla adscripta. Diomedes:pes est inquit positio aut duarũ aut triũ ampliusve syllabarum spatio compræhensa Pes est poeticæ dictionis duarũ ampliusve syllabarum cũ certa temporũ obseruatione modus recipiens arsin & thesin. i. qui incipit a sublatione. finitur positione. Pes ergo tunc dicitur qñ duæ sunt syllabæ:quoniã arsin

[Margin: Pes.]

mosthenes fulmina tanto=pere vibral⁹ dicitur nisi nu=meris cōtorta ferantur. Vibrasse legendū esse loco illi⁹ participij vibratus & dicet ex oratore Ciceronis colli=gitur. ¶ Et quæ Cicero opti=me videt: attellatur frequen=ter. t. litera in c mutata ac te=flatur legendum est. Sic n. ait Cicero ait. Sed ois nec clau=dicans nec quasi fluctuans & æqualiter cōstanterq; in=grediens nūc tersa habet ora=tio. Atq; id dicendū nume=rosum putatur non qd con=stat e numeris: sed qd ad nu=meros ꝓxime accedit. ¶ Vt magis nō arhythmō quod esset inscitum atq; agreste q̄ rhythmon. Eurythmon q̄=dem mihi legendū videtur q̄uis exemplaria refragent. Eurythmō aūt numerosū vt Arythmon innūerosum pōt transferri. Sunt autē ad iectiua & ad cōpositionem referūtur. Ex his vero Cice=ronis verbis id quod inquit Fabius pulchre colligitur. Multū interest inquit vtrū numerosa sit. j. similis nu=merorum an plane e nume=ris constet oratio. Alterum si fit intolerabile vitium est. alterū nisi fit: dissipata & in=culta & ruens est oro. ¶ Sic etiā quos palæstritas eē no=

perdimus & thesin q̄rimus nō vbi duo tēpora sunt sed duæ syllabæ. Ergo vna longa pedē non valebit efficere. qa ī ictibus duobus arsis & thesis non gemello tempore perquirenda est. Accidet ergo vnicuiq; pedi arsis & thesis: numerusq; syllabarum: tēpus: resolutio: figura. Hęc illi. Legamus ergo sic. Sed hoc interest (scꝫ inter rhythmū & versum) q; rhythmo indifferens est. j. q; quantū ad rhythmū nihil refert dactylusne. j. an dactylus ille priores habeat breues an sequen=tes hoc est an is pes sit quem dactylū vocamus an illi æquiualēs quē anapęstū tempus eñ solum metitur. j. rhythmos: vt sit ijsdē spatijs. j. durationibus a sublatione. j. arsi pedum: ad positionē. j. thesin. In versu &c. hæc nota sunt. Illi quomodo cœperint, sic est in Vallen. licet Aldus impressent separant diuisis di=ctiōibus. Habet vt Aldus Rhythmos quoq; in corporis motu est. Vbi vero Aldus impressit τετράσημον & πεντάσημον: Valla scripsit τετρασημεῖον & πεντασημεῖον. Nihil est quod prosa scriptū &c. Sic Vallen. & Ald. neq; puto quod postponendū: nā si postposueris donec ad ipsum veneris falsa erit locutio: Nihil est prosa scriptū: vnde ex arte sic locutum Fabium puto. Sed adeo immo=destos incidimus grammaticos: q̄ fuerūt &c. Sic Vallen vt sit ordo: incidim⁹ j. incurrimus grāmaticos: adeo. j. tā immodestos q̄ fuerūt sup. illi qui &c. Ald⁹ impressit. Sed in adeo molestos &c. qd quia parū differt & melius sonat sequar. Inuadunt. s. grāmatici: ergo hāc inter cæteras vocem. j. hoc Ciceronis quod seq=tur dictū. Neq; enim Demosthenes fulmina tantopere vibrasse diceret. nisi nu=meris contorta ferrentur. In quo. s. dicto: si Cicero sentit fulmina Demosthenis rhythmis contorta: dissentio s. ab eo. Oratio nō descendit ad strepitū digitorū. j. non tā se submittit numeris: vt digitis numerari pedes suos velit. Tn̄ eos esse nolimus eos qui dicūtur apalæstræ. Sic Aldus & Vallen. tn̄ in Vallen. margine scriptum est ἀπάλαιστροι: quo modo Raphael legit. Quid sit igitur potius &c. sic Vallen. vt sit. Quid igitur sit. j. dicatur talis equa conclusio: potius q̄ nume=rus. Aldus aūt Raphaelem secut⁹ quod impressit: vt sit: quod igit nomē sit po=tius q̄ &c. Hūt ambo dicere intelligat. Dū. s. electio fiat: ex ijs &c. Etiā sine noie j licet nō habeat ꝓpriū schematis aut figuræ nomē. Aldus tn̄ cū Raphaele legit Sine nūero. Si q̄rat argutul⁹ quō nūeros mutem⁹ sine nūero: dic nūeros diuer=simode capi: vt sit mutare nūeros: mutare singularē plurali aut ꝯtra: & sine nu=mero. s. tēporū certo metro collocatorū. Et qcqd sentētijs vel eloquētiæ nō noce=bit. Sic etiā Aldus: at in Vallēsi est repositū, Et qcqd sentētijs vel elocutione elu=cebit. hꝫ offendit. Numeris inserta. Vallen. hꝫ nūerus insertus est. quā lectionē probāt sequentia. Magis tamen & desideratur. s. numerus. Quocirca legā cum Aldo neq; enim loqui possumus nisi &c. non sequi possunt. Habet etiā nisi e syl=labis: quomodo Fabiū locutū putem: vt qui dixerit post x s non apte subdi.

lumus tn̄ esse volum⁹ eos. Quid sibi hęc velit similitudo plane mihi nō liquet nisi verbū illud volum⁹ secūdo loco positū in nolumus cōtrariū. u. literæ in. n. cōuersione cōmutetur. Sic nāq; perspicuus huiusce similitudi=nis erit sensus. Nam quos palæstritas esse nolumus: peritos tn̄ palæstræ esse volumus nō apalæstros. hoc est sine vlla palæstræ peritia. Apalæstri enim dicūtur palæstræ iperiti & luctandi. Sic Cicero Itaq; qualis eorum motus quos apalæstros græci vocant talis horū mihi videtur oratio qui nō claudūt numeris sententias. Pa=læstritæ: vt idē Fabius in primo exponit: dicūtur & ij a quibus motus gestusve corporis formātur: & ij quib⁹ maior pars vitæ in oleo ac vino cōsumitur. q corporū cura mentē obruerunt. ¶ Quid sit igitur poti⁹. Quod scribendū est vt ad nomen referatur. ¶ Oratoriū dicere intelligat. t. litera in. r. mutata intelligar legat. ¶ Naꝫ vel dura inter cōmissa. Emendate in quibusdā exemplaribus se accusatiuus ascriptus legitur hoc modo: in=ter se cōmissa. ¶ Sed figuris mutare & casus & numeros. Sic quidē legitur. Cæterū si & copula illius sed loco re=poneretur: & sensus magis esset perspicuus: & superiora cū inferioribus magis conuenirent. ¶ Quorū varie=tas frequenter gratia cōpositionis adscita etiā sine noie solet esse iucunda. Quid sibi velit illud sine nomine sa=ne mihi non liquet. Q; q̄ autem libri refragētur: pro nomine tamen fortasse numerꝰ est legendū. ¶ Ratio ve=ro pedum. Sic Cicero. Quo etiam est difficilius orationē vti q̄ versibus q; in illis certa quædā & definita lex est quā sequi sit necesse. In dicēdo aūt nihil est propositū nisi ne immoderata aut angusta aut dissoluta aut ruens sit oratio. Itaq; non sunt in ea tanq̄ tibicinis percussionū modi: sed vniuersa cōpræhensio & species orationis clausa & terminata est quod voluptatis aurium iudicatur. ¶ Offendet eñ similitudine: offendit vt sit præsen=tis tēporis legatur. Hoc autem est a Cicerone sumptū qui inquit. In orationis numero nihil est tam vitiosum q̄ si semper est idem. ¶ Et affectione deprænenditur. at syllaba interiecta Affectatione legatur. q̄ q̄ si affectata le=geretur: magis sensui conuenire videretur. ¶ Magis tamē & desideraē in clausulis. Cicero quoq; ait. Solet aūt quæri in ambitu ne verborum numeri tenēdi sint an in primis partibus atq; extremis. Plerīq; eñ censent ca=dere tantū numerose oportere terminariq; sententiā. Est autem vt id maxime deceat: non id solum. Ponēdus est enim ille ambitus non abijciendus. Quare quod aures extremum semper expectēt in quo q; acquiescāt: id vacare numero nō oportet ¶ Neq; eñ loqui possunt nisi ex syllabis breuibus ac longis. Deprauatū esse hunc quoq; locum facile hinc apparet: q; quemnā habeat sensum nō intelligitur. Sic aūt corrigi posse videt. vt non loqui sed sequi legatur hoc modo. Neq; eñ sequi possunt. Sequūtur eñ oriūturq; numeri ex syllabis breuib⁹ ac longis. quidam sic emendant vt possumus legatur.

alæstri qui
ntur.
æstritæ q.
meri ora=
j.
tiōis ma=
um vitiū.

Numerus initiis.

¶Proximam clausulis diligentiam postulant initia. Nam & ad hæc intentus auditor est: sed eorum facilior ratio est. Nõ enim cohærent præcedentibus, sed nouum exordium sumunt: cum illa q̃libet sit composita ipsam gratiam perdat: si ad eam rupta via veniamus. Nãq; cur fit vt cũ Demosthenis vera videatur compositio πρῶτον μὲν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τοῖς θεοῖς εὔχομαι πᾶσι καὶ πάσαις. Et illa quæ ab vno (quod sciam) Bruto minus probatur cæteris placet κἂν μήπω βαλλοίμην αὐτὸ ζῆν: Ciceronem carpant in his. Familiaris cœperat esse balneatori: & non minus dura archipiratę: nam balneatori & archipiratę idẽ finis est: q πᾶσι καὶ πάσαις & q μὴν αὐτὸ ζῆν: sed priora sunt: iõ veriora. Est ĩ eo quoq; nõ nihil ꝙ hic singulis verbis bini pedes continentur: quod etiam in carminibus est permolle: nec solum vbi quinæ syllabæ nectuntur: vt in his. Fortissima tyndaridarum sed etiã vbi quaternę: cũ versus cluditur appœnino: & armamẽtis: & oriona. Quare hoc quoq; vitandũ est: ne plurium syllabarum his verbis vtamur in fine.

Media quid artis postulent.

Mediis quoq; non ea mõ cura sit: vt inter se cohęreant: sed ne pigra: ne longa sint: neq͂ nunc maximum vitium est: breuiũ cõtextu resultẽt: ac sonũ reddãt pene puerilium crepitaculorum. Nã vt initia clausulęq; plurimum momenti habẽt: quoties incipit sensus aut definit: sic in mediis quoq; sunt quidã cõatus qui leuiter insistũt. Vt currentium pes etiam si nõ moratur tamẽ vestigium facit. Itaq; nõ modo mẽbra atq; incisa bene incipere atq; cludi decet: sed etiã in his q̃ nõ dubie cõtexta sunt: nec respiratiõe vtũtur illi vel occulti grad⁹. Quis eñ dubitet vnũ sẽsum & vni⁹ spirit⁹ eẽ: Animaduerti iudices omnem accusatoris orationem in duas diuisam esse partes: Tamen & duo prima verba: & tria proxima: & deinceps duo rursus: ac tria suos quasi numeros habent spiritũ sustinentes: sicut apud rhythmicos ęstimantur hę particulę: ꝑ ut sunt graues: acres: lentę: celeres: remissę exultantes. Proinde id quod ex illis conficitur: aut seuerũ: aut luxuriosum: aut quadratum: aut solutũ erit. Quędã etiã clausulę sunt claudę atq; pendentes: si relinquantur: sed sequentibus suscipi ac sustineri solent: eoq; facto vitium quod erat in fine, continuatio emẽdat. Non vult. P.R. obsoletis criminibus accusari Verrem: durum si desinas: sed cum est continuatũ iis q̃ sequuntur: q̃q̃ natura ipsa diuisa sint: noua postulat: inaudita desiderat, salu⁹ est cursus. Vt adeas tãtum dabis, male cluderet. Nam & trimetri versus pars vltima est: excipit. Vt cibum vestitũq; introferre liceat tãtum: præceps adhuc: firmatur ac sustinetur vltima: recusabat nemo. Versum in orone fieri multo fœdissimũ est totũ sicut etiam in parte deforme: vtiq; si pars posterior in clausula deprehẽdatur: aut rursus prior in ingressu. Nam q͂d cõtra sæpe etiã decet: quia & cludit interim optime prima pars versus dũ intra paucas syllabas præcipue senarii atq; octonarii: in aphrica fuisse: initium senarii est: primum pro. Q. Ligario caput cludit: esse videatur. Nã nimis frequens octonarium inchoat. Talia sunt.

RAPH.

¶Non enim cohærẽt aliis sed præcedentibus seruiunt exordiũ sumunt. Hic locus ita est corruptus: vt sensus sibi ipsi videatur esse cõtrarius. Si eñ initia aliis nõ cohærent: quo modo præcedentibus seruiunt? Quare hic quoq; asterisco signatus aliis relinquatur corrigendus: ne nimium multa nobis immutare ꝑmittam⁹. Sic aũt corrigi posse videtur vt sed particula expũgatur ac loco eius neq; negatio reponatur: atq; sed particula & nouum ac sumunt ascribantur. hoc modo. Nõ eñ cohærent aliis neq; pręcedẽtibus seruiunt: sed nouũ exordiũ sumunt. ¶Cũ ea quãlibet sic eñ cõposita ipsa gratiam perdet. Mendosus hic quoq; est locus: qui sic videtur posse emendari: vt. c. m. t. conuersa sit legatur: atq; eñ particula vt ociosa expũgatur ac ipsam & perdat legatur. hoc modo. Cum ea q̃libet sit cõpositã ipsam gratiam perdat. De clausula vero hęc dicũtur: circa quã quia est difficilior maior cõpositionis est ratio q̃ circa pricipia. ¶Nãq; cum sit vt Demosthenis vera videtur cõpositio. Hic quoq; locus corruptior est q̃ vt facile corrigi possit. Fortassis autem seuera pro vera legendũ est ac videtur verbũ ante genitiuuz Demosthenis est collocandum. hoc modo. Nãq; cum sit. vt videtur Demosthenis seuera cõpositio. Sunt autẽ hæc exempla ex oratiõe Demosthenis pro Ctesiphõte sumpta. ¶Ciceronẽ carpãt. Tria hęc verba. Nõ desunt qui mihi hic vel repugnantibus exẽplaribus ascribenda videntur cũ citra ea integer sensus nõ habeatur. hoc modo. Non desunt qui Ciceronem carpãt. ¶Sed priora sunt ideo seueriora. sicq; demum recte legi superuacuuz foret admoneret nisi quidã tot tantisq; deprauationib⁹ alias quoq; suis cõmẽtationibus adiicerent: priora in propiora ex cõmodo quidẽ suo: sed citra vllam rationẽ

Demosthenis πᾶσι καὶ πάσαισ καὶ πᾶσιμ ὑμὶμ ὅσημ ἔνμοιαμ & totum pene principium. & vltima versuum initio conueniũt orationis. Et si vereor iudices. & animaduerti iudices. Sed initia initiis nõ conueniũt. T. Liuius hexametri exordio cœpit: facturus ne operæ precium sim. Nam ita edidit: estq; melius q̃ quo modo emendatur. Nec clausulæ clausulis. vt Cicero. Quo me vertam nescio! qui trimetri finis est: trimetrũ & pro misero dicere liceat. Sex enim pedes tres percussiones habent. Peius claudit finis hexametri: vt Brutus in epistolis. Neq; enim illi malũt habere tutores aut defensores q̃q̃ sciunt placuisse Catoni. Illic minus sunt notabiles: quia hoc genus sermoni proximũ est. Itaq; & versus hic fere excidũt: quos Brutus ipso componendi ductus studio sæpissime facit: non raro Asinius. Sed etiam Cicero nonnunq̃: vt in principio statim orationis in Lucium Pisonem. Proh dii immortales: quis hic illuxit dies! Non minore autẽ cura vitandum est: quicquid ἔνρυθμόμ: quale est apud Sallustium Falso queritur de natura sua. Quis em̃ iuncta sit: tamen soluta videri debet oratio. Atqui Plato diligentissimus cõpositiõis in Timæo prima statim parte vitare ista nõ potuit. Nam & initium hexametri statim inuenias: & anacreontion protinus colõ efficias: & si velis trimetron: & quod duobus pedibus & parte πεντημιμερισ a græcis dicitur: & hæc omnia in trib⁹ verbis & Thucydidis ἐμ ἐρύμασι κᾶρ εστέφάμωσαμ ex mollissimo rhythmorum genere excidant.

commutantes. Neq; enim propiora vili nisi ineptissime sensui conuenire põt: eum causam assignet Fabi⁹ cur illa Demosthenica Ciceronianis sint seueriora. Priora namq; & antiqora solent posterioribus ac recẽtiorib⁹ seueriora eẽ. ¶ Ne plurimũ syllabarum his verbis vtamur in fine. m. litera expuncta plurium legatur. his vero ablatiuus vt ociosus eradatur. Molliora autẽ esse lõgiora verba notat: & Persi⁹ cũ ait. Sed numeris decor est & iũctura addita crudis. Claudere sic didicit versum Berecinthius Atys. Et q cœruleũ dirimebat Nerea Delphin. Sic costam longo subduximus apennino. ¶ Qui leuiter insistũt. Ter syllaba ascribatur vt intersistunt legatur. ¶ Atq; includi decet. In præpositione crasa cludi legendum videtur. ¶ Nondum. P. Romanus. Emendate in septima in Verrem actione vnde hoc exemplũ est sumptuz legitur nõ vult pro illo nondum. ¶ Vt ad eas tantũ dabis. Adeas coniuncte vt vnum sit verbum est legendũ. Verba aũt sunt Ciceronis in Verrẽ actione septia. ¶ In narratione fieri multo fidissimũ est. Aliquid verborum manifeste huic sensui deest præterq̃ q fœdissimum pro illo fidissimum est legendũ. Ac fortasse versum ascribere cõuenit. hoc modo. Versum in oratione fieri multo fœdissimũ est totum. ¶ Sed etiam in parte deforme. Sic quidez recte legi videtur. verum loco illi⁹ sed p̃ticulæ aduersatiuæ est verbum acutius intuẽti videbitur reponendũ. ¶ Aut versus prior ingressu. Corrupte quidẽ sic legitur. Nã loco illius versus: mihi rursus legendũ videtur. Sic em̃ sensus integritas exposcit: versus enim facile subintelligi potest. In etiam præpositio videtur ascribẽda vt in ingressu legatur. ¶ Nã quidem contra sæpe etiã decet. Imperiti elegãtiæ latinæ Aristotelis operum interpretes frequentissime sic loquũtur

¶ Non enim cohærent aliis Sic Aldus quoq; in Vallen̄. nõ est aliis: vnde legã Non em̃ cohærent præcedentibus: quia initia debẽt cohærere sequentibus: sed nõ præcedentibus cũ nihil ea p̃cedat. Cũ illa. s. clausula aut peroratio: q̃libet. i. q̃tũlibet sit cõposita: perdat ipsam gratiã: si veniamus ad eã: via rupta. i. min⁹ cõtinuata rõne dicendi. Hæc aũt probatio non est tam euidens vt forte prima frõte videtur. Nã dicere possis: sicut initia non cohærent p̃cedẽtibus: ita clausulæ non cohærent sequentibus. Et sicut clausulę non sunt aptę nisi ad eas bñ composito veniatur medio: sic principia non sunt bona: nisi decenter ad finẽ tendãt. ¶ Nãq; cur sit vt cũ Demosthẽis vera videatur cõpositio πρῶτομ &c. Ciceronem carpant in his. Sic vera est lectio & intellectio: vult em̃ similem esse compositionem in Demosthene & in Cicerõe: ideoq; iniquũ esse cũ Demosthenis laudetur vt vera. i. ex artefacta. Ciceronis carpatur vt mala. In vtraq; autem videt̃ heroici carminis finis qui ex dactylo & spõdęo cõstat: cũ in neutra vere sit: sed ad repræhensionẽ sufficit videri: nã quantum ad pronunciationẽ vix percipias discrimen: inter legere vetat & lędere vitat cũ tñ illic sit tribrachus & pyrrhichius: hic dactylus & trochęus pro spõdęo. Sic cũ dixit Cicero balneatori & archipiratæ: q̃uis amphimacros sit cũ spondæo sonat tñ vt dactylus cum eodem in vtraq; voce. At in Demosthenis clausula πᾶσι καὶ πάσαισ: anapęstus cum iãbo sonãt vt dactylus cũ spondęo: quare cõsimilis est cõpositio. Sane verba Demosthenis (q̃uis id parum referat) sic trãsferũtur πρῶτομ. i. primum. μὲμ. i. quidẽ ἄνδρεσ ὦ viri ἀθημαῖοι athenien̄. τοῖσ: articulus est: θεοῖσ. s. deis & deabus: est em̃ græcis cõmune. πᾶσι omnib⁹ p deis: καὶ. i. & πάσαισ omnibus. s. pro deabus: nam distinctis generibus dicũt omnibus & omnibus sicut galli tous & toutes. In reliqs aũt Demosthenis verbis finis est vt i spõdaico versu: ex duobus spõdęis: sensus autem licet eius interpretatio nihil ad rem faciat: talis est. Et nõdũ æmularet ipsum viuere. Sed. s. verba Demosthenis sunt priora. i. prius edita: q̃ verba Ciceronis: ideo veriora: sic Vallen̄. i. magis ex arte: q̃d indignanter quasi ironicos dicit Fabius eodẽ stomacho quo horatius in epl'is ægre fert antiquos hoc solo nomine p̃latos q antiqui essent. Fortissima tyndaridarũ est apud Horatiũ primo sermonũ: Sic costam longo subduximus apennino: apud Persiũ satyra prima. Armamentis apud Lucanũ in nono. Vincit

& nudis auertitur armamentis Oriona: apud Verg. ęnei. iiį. Armatũq; auro cir cũspicit oriona. qd imitatur etiam Ouidius. In Vallen. est: ne plurium sylla barum his verbis vtamur his inquã. j huiusmodi tync aridarũ appoenimo: armamentis. Oriona. Quare nõ expungã. particulam his. Habet Vallen. cludi: & vbi Raphaelis & Aldina impressio hñt: nec respiratione vtũtur illi vel occulti gradus: habet Vallen. loco illorũ verborum. illi vel occulti gradus: spiritum sustinemus: et cõtra vbi illi hñt: suos quasi numeros hñt spiritum sustinentes habet Vallen. illi velut occulti gradus. Non vult: Vallen. repositũ habet nollet: Versum in oratione fieri multo fœdissimum est totũ sicut etiã in parte defor me. Sic Vallen. Nam quidẽ cõtra: sic quoq; Vallen. nec est oĩno absonũ: sed quia Aldus Raphaelem sequitur: sequamur & nos: legendo: Nã quod est &c. Nam, nimis frequens octonariũ inchoat: sic oẽs legunt: & vt opinor ea verba nimis frequens pro exẽplo ponũtur: vt sit: hęc duo verba: nimis frequẽs inchoãt octonarium: sunt enĩ duo iambi. Non minore autem cura vitandum est quicquid est empiomon sic Vallen. qui in margine adnotatũ habet. Seruius super ęneid. Multę illã frustra. Anteq̃ rem diceret præiudicauit, Sic Sallustius. Falso queritur de natura sua genus humanũ. Nam anteq̃ dixit q̃ritur, dixit falso. &c. hæc illic per quæ non explicatur quid sit empiomon: neq; Aldus aut Raphael aut quisq̃ alius (quod sciã) sic legit: sed ἐνρυθμὸν. i. bene numeratum. sicq; legendum probat quod sequitur: q̃uis enĩ vincta sit: tñ soluta videri debet oratio. In eurhythmo autem apparet ipsa vinctura seu iunctura numerosa.

vt has tres particulas nam quidem certe coniungãt. Istiusmodi vero ineptijs Fabij dicta inquinata permittere grande flagitium est. Quare vel nullis mihi astipulantibus exemplaribus loco illius quidẽ quo est legendum esse contenderim hoc modo Nam quod est contra. Sic enĩ & sensus est integer & elegantia Fabio digna. ¶ Nã nimis frequens octonariuz inchoat. Hic locus mihi nec percipitur & deprauatus videt. Quare huic quoq; asteriscus apponatur: quo a pręstantibus ingenijs facilius corrigatur. ¶ Illi nimis sunt notabiles: quia hoc genus sermonis proximũ est. Ita q̃dẽ legitur. Sed. c. litera ascripta illic & minus loco nimis & sermoni litera. s. expuncta legendũ esse contenderim: vt intelligamus in epistolis fines hexametrorũ minus esse notabiles: cũ epistolaris stilus proxime ad sermonẽ accedat. Nõ minore autem cura vitandum est quicquid est ἐνρυθμὸν hoc est numerosum: sed mihi corrupte sic legi videt. πεντεμέμερισ a græcis dicitur. Transfertur quinaria cæsura. Fit autẽ cuz post duos pedes relinquitur syllaba terminans partem orationis. ¶ Et hæc omnia in tribus verbis S thucydidis ἐν ἐρύμασι κᾶρες ἐφάνησαν. hoc est in propugnaculis Cares sunt visi. ¶ Ex mollissimo rhythmorũ genere excidat n litera ascripta excidant legat.

Cæsura quonã pacto fiat

¶Sed quia orationem oratoriam constare pedibus dixi: aliqua de iis quoq;: quoniam nomina varia tradũtur: constituendum est: quo quẽq; appellemus: & quidem Ciceronem sequar: nam is eminentissimos græcorum est secutus: excepto q̃ pedes mihi trisyllabos non videtur excedere: q̃q̃ ille pæone dochimoq;: quorum prior in quatuor: secundus in quinq; excurrit, vtatur. Nec tamen ipse dissimulat quibusdam numeros videri non pedes: neq; imerito. Quicqd enĩ supra tris syllabas: id est ex pluribus pedib⁹. Ergo cũ cõstẽt quatuor pedes binis: octo ternis: spõdęũ lõgis duab⁹: pyrrhichium, quẽ alii periambũ vocãt, breuibus. Iambũm breui longaq;. huic contrarium e longa & breui: nos choreum: non vt alii, trochæum nominemus. Ex iis vero qui ternas syllabas habent dactylum longa duabusq; breuibus: huic temporibus parẽ sed retro actum appellari constat anapæston. Media inter longas breuis faciet amphimacrũ: sed frequẽtius eius nomen est creticus: longa inter breues amphibrachys. Duabus longis breuẽ sequẽtibus Bacchius: totidem lõgis breuem præcedentibus huic contrarius palimbacchius erit. Tres breues trochæum: quẽ tribrachyn dici volunt: qui choreo trochæi nomen imponunt: totidem longæ molosson efficiunt. Horum pedum nullus non in orationem venit. Sed quo quiq; sunt temporibus pleniores: longisq; syllabis magis stabiles: hoc grauiorem faciũt orationem. Breues celerem ac mobilem. Vtrũq; locis vtile: Nam & illud vbi opus est velocitate tardũ & segne: & hoc vbi pondus exigitur pręceps ac resultans merito dãnet. Sit in hoc quoq; aliquid fortasse momẽti: q̃ & longis longiores:

Pedum syllabę vt noĩa.

Creticus.

RAPH.

¶ Sed quia omnem oratoriam constare dixi. Emendate in quibusdã exemplarib⁹ non omnem sed orationem & pedibus ablatiuum ascriptum legimus. hoc modo. Sed quia orationem oratoriam constare pedibus dixi ¶ Quorum nomina q̃ varia tradunt: constituenduz est quo quenq; appellemus Quid sibi velit hoc loco q̃ particula non liquet mihi. certe sensui nõ cõgruit. Quare pro eo quoniam puto reponẽdum: vt quoq; syllaba ascripta traduntur videtur esse legendum. hoc modo. Quorum nomina quoniaz varia traduntur. ¶ Q̃q̃ ille pæone Dochimoq;: quorũ prior. Huic loco sine controuersia aliquid verbi deest. Forsitã autẽ vtatur est ascribendum vt legatur. Q̃q̃ ille pæone Dochimoq; vtat. Constat autẽ Dochimus q̃ & Dochemi⁹ dicitur ex prima breui duabus lõgis: breui & longa vt reipublicæ. ¶ Quicquid enim supra tris syllabas id est ex plurib⁹ pedibus. s. litera ascripta tris legendum est seorsum ab illo syllabas: hoc mõ. Quic-

Dochimus quibus con[...]

& breuibus sunt breuiores syllabę:vt q̃uis neq; plus duobus tẽporibus:neq; vno minus habere videãtur(Ideoq; in metris omnes breues longæq; inter se obsessæ sunt pares) lateat tamẽ nescio qd si quicq; supersit aut desit. Nam versuum propria conditio est:Ideoq; in his quædam etiã cõmunes. Veritas vero quia patitur æque breuẽ esse vel longã vocalem:cum est sola:q̃ cum eam consonãtes vna pluresve præcedũt:Certe in dimẽsione pedum:syllaba quæ est breuis insequente alia vel breui:quę tamẽ duas primas consonantes habeat,fit longa:vt Agrestem tenui musam meditaris auena. Nam licet gre breuis: facit tamen lõgam a priorem. Dat igitur illi aliquid ex suo tempore:quo modo:nisi habeat plus q̃ quę breuissima:qualis ipsa esset detractis consonantibus:nunc vnũ tempus accõmodat priori:& vnũ accipit a sequente:ita duę natura breues positione sunt tẽporum quatuor. Miror autem in hac opiniõe doctissimos homines fuisse:vt alios pedes ita eligerent:vt alios dãnarent:quasi vllus esset quem non fit necesse in oratione deprẽhendi. Licet enim pęonem sequatur Ephorus inuentum a Thrasymacho: probatum ab Aristotele:dactylumq; vt temperatiores breuibus ac lõgis: fugiat molosson trochęumq; alterius tarditate:alterius celeritate damnata. Et herous qui est idem dactylus Aristoteli amplior iãbus† humanior videatur trochęũ vt nimis currentem dãnet: eiq; chordacis nomen imponat:eademq; dicant Theodectes ac Theophrastus. similia post eos Halicarnaseus Dionysius. Irrũpent etiam ad inuitos:nec semper illis heroo aut pęone suo:quẽ quia versus raro facit:maxime laudãt:vti licebit. Vt sint tamẽ aliis alii crebriores:non verba facient:quę neq; augeri: nec minui:nec sicut modulatione produci aut corripi possint:sed trãsmutatio & collocatio. Plerịq; enim ex cõmissuris eorum: vel diuisione fiunt pedes:quo fit vt iisdem verbis alii atq; alii versus fiant:vt memini quendã nõ ignobilem poetam ita lusisse Astra tenet coelum:mare classes area messem. Hic retrorsum fit sotadeus. Itẽq; sotadeo adiuret retro trimetros. Caput exeruit mobile pinus repetita. Miscendi ergo sunt:curandũq; vt sint plures qui placeant:& circunfusi bonis deteriores lateant. Nec vero in literis syllabisq; natura mutatur:sed refert quę cum qua optime coeat. Plurimum igitur auctoritatis(vt dixi) & ponderis habent longæ:celeritatis breues:quę si miscentur quibusdã longis,currunt:si cõtinuantur,exultant. Acres quę ex breuib⁹ ad longas insurgunt: leniores quę a lõgis in breues descendũt. Optime incipitur a longis:recte aliquãdo a breuibus:vt Noui crimẽ. C. Cęsar. leuius,vt Aiaduerti iudices. sed pro Cluẽtio recte:q; initium eius partitioni simile est:quæ celeritate gaudet. Clausula quoq; e longis firmissima est:sed cludent & breues:q̃uis habeatur indifferens vltima. Neq; enim ego ignoro in fine pro longa accipi breuem: q; videtur aliquid vacantis temporis:ex eo quod insequitur accedere:aures tamen consulens meas intelligo multum referre:vtrum ne longa sit quæ cludit: an

Concitatior

quid eni supra tris syllabas. ¶ Hunc non vt alij trochęum nominem⁹. Vbiq; Fabius choreum pro pede bisyllabo accipit. Trochęum vero eundem esse cũ tribracho sentit:id quod a pte ex ijs quæ sequuntur apparet. Quare ne sibi Fabius parũ constare videatur hoc quoq; loco choreum legamus: hoc modo. Hũc nos vt alij choreũ nominem⁹. Quod quidem eo magis affirmare ausim q; in quibusdam exemplaribus hoc modo legit. Choreũ nos vt alij trochęum nominem⁹:hoc est q̃uis ab alijs vocet troche⁹: tamen nos choręum nominemus. ¶ Longis breuem præcedentibus Bacchius. Quis crederet hic quoq; flagitium esse admissum? Atq tantum est vt Bacchij vis naturaq; euertatur nisi corrigatur. Bacchius nãq; constat ex breui ex duabus longis. Quare nisi forte Fabi⁹ ab alijs dissentit:hoc modo mihi legẽdum videtur. Lõgas breui præcedente Bacchius. ¶ Vt q̃uis neq; plus duob⁹ tẽporibus neq; vno minus habere videantur: ideoq; in metris omnes breues longæq; inter se obsessæ sunt pares latæ:attamẽ nescio si quicq̃ supersit aut desit. Hic loc⁹ ita est deprauatus. vt asterisco facilius q̃ integra emẽdatione mihi corrigi possit. Lateat quidem pro illo late videtur esse legẽdum. Sed ne sic quidem integer efficitur sensus. ¶ Veritas vero quia patitur. Hic quoq; sensus mihi emendatione indigere videtur. ¶ A breuis:gre breuis faciet tamen longam.a. priorẽ. Hic quoq; locus videtur corrupt⁹ asteriscoq; notãd⁹. Nec ignoro in quibusdam exemplaribus legi sic. Nam a breuem gre breuis faciat tamẽ lõgam a priorem. Sed illud a breuem respuit sensus. Sic autem recte legeretur. Naz licet gre breuis sit:fecit tamẽ longam a priorẽ. ¶ Vt alios pedes ita eligerent alios dãnarent:vt particula videtur ascribenda: hoc modo:

pro longa. Neq enim tam plenum est dicere, incipientem timere: q illud ausus est confiteri. Atqui si nihil refert: breuis an longa sit vltima: idē pes erit. Verum nescio quomodo sedebit hoc: illud subsistet: quo moti quidam longę vltimæ: tria tempora dederunt: vt illud tempus: quod breuis ex lōga accipit: huic quo

De pedibus clausulæ ▯▯ q accederet. Nec solum refert quis claudat: sed quis antecedat. Retrorsum autem neq plus tribus: iiq si nō ternas syllabas habebunt: repetendi sunt (Absit tamen poetica obseruatio) neq

Prima. minus duobus: alioquin pes erit: non numerus. Potest tamē vel vnus esse dichoreus si vnus est qui constet ex duobus choreis.

Secunda. Itēq pæon qui est ex choreo & pyrrhichio: quem aptum initiis putant: vel contra qui est e tribus breuibus & longa: cui clausulam assignant: de quibus fere duobus scriptores huius artis lo-

Tertia. quuntur. Alii omnes quotcunq sint temporum: quæ ad rationem pertineant: pęonas appellāt. Est & dochimus qui fit ex bacchio: & iambo vel iābo & cretico: stabilis in clausulis & seuerus

Quarta. Spondęus quoq quo plurimum est Demosthenes vsus moram semper per se habet: optime præcedet eum creticus: vt in hoc. De quo ego nihil dicam nisi depellendi criminis causa.

¶ Sed quia orationem oratoriā, sic habet Aldus. Valleñ. autē: Sed quia omnē oratoriam: quod non placet: quia non toti arti sed soli orationi congruit. De iis quoq quoniā noīa vana tradunt. in Laurentiano erat q varis: sed emendatum est q varia: etiam parum absum vt credam q varia legendū: vt q pro perq positiuo iungatur: sic eñ magis impleri videtur Oratio & numeris suis constare: nō ausim tamen mea vni' auctoritate id adscribere quod tamen oēs adscriptum hñt codices veteres. Verū vbi omnes hñt excurri putatur: sine dubio legēdū est excurrit, vtatur. sicq repositū hʒ Valleñ. qui supra tris syllabas manifeste habet habet etiā duabus longis breuem sequentibus Bacchius: totidem longis breuē pręcedentibus huic cōtrarius palimbachius: quæ lectio mihi vera videtur. Q; & longis longiores: & breuibus sunt breuiores syllabę. Longis longiores sunt quę cum ipsæ sint maneantq longę. etiā præcedentē breuem efficiunt longam: vt rescribo: scri. longa etiā re protrahit. Breues autē sunt breuibus breuiores quæ cū breues maneant: etiā longam præcedentem corripiūt. vt in præit it syllaba breuis contrahit pręsyllabā longā facitq vt duorū tēporū fit vox quæ trium ante compositionē fuerat. Vnde dicit. vt quis neq plus duobus temporibus: neq vno minus habere videātur. lateat tamen nescioquid si quicq superfit aut desit. Supersit inquā in virtute effectiua: & desit cū deesse faciat. Illud autem ideoq quasi per parēthesim interseritur cuius mihi sensus est: ideoq in metris omnes breues longæq inter se obsessæ sunt pares. i. consimilis iuris & efficaciæ. vel quia cū extra metrū quædā cōmunes sint in metro aūt quia obsessæ aut tantū longæ aut tantū breues sunt: vt ęnei. i. Succinctam pharetra: media in pharetra est tantū breuis: & cū in eodē subditur: mos est gestare pharetram. tantū longa. aut pares sunt. i. paris efficaciæ q tam breues producunt præcedentem breuē: si habeant duas cōsonantes q longæ: vt ī Agrestis prima producitur: vt in rescribo. huic aūt expositioni quodā modo repugnare videtur quod proxime sequitur. Nam versuum propria cōditio: ideoq in iis q̄dam etiam cōmunes: sed hoc intelligo nō q in eodē loco possint esse breues & lōgæ: sed quæ in vno loco breuis est in alio sit longa: vt in pharetra iam declaraui Veritas vero. i. libera extra legē metri natura patitur vocalem æque. i. tā esse breuem vel longā cū est sola q cū vna aut plures cōsonātes pcedūt eā. Hoc est (vt ego quidem intelligo) extra metrū syllabæ sua sunt pronūciandæ quantitate: non a sequentibus consonantibus sumpta: vnde cōpatrem semp in prosa media breui cōmatrem media longa efferā: sicut & cōpater & cōmater. Iambus humanior. Atqui horatius in arte dicit Archilochū proprio rabies armauit iābo. sed vt Ouidius dicit Candida pax homines: trux decet ira feras. quomodo igitur humanior? Certe videtur potius imanior vocādus. nisi concitatior legat:

vt alios damnarent. ¶ Fugiat trochæum alterius tarditate: & eñ alterius celeritate dānata. Apte pedis alicuius nomen hic deesse videtur. Ascribamus igit molossum atq & copulam: & eñ etiā particula crasa: hoc modo. Fugiat molossuʒ & trochęum alterius tarditate alteri' celeritate dānata. ¶ Trochæū vt minus currentes dānet. Non trochęū: sed choreum est legendum. ¶ Eiq chordacis nomē imponat. Cur choreo nomen chordacis imposuerit Aristoles. nō memini me legisse. Fortassis aūt a genere saltationis: quæ chordax dicitur: nomē hoc trochęo: qui idem est cū tribracho imposuit Aristoteles. ¶ Irrūpent etiam adiunctos. Deprauatus ita mihi videtur hic locus: vt quo vero modo corrigi possit ignorem. ¶ Itēq sotadeo aduitet retro trimetros. Asterisco hic quoq locus indiget. Naʒ obscurior est q vt intelligi possit aut emēdari. Nec ignoro adiuret a quibusdam legi exponiq adiungat se quasi iure iurādo: sed mihi longe a vero Fabij sensu aberrare vidētur. ¶ Sed refert quæ cū qua q optime coeat. q particula crasa: qua legatur vt iā sæpius dixim'. ¶ Acresq ex breuibus ad lōgas insurgunt. Leuioresq a longis in breues descēdunt. Quę vtrobiq cū diphthōgo scribēdū est: ne coniunctio videatur: cū sensus relatiuū exposcit. Leniores etiā u litera in n cōuersa legendū est. ¶ Leuib' vtamur. Animaduerti iudices scilicet pro Cluentio recte. Quid sit velit hoc loco Fabius mihi liquido nō percipitur. Cuius leuius pro leuibus videam esse legendū & pro illo scilicet ab aliis: sʒ legi non ignorem. ¶ Quod initium eius partitionis simile est: genitiuus ille eius vt ociosus mihi videtur eradendus. Partitioni etiā s litera crasa est legendum hoc modo. Quod initiū partitiōi simile est. ¶ Sed cludēt & in breues. In præpositio

Chordax vñ catur.

vt redundas est eradenda. ¶ Qd videtur aliquid voca bitis tēpore ex eo quod inse quitur accedere: vacantis tē poris castigate in quibusdā legitur exēplaribus. ¶ Et il lud vsus est confiteri. In ora tione pro Ligsrio legit. Au sus est cōfiteri. ¶ Retrorsuz aūt qua plus trib⁹ iiq; si nō ternas syllabas habebūt re petendi sunt. Emendatiōe quidē indiget hic locus. Sed asterisco facilius: q̄ vlla emē datione mihi illustrari pōt. ¶ Potest tamē vel vnus esse dichoreus. Aperte hic Fabi us Dichoreū pro ditrochęo ponit: & choreum pro tro chæo. Cū pæon quē aptum initijs putāt: & prima lon ga & tribus breuib⁹ hoc est ex trochęo & pyrrhichio cō stet ¶ Est & dochimus q fit ex bacchio & iambo & creti

vnde a flacco dicitur pes citus. Astra tenet &c. quia sotadeus pes ex quatuor cō stat syllabis duabus breuibus & totidē longis vt apud Horatiū. Miserarum. si versui illi duas breues præponas oēs erūt sotadei: sic. modo messem a, tea clas ses. mare cœlum: tenet astra. Itē q; sotadeo adiuret retro trimetros. sic fere legit & exponitur adiuret. j. adiungat se iureiurādo: vnde Aldus adiungat impressit: sed qui adiuret legunt volunt vt trimetros sit nominādi casus: & sensus: vt tri metros. s. versus senarius itē. j. consimiliter adiuret sotadeo retro. j. retrorsum eundo vt vertendo versum sic. repeti. tapi, nus mo. bilex. seruit. caput. Scribo seruit vt intelligatur præteritū a sero cuius prima est breuis nō ab eruo: cuius prima vbiq; longa. Quæ cū quaq; &c. sic Val. Aldus & cæteri: vnde si non mu terent duas partes quaq; legam: vt sit quæ & cū qua. sed quia sic non loquunt ido nei sequar Raphaelē. Leui⁹ vt animaduerti iudices. Sic cū Aldo lego: & est mi hi sensus. leuius incipimus a breuibus: vt animaduerti iudices: quia illic in initio anapæstus est: sed Cicero recte sic incepit in oratione pro Cluentio q; mi tium eius. s. orationis pro Cluentio. est simile partitionis: quæ partitio celerita te gaudet. sic Valla: nisi q; in partionis s expunxit: quā lectionē sequar non qui nesciā simile partitionis latine dici: sed q; mollius i q̄ is ante si sonet. Aldus Ra phaelem sequitur. quod initiū partitioni simile est. sed malo legere q. j. quia dat enim rationem quare sic bene pro Cluentio inceperit. Retrorsum aūt quæ lego neq; hoc ordine: pedes aūt repetendi sunt retrorsum. j. a fine neq; plus tribus iiq. j. & ii tres repetendi & obseruandi sunt: si nō habebūt ternas syllabas absit tamen poetica obseruatio. j. ne finis sit heroico similis neq; repetendi sunt mi nus duobus: alioqui si vnus repetatur pes erit nō numerus. Vallen. habet. Est & dochimus q fit ex Bacchio & iābo, vel iābo & cretico stabilis &c. sic q; legam,

co stabilis in clausulis & seuerus. Nisi a seipso dissentit Fabius mendis nō vacat hic locus. Dochimum nāq; superius ex Ciceronis sentētia in quinq; demū syllabas excurrere affirmauit: nūc eundē ex bacchio & iambo & cretico ait cōstare: quod si recipiamus in octo syllabas apte excurret. Nā & bacchius & creticus trisyllabi sunt pedes Iambus vero ex duabus cōstat syllabis. Quare ne Fabius sibijpsi videatur cōtrarius: aut illud & creti co tollendū. Constat enim bacchio & iābo solis Dochimus: aut vel constet particula & iambo ablatiuus iterū scribendi videtur: vt in quibusdā legitur exēplaribus: hoc modo: vel iābo & cretico. ¶ Spondæus quoq;: quo plurimū est Demosthenes vsus: in eodē semper p se habet. Hæc vltima verba mihi nō percipiūtur. Indigere enim asterico videtur. Nisi morā pro illis in eodē: vt in quibusdā scriptum est exemplaribus: legamus. ¶ Op time præcedet eum cretico. s. litera ascripta creticos legēdum esse: aperte exemplo quod subijcitur ex Milonia na patet. Criminis nāq; Creticus est causa, spondęus.

ochimus ex abus cōstet.

RAPH.

¶ Mollius si tribrachys p̄ cedat facultates: temerita tes. Quidā priori exemplo moti: quia nihil tribracho conuenit: totum hoc præce ptum deprauarunt legētes Molossus tribrachū præce dat quod sane flagitium est perq̄ grande. Nam neq; eo modo exemplum cōgruit p̄ ceptioni: & Fabius de pedi bus duobus vno verbo cō præhensis nūc loquit. Qua re exemplum illud faculta tes in haud dissimile verbū facilitates mihi cōmutan dum videtur. Nam facilita tes dictio tribrachum com præhendit & spondæū quē admodū temeritates. ¶ Est enim quoddā medium ipsa diuisione in verborum. In præpositio in locū suum re ferenda videtur: vt ipsa, in diuisione legatur. ¶ Qui ni si alterius verbi in fine: alte rius in initio constet. In pr̨ positio vtrinq; eradēda vi

¶ Illud est quod supra dixi multum referre: vno ne verbo pedes sint duo cōpræhensi: an vterq; liber. Sic enim fit forte, criminis causa; molle, archipiratæ: mollius si tribrachys p̄cedat facilita tes, temeritates. Est enim quoddā in ipsa diuisione verborū la tens tēpus: vt in pentametri medio, spondæo: qui nisi alterius verbi fine: alterius initio cōstet: versum nō efficit. Potest etiam si minus bene præponi anapęstus: muliere non solum nobili: ve rūetiam nota. Tū anapęstus & creticus: Iambus quoq; qui est vtroq; syllaba minor: præcedet enim tres longas breuis: sed & spōdęus iābo recte præponitur: Iisdē in armis fui. Tū spondęus & bacchius: sic enim fiet in vltimis dochimus in armis fui. Ex iis quę supra p̄baui apparet molosson quoq; clausule cōuenire: dum habeat ex quocunq; pede ante se breuem. Illud scimus vbi cunq; sunt esse pro nobis, Minus grauis erit spondęus præcedē te bene pyrrhichio: vt iudicii iuniani: & adhuc pei⁹ priore pęo ne: vt brute dubitaui: nisi potius hoc esse velimus dactylum & bacchium. Duo spondęi nō fere coniungi patiuntur: quę in ver su quoq; notabilis clausula est: nisi cum id fieri potest ex tribus quasi membris. Cur de profugis nostris copias cōparat is cōtra nos? vna syllaba, duabus, vna. Ne dactylus quidem spondęo be ne præponitur: quia finem versus dānamus in fine orationis.

Referre in vno an i plu rib⁹ verbis iidem sint pedes.

Quinta bo.

Sexta.

Septima.

Octaua. bona.

Minus.

Nona. Bacchius & cludit: & sibi iũgitur. Venenũ timeres. Vitat cho-
reũ, spondæũ autẽ amat: vt nõ venena timeres: sed virus time-
Decima. res. Contrario quoq; quis cludet: nisi si vltimã longã esse volu-
Vndecima. mus: optimeq; habebit ante se molossõ: vt, & spinis respersum,
aut bacchiũ: qđ hic potest nos possem⁹. Sed verius erit claudere
Duodecima choreũ pcedenti spondęo. Nã hic potius est numerus: nos posse
mus: &, Romanus sum. Claudet & dichoreus si pes idẽ sibiipsi
Decimatertia. iũget: quo asiani sunt vsi plurimũ. Cuius exẽplũ Cicero ponit.
Patris dictũ sapiẽs temeritas filii cõprobauit. Accipiet ante se
Decima quarta. choreus & pyrrhichiũ. Oẽs ppe ciues, virtute, gloria, dignita-
te, superabat. Cludet & dactylus: nisi eũ obseruatio vltimæ cre-
ticũ facit: vt muliercula nixus in littore. Habebit ante bene cre
Decima quinta. ticũ & iambũ: spondæũ male: peius choreũ. Cludit amphibra-
chus. Qu. Ligariũ in Aphrica fuisse: si nõ eũ malumus esse bac-
chiũ. Nõ optimus est trochęus: si vltima est breuis: qđ certe fit
necesse est: alioqui quomõ cludet qui placet plerisq; dichoreus?
Illa obseruatione ex trochęo fit anapęstus. Idẽ trochęus pcedẽte
longa fit pæon: quale est si potero: &, dixit hoc Cicero, obstat in
Decima sexta. uidia. Sed hoc initiis dederũt. Cludit & pyrrhichius choreo p-
cedẽte. Nã sic pæon est. Oẽs ii q in breues excidũt: minus erunt
stabiles: nec alibi fere satis apti: q̃ vbi cursus orationis exigitur:
Primus initiis aptus. & clausulis nõ intersistitur. Creticus est initiis optimus. Quod
precatus a diis immortalibus sum. & clausulis. In conspectu po
puli Romani vomere postridie. Apparet vero q̃ bene eũ pcedát
vel anapęstus: vel ille q videt fini aptior pęon. Sed & se ipse seq-
tur. Seruare q̃plurimos: sic melius q̃ choreo pcedẽte. Quis non
turpe duceret si vltima breuis penultima longa fit. Sed finga-
mus, sic, nõ turpes ducerẽt. Sed hic est illud inane qđ dixi. Pau-
lulũ eñ moræ damus inter vltimũ atq; proximũ verbũ: & tur-
pe illud interuallo quodã producimus: alioqui fit exultantissi-
mũ: & trimetri finis. Quis nõ turpe duceret? sicut illud, ore spi
ritũ excipere liceret: si iũgas lasciui carminis est: sed interpũctis
quibusdã & tribus quasi initiis fit plenũ auctoritatis. Nec ego
cũ pcedẽtes pedes posui: legem dedi: ne alii essent: sed quid fere
accideret: qđ in psentia videretur optimũ ostẽdi. & quidẽ opti-
me est sibi iũctus anapęstus: vt qui fit pentametri finis vel rhy-
thmos: qui nomen ab eo traxit. Nam vbi libido dominatur in-
nocentiæ leue præsidiũ est. Nã synaloephe facit vt vltimæ sylla
Melior. bæ pro vna sonẽt. † Mollior fiet pcedente spondæo vel bacchio:
vt si mutes idem, leue innocentiæ præsidium est. Non me capit
(vt a magnis viris dissentiam) pæon qui est ex tribus breuibus
& lõga. Nã est ipse vna plus breui anapęsto, facilitas & agilitas:
qđ quid ita placuerit iis non video: nisi q illũ fere probauerint:
quibus loquendi magis q̃ orandi studium fuit. Nam & ante se
breuibus gaudet pyrrhichio & choreo: mea vel nostra facilitas.
At pręcedẽte spondęo tum plane finis est trimetri. Cũ sit per se
quoq; ei cõtrarius: principiis merito laudatur. Nã & primã sta
bilem & tres celeres habet: tamẽ hoc quoq; meliores alios puto.

detur. Constat eñ verbum ablatiuo citra in ppositionem iũgitur. ¶ Sed spondæus iambo recte pponit. Et copula mihi ascribẽda videtur hoc modo. Sed & spõdæus. ¶ Iisdẽ in armis fui. Iisdẽ ablatiu⁹ & in ppositio in sequẽs exẽplũ mihi transferẽda videntur. Armis nãq; spondæus est: fui iambus. Iisdẽ aũt in armis exẽplũ videt esse pcepti sequentis. Spondæus est eñ cũ bacchio & iambo. In vltimis autẽ duobus verbis armis fui dochimus est. Sic eñ fiet vltimus dochimus. In pręposito est ascribenda vt in vltimis legat. ¶ Minus grauis erit spondæus præcedente se pyrrhichio. Se pronomẽ vt ociosum & incongrue appositum videtur oblinẽdũ: ne more imperiti vulgi Fabius loqui videatur hoc pronomine sui fere semper abutentis. ¶ Et ad hoc peius priore Pæone. Adhuc o vocali in u mutata legẽdum est. ¶ Quæ in versu quoq; nobis clausula est. Castigate in quibusdam exemplaribus notabilis legitur. ¶ Vna syllaba duab⁹ vna. Hæc verba mihi non percipiuntur superflueq; ascripta videntur. ¶ Vel choreum & spondæum ante amat: vt venenum timeres. Aut aliquid verborum deest huic loco: aut illa duo verba vel choreũ sunt superuacua. Neq; enim in hoc exemplo choreus Bacchium antecedit. Se etiam pronomen mihi ascribendũ videtur hoc modo. Et spondæum ante se amat. ¶ Cibis respersuz. Hoc exẽplũ mihi nõ videt integrũ esse. Neq; eñ in illis duobus verbis isunt molossus ac palimbacchius. ¶ Claudet & dichoreus pes idem sibi ipsi iũgetur. Vni⁹ hic particulę defectu ita sensus obscuratur: vt integre nõ percipiat: q hac cõditionali particula si ascripta maxime perspicu⁹ reddit hoc mõ. Claudet & dichoreus si pes idẽ sibi ipsi iũgetur.

¶ Accipiet ante se choreū & pyrrhichium. Aperte ex exēplo qđ infert colligitur sensum exposcere: vt choreus legat. nō choreū hoc modo. Accipiet ante se choreus & pyrrhichiū. Nā illud vltimū verbū superabat & pyrrhichio cōstat & choreo. ¶ Si nō eū maluimus esse bacchiū. I vocali expuncta malumus est legendū. Hinc autē manifeste apparet Bacchiū ex Fabij quoq̧ sentētia ex breui & duabus lōgis cōstare: vt superius diximus ¶ Illa obseruatione ex trocheo sit anapęstus. s litera in t mutata sit est legendū. ¶ Nā si pæon est. c litera ascripta sic mihi videt esse legēdū. Ex choreo nāq̧ & pyrrhichio efficitur pęon prim⁹: qui maxime initijs cōuenit. ¶ Qđ deṗcatus a dijs immortalibus. In oratiōe pro Murena vnde sumptū videt hoc exēplū: recte qđ precat⁹ legit. Corrupte vero deprecatus. De enim expūcta precatus est legendū vt primus pes sit creticus. ¶ Sū & clausulas. Sū verbū eradatur & a vocali in i conuersa clausulis legatur. ¶ Vel ille q videt sine aptior pæon e in i cōuersa fini legat. ¶ Sit meli⁹ q̄ choreo pręcedēte. t litera in c mutata: sic mihi legēdū videt ¶ Sicut ille ore excipere liceret. Pro illo legēdū est illud. Deesse aūt hic spiritū facile est ex secūda in Verrē actiōe videre. Ore inqt spiritū excipere liceret. ¶ Qđ ne ṗsentia: recte in qbusdā exēplarib⁹ in ṗsentia legit. ¶ Vel rhythmos quod nomē ab eo trāsit. Deprauatus hic locus sic videtur posse emendari: vt qui legatur nō qđ & traxit loco illius trāsit: hoc modo. Qui nomē ab eo traxit. ¶ Melior fiet ṗcedēte spondęo. Recte mollior in qbusdā legit exēplaribus. ¶ Nā est ipsa vna plus breui anapęsto. Pro ipsa mihi videtur legendū ipse. ¶ Ac ṗcedente spondęo tamē. Loco illius tamē tum mihi videtur legendum: & c litera in t mutata at legendum.

Bacchius ex ribus con- et.

ASCENSIVS.

¶ Habet Valleñ. facilitates. Habet præcedente se pyrrhichio: nec ignorasse videtur Valla legem reciprocationis quæ omnino mala non sit si dicas. Minus grauis erit spondæus præcedente se pyrrhichio: videtur enim ad principale: vt dicunt suppositum referri: sed durius sonat & necessarium nō est pronomen se. Vna syllaba, duabus vna; licet hæc verba a Raphaele nō percipiantur: nō sunt tamē superflua: declarat enim Fabius finem esse conflatum ex tribus dictionibus, is, cōtra, nos. constantibus vna syllaba. s. is: duabus, cōtra. vna, nos. Vel choreum &c. lego: vitat choreum: quia choreus a Fabio dicitur qui vulgo trochæus quē si bacchio ex prima breui & duabus longis præponas finem heroici in oratione summopere fugiendum efficias: vt venena timeres. Spondæum autem amat vt virus timeres. Hunc locum Aldus etiam asterisco notauit: & re uera difficile est inuenire si non emendetur bonū sensum: neq̧ glorior me illum inuenisse: verum malui aliquid q̄ nihil dicere: Contrarius quoq̧ qui est cludet. Valleñ. habet. Contrario quoq̧ quis cludet. Et fere eodem tēdūt verum exemplum cibis respersum non quadrat: nam licet respersum faciat palimbacchiū: tamen cibis non facit molosson: sed ne spondæum quidem. Vnde pro cibis inueniendus est molossus aptus. nec auscultandum ijs qui respersum sibi legant aut cibi. Facile quęuis molosson excogites, vt & spinis respersum: aut verrucis respersum: aut similem. Sed verius erit. i. magis ex arte vnde supra Demosthenis dicta vera. i. ex arte dicta interpretati sum⁹ & legim⁹ vera nō seuera. Vel accipiet ante se choreum & pyrrhichium &c. Sic Aldus. Valleñ. aūt vt Raphael. Verum.
Similiter. Nam sic pæon est. & Quod precatus. Et clausulis. Cui⁹ dicti sensus est q̧ creticus est aptus clausulis: vt postridie tres vltime creticum faciunt. Sicut: illo ore spiritum excipere liceret. Sic Aldus. Sed Valleñ. illud: scripsit: vt sit illud quod sequitur. ore spiritū excipere liceret. Vbi quinq̧ sunt pedes: tres qui vulgo trochæi dicuntur continui: tribrachys quem trochæum Fabius vocat: & iterum vulgato nomine trochæus: sed faciēdo per distinctionem in singulis quasi finem breues pro longis habentur. Non puto sine ratione Aldum a Raphaelis præscripto discessisse: legendo autem illo ore: si metrico more distinguamus erunt spondæus: duo iambi: tribrachys & trochæus. vt notis vtar nominibus. Sed de his satis. Addam tamen in Valleñ. non esse vocabulum spiritū: forte eo q̧ Fabius subdit: & tribus quasi initijs: innuēs tria esse verba. ore, excipere, liceret: sed possumus pro vno quasi initio legere: ore spiritum: & quia in Verrem sic legitur ad scriptum velim vnde etiam in Vallensis margine scriptū est: ore spiritum excipere sibi liceret. Leue est pręsidium: legam cum Vallensi vt duo sint anapæsti. leue præsidium est. Nam synalœphe facit vt vltimæ syllabę pro vna sonent: quocirca legendum est: præsidium est: verum synalœphen pro ellipsi accipit. Mollior fiet: sic Aldus: Valleñ. tamen melior fiet. Nam est ipse sc3 pæon vna plus breui anapæsto: Vallensi est anapestos in recto casu: vt sit pæon est anapęstos vna breui plus: sed sequar Raphaelem & Aldum. Sane ille duæ voces facilitas & agilitas sunt exempla pæonis ex tribus breuibus & lōga. Nostra facilitas: præcedente choreo seu trochæo: mea facilitas pyrrhichio præcedente dicitur: vnde vt exempla præcepto aut dicto congruāt: legendum videtur: mea facilitas: nostra facilitas. Cum sit per se quoq̧ &c. ordo videtur. Contrarius ei. s. pæoni dicto cuius tres breues quartam longam præcedunt: hoc est cuius prima longa reliquæ tres breues sunt: quoq̧. i. etiam cū sit per se. i. solus laudatur merito principijs. tamē puto alios. s. pæones meliores quoq̧. i. etiā hoc. s. pæone: cuius prima tm̄ lōga: reliqui aūt sunt: qui aut priores duas aut posteriores duas: aut medias duas: aut extremas duas tm̄ longas habent.

¶ Nam id tum miseri in minimis occupati est. Tū coniunctio duplicari triplicarive in oratione solet: non autem sola poni nisi cum tūc significat. Quare hic iterum ascribatur hoc

¶ Totus vero hic locus non ideo tractatur a nobis: vt oratio quæ ferri debet ac fluere: demetiendis pedibus ac perpendendis syllabis consenescat. Nam id tum miseri tum in minimis occupati est. Neq̧ enim qui se totum in hac cura consumpserit potioribus vacabit: siquidem relicto rerum pondere ac nitore

contempto, tesserulas (vt ait Lucillius) struet: & vermiculate inter se lexis committet: nonne ergo refrigeretur sic calor & impetus pareat: vt equorum cursum qui dirigit minuit: & passus qui æquat, cursum frangit, quasi numeri nō fuerint in compositione depræhensi. Sicut poema nemo dubitauerit perito quodam initio fusum: & aurium mensura: & similiter decurrentium spatiorum obseruatione esse generatum: mox in eo repertos pedes. Satis igitur in hoc nos componit multa scribendi exercitatio: vt ex tempore etiam similia fundamus. Neq; vero tam sint intuendi pedes: q̄ vniuersa compræhensio. Vt versum facientes: totum illum decursum non sex vel quinq; partes: ex quibus constat versus aspiciunt. Ante enim carmen ortum est: q̄ obseruatio carminis. Indeq; illud. Fauni vatesq; canebant. Ergo quem in poemate locum habet versificatio: eum in oratione compositio. Optime autem de illa iudicant aures: quæ & plena sentiunt: & parum expleta desiderant: & fragosis offenduntur: & lenibus mulcentur: & contortis excitantur: & stabilia probant: clauda depræhendunt: redundantia & nimia fastidiunt. Ideoq; docti rationem componendi intelligunt: & indocti voluptatem. Quædam vero tradi arte non possunt. Mutandus est casus, si diutius is quo cœperamus feratur: num in quem transeamus ex quo præcipi potest? Figuræ laboranti etiam compositioni variatæ sæpe succurrunt. quæ: cum orationis: tum etiam sententiæ: num præscriptum eius rei vllum est? Occasionibus vtendum: & cum re præsenti deliberandum. Enimuero spatia ipsa: quæ in hac quidem parte plurimum valent: quod possunt nisi aurium habere iudicium? Cur alia paucioribus verbis satis plena: vel nimiū: alia pluribus breuia & abscissa sunt? Cur in circūductionibus etiam cum sensus finitus est: aliquid tamen loci vacare videatur? Neminem vestrum ignorare arbitror iudices: hunc per hosce dies sermonem vulgi atq; hanc opinionem Populi Romani fuisse. Cur hosce potius q̄ hos? Neq; enim erat asperum. Rationem fortasse non reddā: sentiam esse melius. Cur non satis sit, sermonem vulgi fuisse? Compositio enim patiebatur. Ignorabam: sed ita vt audio: hoc animus accipit: plenum sine hac geminatione non esse. Ad sensum igitur referenda sunt. nequis satis forte quid seuerū: quid iucundū sit intelligere. facias quidē natura duce melius q̄ arte: sed naturæ ipsi ars inerit. Illud prorsus oratoris, scite: vbi quoq; genere compositionis sit vtendum. Ea duplex obseruatio: altera quæ ad pedes refertur: altera quæ ad compræhensiones: quæ efficiuntur ex pedibus: & de iis prius. Diximus igitur esse in-

Incisum. cisa membra circuitus. Incisum (quãtum mea fert opinio) erit sensus non expleto numero conclusus: plerisq; pars membri. Tale est em̄ quo Cicero vtitur. Domus tibi deerat: at habebas. Pecunia superabat: at egebas. Fiunt autē etiam singulis verbis incisa. vt, Diximus: testes dare volumus. Incisum est, diximus.

Membrum. Mēbrum autē est sensus numeris conclusus: sed a toto corpore

Verum anteq̄ de singulis loquar: pauca in universum de varietate opinionum dicenda sunt. Nam quidam solos veteres legendos putant: neq; in ullis aliis esse naturalē eloquētiam: & robur viris dignum arbitrantur. Alios recens hęc lascivia deliciaq; & omnia ad voluptatē multitudinis imperitę cōposita delectant. Sunt etiam qui rectum dicendi genus sequi volunt. Alii pressa demum & tenuia: atq; quę minimū ab usu quotidiano recedant: sana & vere attica putant. Quosdam elatior ingenii vis: & magis cōcitata: & alias spiritus plena capit.

Alios spuritijs.

Sūt etiam lenis & nitidi & compositi generis non pauci amatores: de qua differentia disserā diligentius cū de genere dicēdi quæ-

Ipsæ illæ cōciones ita multas habent obscuras abditasq; sententias: vix ut intelligantur: qđ est in oratione civili vitiū vel maximum. Quæ est aūt tanta perversitas: ut inuētis frugibus: glāde vescātur? An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit: orō nō potuit? Quis porro vnq̄ gręcorum rhetorū a Thucydide quicq̄ duxit? & quę sequūtur. ℂ Hæc potētiora ꝙ ea sola criminibus odij & gratia vacant. æ diphthōgo in o vocalē cōversa hoc pro tā to &.e. vocali ascripta gratiæ pro gratia legendū est. hoc modo. hoc potentiora ꝙ ea sola criminibus odij & gratiæ vacāt. ℂ Quæ quidē illis optima sui operis parte cēsentur. Ne hic qdē sensus iteger habetur. Qui enī non quæ & cesserunt nō censentur: contenderim esse legendum: q̄uis mihi exemplaria nulla astipulēt. ℂ Ex altercatiōibus atq; interrogationibus oratorē futurū optime socratici pręparāt. X litera i. T. mutata: & legatur. hoc mō. Et altercationibus: ℂ Nō tū eandē esse cōditionē sciamus litiū ac dispositionū. Loco dispositionum recte in quibusdā exēplaribus legitur disputationū. ℂ Quippe cū in Bruto M. Tullius tot milibus versuum de Romanis tantum oratoribus loquat: & tū de oībus ætatis suæ quidē qsq; cōniuebat: exceptis Cæsare atq; Marcello silētiū egerit. Sic quidē corrupte legit: sed si loco illius quidē hic ablativus qua reponatur: & cōtextus & sensus integri fient hoc modo. & tū de oīb⁹ ętatis suæ qua qsq; cōniuebat. Miror aūt quosdā ita depravare: ut pro illo cōniuebat legant cōuiuebat: & quibusq; pro illo quisq;. cū illa a vero eleganti q; sensu maxime sint aliena. ℂ Quis erit modus si & illos qui postea fuerunt & græcos omnes philosophos. Et copula iterū mihi ascribēda videtur: ut legamus & philosophos. Nā post oratores & latinos

Quæ in thucidide Cicero phēderit.

rendũ erit. interim summã quã & a qua lectiõe petere possint: qui confirmare facultatem dicẽdi volũt attingã. Paucos (Sunt enim eminentissimi) excerpere in animo est. Facile est autẽ studiosis qui sint iis simillimi iudicare. Nec quisq̃ queratur omissos forte aliquos: quos ipse valde probet. Fateor enim plures legendos esse: q̃ qui nominabuntur. Sed nunc genera ipsa lectionum quæ præcipue cõuenire intendentibus: vt oratores fiant existimem: persequar.

¶ Qua nihil &c. sic Vallen. qui perperã scripsit censentur pro cesserunt. Et tñ de omnibus ætatis suæ quid quisq̃ conniuebat: sic Vallen. qua quisq̃ cõniuebat: sic Raphael: quibuscũ viuebat. sic Aldus quẽ sequar: non eñ cõniuere aut Catoni aut Bruto conuenisset: sed ne alijs quidẽ multis: adde q̃ nihil ad rem fecerit: sed dicto loco de solis Cæsare & Marcello eorũ quibuscũ viuebat mẽtionem facit. Et philosophos persequamur? sic Aldus: nam alijs eclipsis est verbi meo iudicio non inuenusta. Qui iudiciũ adhibentibus: sic Vallen. Quod eñ quisq̃ in veritate tumens potẽsq̃ ne minima quidẽ alicuius certæ fiducia partis memoriam artis sperauerit. Sic Aldus & Vallen. & cæteri fere omnes: nisi q̃ solus Aldus impressit certæ: vbi alijs est cæterę. Ego vero sic legam. Quid eñ? hoc est quare non idẽ de nobis sentiã. Quisq̃ tumens in veritate: hoc est secundũ verũ iudicium tumens cẽsendus potius q̃ solida arte plen⁹: potẽsq̃ ne minima quidem: immo nulla fiducia alicuius certæ partis. s. artis oratorię: sperauerit memoriam. i. perpetuam famã artis. Qui. i. qualis siquis est &c. Deliciaq̃: sic oẽs etiã Aldus & Vallen. vnde eã vocẽ quoq̃ admittendã putẽ: aut data opa a Fabio vsurpatã: vt licentiosa sectantes notet. Et alios spũs plena: sic Aldus: Vallen. & alios spurcitijs plena capit. Interim summa quia & a qua &c. Sic quoq̃ Aldus: Sed ne repetendis aliorũ lectionibus chartas oppleã: ego sic legam. Interim summã quã & a qua lectione petere possint qui confirmare facultatẽ dicendi volũt attingam. Paucos (sunt enim eminentissimi) excerpere in animo est. Delicia.

& græcos philosophos quoq̃ numerare longũ esse: verbũ autẽ deest quo claudendus foret sensus. Persequamur igitur similes ut sensus exposcit vt legat: & græcos oẽs & philosophos psequamur. ¶ Fuit igitur breuitas illa tutissima: quæ apud Liuium in epistola ad filiũ scripta: legendos Demosthenẽ at Ciceronẽ. Fuerit q̃fuit sensui magis conuenire videt: q̃ vero particula ascripta atq̃ legatur. ¶ Qui iudicium adeũtibus allaturus sit vtilitatis aliquid. In quibusdã exẽplaribus pro adeũtibus recte legitur adhibẽtibus: sz nõ quoq̃ aduerbiũ mihi videtur ascribẽdũ. vt legatur hoc modo. Qui iudiciũ adhibentibus non allaturus sit vtilitatis aliqd. ¶ Quod enim quisq̃ in veritate tumens potẽsq̃ ne minime quidẽ alicui⁹ cæterę fiducia partis memoriã artis sperauerit. Flagitijs ita scatet hic loc⁹: vt nõ asterisci: sed solis splẽdore indigere videat. Nul⁹ eñ sensus olno elici potest. ¶ Alias recens hæc lasciuia A vocali in o conuersa alios legendũ esse liquet. ¶ Ipsos etiã qui rectum dicendi genus sequi volunt. Sunt verbum loco illius accusatiui ipsos mihi videtur ascribendũ hoc modo. Sũt etiã q. ¶ Quosdã elatior ingenij via & magis concitata & alias spurcitijs plena capit. Nihil est: qđ hominũ imperitorũ temeritate facile nõ corrũpatur. Quis eñ non videat hunc locũ spurcitijs fuisse inquinatũ? Cuius aũt hæc deprauatio hactenus fuerit approbata: pro spurcitijs tñ vel pignore deposito contẽderim spirit⁹ esse legendũ. Significat eñ Fabius vehementia ac spũs plena quibusdam placere. ¶ Interim summa quia & a qua lectione petere possit: quæ confirmare facultatẽ dicendi volũt attingant paucos. Asterisco hic quoq̃ locus indigere videtur quo & intelligi & emẽdari possit. ¶ Facile est autez studiosis: qui sunt ijs simillimi iudicare. u vocali in. i. cõuersa sint est legẽdũ.

RAPH.

¶ Igitur vt Aratus ab Ioue incipiendum putat: nos ita rite cœpturi ab Homero videmur. Hic eñ quemadmodum ex oceano dicit ipse amniũ vim fontiumq̃ cursus initiũ capere: oĩbus eloquentiæ partibus exemplũ & ortum dedit. Hunc nemo in magnis rebus sublimitate: in paruis proprietate superauit. Idẽ lætus ac depressus: iucũdus & grauis, tũ copia: tum breuitate mirabilis. nec poetica modo: sed oratoria virtute eminentissimus Nãq̃ vt de laudibus: exhortationibus: cõsolationibusq̃ taceã: nonne vel nonus liber: quo missa ad Achillem legatio continet: vel in primo inter duces illa contentio: vel dictę in secũdo sentẽtię, omnes litium ac consiliorũ explicant artes? Affectus quidẽ vel illos mites: vel hos cõcitatos: nemo erit tã indoctus: qui nõ in sua potestate hunc auctorẽ habuisse fateatur. Age vero, non ne in sui vtriusq̃ opis ingressu paucissimis versibus legẽ procemiorum nõ dico seruauit, sed constituit? Nã & beniuolũ audiatorem inuocatione dearũ: quas præsidere vatibus creditũ est: & Homerus.

¶ Hic enim quẽadmodum ex oceano dicit ipse amnium vim fontiũq̃ cursus initiũ cape: oĩb⁹ eloquẽtię ptibus exẽplũ & ortũ dedit. i Iliados vigesimoprio volumine his vsib⁹ hoc ait Homer⁹. τῶ ὀυτε Χρειωμ ἀΧελωιοσ ισοφαρίζει ὀυδε βαθυρρείταο μεγα σθενοσ ὠκεανοιο. ἐξ ουπερ πάντεσ ποτάμοι καί πάσσα θάλασσα. καί πᾶσαι Χρηναί καί φρεία ταμάκρα ναουσιμ. ¶ Cæteraq̃ quæ probãdi ac refutandi sunt ita multa. Illud quę relatiuum aut redũdare aut aliqd verbi: qđ nõ est ascriptum, exposcere videtur: sed cuz sine eo sensus sit integer ablinatur. ¶ Leuitasq̃ verborum & expos

flumina
...m habeat

intẽtum propoſita rerum magnitudine:& docilem ſumma cele
riter compræhenſa facit.Narrare vero quis breuius:q̃ qui mor
tem nunciat Patrocli?quis ſignificãtius poteſt q̃ qui Curetum
ætholorumq; prælium exponit?Iã ſimilitudines: amplificatio-
nes:exempla:digreſſus:ſigna rerum:& argumenta.cæteraq; ꝓ
bandi ac refutãdi ſunt ita multa:vt etiã qui de artibus ſcripſe-
runt:plurima earũ rerũ teſtimonia ab hoc poeta petant. Nã &
epilogus quidem,quis vnq̃ poterit illis rogantis Achillẽ Pria-
mi precibus ęquari?Quid?in verbis:ſententiis:figuris:diſpoſi-
tione totius operis:nõne humani ingenii modũ exceſſit?vt ma
gni ſit viri virtutes eius:non æmulatiõe:qđ fieri nõ poteſt : ſed
intellectu ſeq.Verũ hic omnes ſine dubio & in omni genere elo-
quentiæ procul a ſe reliquit.Heroicos tamẽ pręcipue videlicet
Heſiodus. quia clariſſima ĩ materia ſimiliscõparatio eſt.Raro aſſurgit He
ſiodus:magnaq; pars eius in nominibus eſt occupata:tamẽ vti
les circa præcepta ſentẽtię lenitaſq; verborũ & cõpoſitionis pro.
babilis.Datur ei palma in illo mediocri genere dicendi.Cõtra
Antimach⁹. in Antimacho vis & grauitas & minime vulgare eloquẽdi gen⁹.
habet laudem.Sed q̃uis ei ſecũdas fere grammaticorũ conſen-
ſus deferat:& affectibus:& iucũditate:& diſpoſitione:& omni-
no arte deficitur:vt plane manifeſte appareat quanto ſit aliud
Proximum proximum eſſe:aliud ſecũdum.Panyaſim ex vtroq; mixtũ pu-
Secundum. tãt,in eloquẽdo neutrius ęquare virtutes:alterum tamẽ ab eo.
Panyaſis. materia:alterum diſponendi ratiõe ſuperari.Apollonius in or-
Apollonius dinem a grãmaticis datũ nõ venit:quia Ariſtarchus atq; Ari-
ſtophanes poetarũ iudices neminẽ ſui tẽporis in numerũ rede-
gerunt:non tamẽ cõtemnẽdũ edidit opus:ęquali quadã medio
Aratus. critate.Arati materia motu caret:vt in qua nulla varietas:nul
lus affectus:nulla perſona cui vſq̃ ſit oratio:ſufficit tamen ope-
ri:cui ſe parem credidit.Admirabilis in ſuo genere Theocritus
Theocritus ſed muſa illa ruſtica & paſtoralis nõ forum modo:verũ ipſam
etiam vrbẽ reformidat.Audire videor vndiq; cõgerentes nomi
na plurimorum poetarum:quid Herculis acta nõ bene Piſan-
Piſander. Nicander. dros?quia Nicãdrũ fruſtra ſecuti Macer atq; Vergili⁹?Quid?
Euphorion Euphorionem fruſtra tranſibimus,quẽ niſi probaſſet Vergili⁹:
idem nunq̃ certe conditorũ calcidico verſu carminũ feciſſet in
bucolicis mẽtionẽ.Quid?Horatius fruſtra Tyrtęum Homero
ſubiungit?Nec ſane quiſq̃ eſt tam procul a cognitione eorũ re-
motus:vt non indicẽ certe ex bibliotheca ſumptũ transferre in
libros ſuos poſſit.Nec ignoro igitur quos tranſeo:nec vtiq; dã-
no:vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid:ſed ad illos
iam perfectis cõſtitutiſq; viribus reuertemur:qđ etiã in cœnis
grãdibus ſæpe facimus:vt cũ optimis ſatiati ſimus:varietas ta
men nobis ex vilioribus grata ſit.Tũc & elegiam vacabit in ma
Callimach⁹ nus ſumere:cuius princeps habetur Callimachus.ſecũdas con
Philætas. feſſione plurimorũ Philætas occupauit.Sed dũ aſſequimur illã
firmã(vt dixi)facilitatẽ optimis aſſueſcẽdum eſt:& multo ma
gis quia multorũ lectione formãda mẽs:& ducẽdus color.Itaq;

tionis probabilis .u.litera in n mutata lenitas:& loco expoſitionis compoſitiõis mihi legendum videtur. ℂ Vt plane manifeſte apparet. A vocali aſcripta appareat quidẽ legẽdum eſt: ſed alterum quoq; illorum aduerbiorum : mihi videtur expungendum. ℂ Paneſium ex vtroq; mixtum putant Panyſis quidem poeta fuit Epicus ex quo cõſtat Panyſin non Paneſium eſſe legendum. ℂ Arati materia motu caret: vt i qua nulla varietas : null⁹ affectus nulla perſona cuiuſq̃ ſit oratio ὑποδιαστολή nota hoc eſt ſubdiuiſionis opus eſt hoc loco: vt cui & vſq̃ duæ eſſe dictiones cognoſcãtur. Aratum autem Cicero primum deinde germanicus Cæſar tranſtulit. ℂ Sufficit tamen operi cui ſe parẽ credidit vel æqualem. Hæc duo vltima verba de margine in contextum mihi videntur eſſe trãſlata : eoq; expungenda. ℂ Quid Horatius fruſtra Dircæum Homero ſubiungit? Horatius quidem in arte poetica huius poetæ meminit: ſed ibi quoq; corrupte legitur Dircæus cũ Tyrtęus vocetur: vt plenius alibi diximus. ℂ Quod eſt in cœnis grandibus: ſæpe facimus.s. litera eraſa & legetur quæ copula etiam ſignificat. ℂ Secũdas confeſſione plurimorũ philetas occupauit. Philætas cum æ diphthongo ſcribitur ℂ Itaq; ex tribus receptis Ariſtarchi iudicio ſcriptoribus iamborum ad exitum maxime ptinebit vn⁹ archilochus. Quo modo. Archilochus ad exitum pertineat mihi non liquet. recte autem ad hæc eſt quibuſdam exemplaribus legi videtur. ℂ Therſicorus q̃ ſit ingenio validus materiæ quoq; oſtendunt: maxima bella & clariſſimos canentem duces & epici carminis onera lyra ſuſtinente. Steſichorus ſcribitur non therſichorus. m. vero litera expuncta canente legendum: vt cũ lyra conueniat. Epicũ

Panyſis e[illegible] fuerit.

Tyrtæus.

pos & Epi carmen.

ex tribus receptis Aristarchi iudicio scriptoribus iamborum ad† hęc maxime pertinebit vnus Archilochus. Summa in hoc vis elocutionis cum validę: tum breues vibranteśq; sententiae: plurimum sanguinis atq; neruorum: adeo vt videatur quibusdam: q; quidem minor est, materię esse: non ingenii vitium. Nouem vero lyricorum longe Pindarus princeps spiritus magnificentia: sententiis: figuris: beatissima rerum verborumq; copia: & velut quodam eloquentię flumine: propter quę Horatius eū merito credidit nemini imitabilē. † Stesichorum q̄ sit ingenio validus: materię quoq; ostendunt, maxima bella: & clarissimos † canentem duces: & epici carminis onera lyra † sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul loquēdoq; debitā dignitatem: ac si tenuisset modum videtur ęmulari proximus Homerum potuisse: sed redundat atq; effunditur. quod vt est reprehendendum: ita copię vitium est. Alcęus in parte operis aureo plectro merito donatur: quia tyrānos insectatur: multum etiam moribus confert: in eloquēdo quoq; breuis & magnific⁹ & diligēs † Homero similis: sed in lusus & in amores descendit: maioribus tamē aptior. Simonides, tenuis alioqui sermone proprio, & iucunditate quadam cōmendari potest: pręcipue tamē eius in cōmouenda miseratione virtus: vt quidam in hac eum parte omnibus eiusdē operis auctoribus pręferant. Antiqua illa Comoedia cum syncęram illam sermonis attici gratiam prope sola retinet: tum foecundissimę libertatis: & si est in insectandis vitiis pręcipua: plurium tamen virium etiam in cęteris partibus habet. Nam & grandis & elegans: & venusta: & nescio an vlla, post Homerum tamen, quem vt Achillem semper excipi par est: aut similior sit oratoribus: aut ad oratores faciendos aptior. Plures eius auctores: Aristophanes tamen: & Eupolis: Cratinusq; praecipui.

caeterum. Archiloch⁹. Pindarus. Stesichorus. canente. sustinente. Alcaeus. et plurimū horatio. Simonides. Comoedia antiqua. Aristophanes.

autem carmē heroicū dicitur. Epos eīm versus est hexameter. ¶ Plures enim auctores. Pro ea particula eīm recte in quibusdam exēplaribus legitur eius.

ASCENSIVS.

¶ Igitur vt aratus ab Ioue. &c. tacita q̄dā allusiōe vt Cicero censet Platonē philosophorum deū: ita Fabi⁹ Homerū poetarū deū aestimat ab eo principium faciēs: vt ab ioue Aratus: quod maro non ignorās inquit Ab Ioue principiū: musae ⁊ Iouis oīa plena. Age vero, nonne vtriusq; operis ingressus in paucissimis &c. Sic Vallēn. & fere caeteri: Aldus tamen praeter morē suum ruditer adscripsit pronomē sui. q̄d si ascribatur legendū sit ingressu: quod certe si sic in exemplaribus esset: approbarem: aut mala sit reciprocatio. Nam legēdo ingressus ipsum ingressus est persona aut (vt vulgariter loq̄r) suppositū verbi seruauit: quomodo nō sui sed tuis aut ipsius legendū foret: legendo autē ingressu suppositū sit Homerus: cū quo sui bene quadrat. Itaq; bona fuerit lectio: Age vero: nōne in vtriusq; operis sui ingressu in paucissimis verbis leges proemiorum nō dico seruauit &c. & eā libētē sequar: q̄a verius Homerus in ingressu operis sui seruauit legē proęmiorū: q̄ ingressus Homeri. Ceteraq; probandi: subaudio argumenta: alioqui non videtur apta constructio: caetera probādi &c. Nam & epilogus quidē quis vnq̄. sic legā cū Vallēn. & Raphaele licet Aldus quis inquā impresserit. In Vallēn. est, lenitasq; verborū & cōpositionis. Habet tā Vallēn. q̄ Ald. plane manifeste vt sit plane id quod oīno: h; Panyasin: nō Panysin neq; panesiū. Citat aūt Valla Eusebium de tēporib⁹ ita loquentē. Panyasis poeta illustris habet olymp. lxxiij. qua .ccc. nobiles Fabij a veientibus caesi. Nullus aūt cū hypodiastole Raphaelis legit cui vsq̄: sed oēs quos vidi cuiusq̄ verū ascribatur nulla: vt sit: nulla persona: nulla cuiusq̄ sit oratio: quia nō introducit personas loquentes. verū quia introducit personas vt Iouis & reliquorum planetarū licet eas nō faciat loquentes: quia falsa sit ꝑpositio: Nulla persona: nisi limitetē per id cui vsq̄: sequar Raphaelē qui id vt opinor ingeniose vidit. Vel aequalē: Vallēn. nō scripsit. Tyrtęū Sed dircęū: intelligens vt opinor pindarū: de quo Horatius quarto car. Multa dircaeum leuat aura cygnum. Sed in eo carmine solū pindarū celebrat: & de eo Fabius statim loquet: vnde cū Aldo Raphaeleq; legam. Tyrtaeum: de quo in arte Horatius: Post hos insignis Homerus Tyrtaeusq; mares aīos in martia bella Versibus exacuit. &c. Tyrtaei aūt quā tangit historiā ad eū locū citauimus. Vallēn. habet ad hęc maxime pertinebit: dubitem tamen an ad exitū scripserit Fabius: q; in exitu tam actionis q̄ Fabulę iābus propter celeritatē sit vtilis Vallēn. habet canēte & sustinēte vt cū lyra congruāt: sed Aldus non sine iudicio canentē & sustinentē impressit: vt a verbo ostendūt regātur: verū sic potius Stesichorū scripserit Fabi⁹. quomodo etiā scripsisse putē: eo q; sequentia Reddit eīm psonis &c. nō ad lyrā sed ad poetā spectant. Homero similis: sic Vallēn. & caeteri praeter Aldum qui impressit: & plurimū Horatio similis: quod nō placet: quia sequitur: sed in lusus & in amores descendit: in quo non ab Horatio sed ab Homero differt: & deprimitur. Habet Vallēn. eius auctores &c.

anyasis.

RAPH.

¶ Magis accedit oratori generi. o vocali ascripta oratorio legendum est. ¶ Et in

¶ Tragoedias primus in lucem Aeschyl⁹ protulit: sublimis: & grauis: & grandiloquus saepe vsq; ad vitiū: sed rudis in plerisq;

Tragoedia. Aeschylus.

et incompositus: propter quod correctas eius fabulas in certa-
men deferre posterioribus poetis Athenienses permisere. Sūtq̧
eo modo multi coronati. Sed longe clarius illustrauerunt hoc
Sophocles. Euripides. opus Sophocles atq̧ Euripides: quorum in dispari dicendi via
vter sit poeta melior: inter plurimos quæritur. Idq̧ ego sane:
quoniam ad præsentem materiam nihil pertinet: iniudicatum
relinquo. Illud quidem nemo non fateatur necesse est: iis qui se
ad agendum comparant: vtiliorem longe Euripidē fore. Nāq̧
is sermone quo ipsum reprehēdūt: quibus grauitas & cothur-
nus & sonus Sophoclis videtur esse sublimior: magis accedit
oratorio generi & sententiis densus: & in iis quæ a sapientibus
tradita sunt: pene ipsis par: & in dicendo atq̧ respondendo cui-
libet eorū: qui fuerunt in foro diserti: cōparandus. In affectibus
vero cū omnibus mirus: tū in iis quæ miseratione cōstāt facile
præcipuus & admirandus maxime est: vt sæpe testatur: & eū se
Menander. cutus: q̄q̄ in opere diuerso Menander: qui vel vnus meo quidē
iudicio diligēter lectus ad cūcta quæ p̄cipimus, efficiēda suffi-
ciat: ita omnē vitæ imaginē expressit: tāta in eo inueniēdi copia
& eloquēdi facultas: ita est omnibus rebus: personis: affectibus
accommodatus. Nec nihil profecto viderūt qui orationes: quæ
Charisii nomine eduntur: a Menandro scriptas putāt. Sed mihi
lōge magis orator p̄bari in opere suo videtur: nisi forte aut alia
Lectos. mala iudicia: quæ epitrepontes, epicleros, ꝛ locre habēt: aut me
ditationes in Sophocle & nomothetæ hypobolimęos non oībus
oratoriis numeris sunt absolutę. Ego tñ plus adhuc quiddā col
laturū esse declamatoribus puto: quoniā iis necesse est secundū
conditionē cōtrouersiarū plures subire personas, patrū: filiorū:
maritorū: militū: rusticorū: diuitū: pauperū: irascentiū: depcan
tiū: mitiū: asperorū. In q̄bus oībus mire custoditur ab hoc poe-
ta decor. Atq̧ ille q̄dē oībus eiusdē operis auctorib⁹ abstulit no
mē: & fulgore quodā suę claritatis tenebras obduxit. habēt tñ
alii quoq̧ comici: si cū venia legātur: quędā q̄ possis decerpere:
Philemon. & p̄cipue Philemon: qui vt prauis sui tēporis iudiciis Menādro
sæpe p̄latus est: ita cōsensu omniū meruit credi secūdus. Histo-
riā multi scripsere p̄clare: sed nemo dubitat longe duos cæteris
Historiographi. præferēdos: quorū diuersa virtus laudem pene est parem conse
Thucydides cuta. Densus & breuis & semper instans sibi Thucydides. Dul
Herodotus. cis & candidus & effusus Herodotus: ille cōcitatis: hic remissis
affectibus melior. ille cōcionibus: hic sermonibus. ille vi: hic vo
Theopōpus luptate. Theopōpus iis p̄ximus: vt in historia prędictis minor:
ita oratori magis similis: vt qui anteq̄ est ad hoc opus sollicita-
Philistus. tus: diu fuerit orator. Philistus quoq̧ meretur: qui turbæ: q̄uis
bonorū post hos auctorū eximatur: imitator Thucydidis: & vt
Ephorus. multo infirmior: ita aliquatenus lucidior. Ephorus: vt Isocrati
Clitarchus. visum: calcaribus eget. Clitarchi probatur ingenium: fides in-
Timagenes famatur. Longo post interuallo temporis natus Timagenes:
vel hoc ipso probabilis: q̧ intermissam historias scribendi indu
Xenophon. striam noua laude reparauit. Xenophon non excidit mihi, sed

dicendo atq̧ respondendo ciuiliter eorum qui fuerūt in foro disertis comparandus. Emendare in quibusdam legatur cuilibet pro il lo ciuiliter: & diserti pro disertis. ¶ Nisi forte aut alia mala iudicia quæ epithrephontes. epicleros lectos: habent aut meditationes in Sophocle & nomotethæ hypoliolineo nō omnibus oratoris numeris sunt absolutæ. Emendationem quidem desiderat hic locus: quæ facile adhiberetur: si Menandri comœdiæ extarent. Hypobolimæo quidem sine cōtrouersia legendum est. nā vt in primo quoq; diximꝰ ὑποβολιμαῖος subditicius latine dicitur. est autem comœdiæ nomen hoc loco. ¶ Et præcipue philemon: qui q̄uis praue sui temporis iudicijs Menandro sæpe prælatus est: ita consensu tamē omniū meruit credi esse secūdus. Corrupte quidem mihi sic legi videtur. Emendari vero potest si prauis non praue & sit legatur: non est: at illud aduerbium ita expūgatur. hoc modo. Qui q̄uis prauis sui temporis iudicijs Menandro sæpe prę latus sit: consensu tamen omniū meruit credi esse secundus. ¶ Philistus quoq; meretur: qui turbę q̄uis bonorum post hos auctorum existimatur: imitator Thucydidis & vt multo infirmior: ita aliquatenus lucidior. Grādi flagitio inquinatur hic sensus: quod quidem facile tollitur si sit syllaba erasa eximatur legamus hoc modo. Philistus quoq; meretur qui turbæ q̄uis bonorū post hos auctorū eximatur. Nec ignoro a quibusdam ita deprauari vt quid tubæ legatur: quod q̄ sensui conueniat viderint ipsi. De Philisto autem sic & Cicero in secundo de oratore libro scribit. Hunc consecutus est Syracusius Philistus: qui cum Dionysij tyranni familiarissimus esset: ocium suum

inter philosophos reddendus est. Sequitur oratorũ ingens manus: vt cum decem simul Athenis ætas vna tulerit: quorum longe princeps Demosthenes: ac pene lex orandi fuit: tanta vis in eo: tam densa omnia: ita quibusdam neruis intẽta sunt: tam nihil ociosum: is dicẽdi modus: vt nec quid desit in eo nec quid redundet inuenias. Plenior Aeschines: & magis fusus: & grandiori similis: quo minus strictus: carnis tamen plus habet: minus lacertorum. Dulcis in primis & acutus Hyperides est: sed minoribus causis: vt non dixerim vtilior: magis par. His ætate Lysias maior, subtilis atq; elegans & quo nihil si oratori satis sit docere, quæras perfectius. Nihil enim est inane: nihil arcessitum: puro tamen fonti: q̃ magno flumini propior. Isocrates in diuerso genere dicendi nitidus & comptus: & palæstræ q̃ pugnæ magis accommodatus: omnes dicendi veneres sectatus est, nec immerito. Auditoriis enim se non iudiciis compararat: inuentione facilis: honesti studiosus: in compositione adeo diligens: vt cura eius reprehendatur. Neq; ego in his de quibus sum locutus: has solas virtutes: sed has præcipuas puto: nec cæteros parum fuisse magnos: quin etiam Phalereum illum Demetrium (q̃q̃ is primus inclinasse eloquentiã dicitur) multum ingenii habuisse: & facundiæ fateor vel ob hoc memoria dignum: q; vltimus est fere ex atticis qui dici possit orator: quem tamen in illo medio genere dicendi præfert omnibus Cicero. Philosophorum: ex quibus plurimum se traxisse eloquentiæ M. Tullius confitetur: quis dubitet Platonem esse præcipuum? siue acumine disserendi: siue eloquendi facultate diuina quadam & homerica? multum enim supra prosam orationem: & quam pedestrem græci vocant: surgit: vt mihi non hominis ingenio: sed quodam delphico videatur oraculo instinctus. Quid ego commemorem Xenophontis illam iucunditatem inaffectatam? sed quam nulla affectatio consequi possit? vt ipsę sermonem gratiæ finxisse videantur. Et quod de Pericle veteris comœdiæ testimonium est: in hunc transferri iustissime possit: in labris eius sedisse quandã persuadendi deam. Quid reliquorum Socraticorum elegantiam? quid Aristotelem: quem dubito scientia rerum: an scriptorũ copia: an eloquendi suauitate: an inuentionũ acumine: an varietate operum, clariorem putem? Nã in Theophrasto tã est eloquendi nitor ille diuinus: vt ex eo quoq; nomen traxisse dicatur. Minus indulsere eloquẽtiæ stoici veteres: sed cum honesta suaserunt: tum in eligendo probandoq; quod instituerant: plurimum valuerunt: rebus tamen acuti magis q̃ (id qđ sane nõ affectãt) oratione magnifici.

Oratorũ quorum.
Demosthenes.
quod.
quod.
Aeschines.
Hyperides.
Lysias.
Isocrates.
Phalereus Demetrius.
Philosophi.
Plato.
Pedestris oratio.
Xenophon.
Pitho.
Aristoteles.
Theophrastus.
Stoici.

consumpsit scribendo maximeq; Thucydidem est: sicut mihi videtur: imitatus. ❡ Tamen nihil ociosum: en syllaba expuncta tam est legendum. hoc modo. tam nihil ociosum. ❡ Is dicendi modus vt ne quid desit in eo. e litera adscripta nec legendum esse apertecunq; patet. hoc modo. Vt nec quid desit. ❡ Omnes dicendi veneres sectatus est: nec immerito: auditoriis enim se non iudiciis comparat. Ra syllaba ascripta compararat mihi: legẽdum videtur: atq; est verbum expũgẽdũ. Veneres autem dicit: quas græci Χάριτας vocant. Sic Plinius libro trigesimo quinto. Quorum opera cum admiraretur collatis omnibus deesse his vnam illam venerem dicebat: quam græci Χάριν vocant. ❡ Quin etiam phalereum illum Demetrium: & infra multum ingenii habuisse & facundiæ fateor: vel ab hoc memoria dignum. i vocali ascripta facundiæ legatur: & a vocali in o conuersa ob scribatur. hoc modo. Multum ingenii habuisse & facundiæ fateor vel ob hoc memoria dignum. ❡ Quid Aristotelem? quem dubito scientia rerum. an scriptorum copia: an eloquendi vsu suauitate. Vsu ablatiuus: vt redundans mihi videtur expũgendus. ❡ Quid Romanorum? Duo hæc verba vt superflua mihi videntur expungenda: & sane in quibusdam exemplaribus non sunt ascripta.

ASCENSIVS.

❡ Magis accedit oratorio generi. sic Vallen. & cuilibet & diserti. Verũ nomia fabularũ sic ponit: epitrepontes. epicleros. locre: nõ lectos. item: meditationes: nomothetæ. hypolomeos. in quibus parum erratum puto. Sed scriptum habet: qui vt prauis sui temporis iudiciis Menandro semper prælatus est: ita consensu tamen omniũ meruit &c. vbi Aldus sæpe non semper verbum habet: idq; placeret: nisi q; illud tamen redundare videtur. Sicut & esse quod nequaq̃ adscripsero. Habet vterq;: ille vi: hic voluptate: non voluntate. Qui turbæ q̃uis bonorum post hos auctorum eximatur: sic in Vallen: nunc quidem legitur: sed erasa sunt nescio quæ elementa: nullum autem additum: estq; vera lectio: ordo enim est: meretur qui eximatur turbæ. i. qui sit egregius & eximius censendus: & non in turba: auctorum q̃uis. i. q̃tũuis bonorum post hos. s. iam dictos

duos. Vt necquid deſit in eo/nec quid redũdet inuenias. Sic Valleñ. Aldus. Raph. cæteriq; legunt: mihi tamẽ videretur aptius legi quod: vt ſubaudiatur aliquid: aut id quod deſit: ſed nihil muto. Habet etiam Vallenſis tam nihil ociosum. Satis ſit docere. Sic Val. & Ald. in Raphaelis impreſſione dicere offendi. Suadendi deam hanc græci Pitho apud Angelum Politianum vocant. Ennius Suadã vnde ſuadæ medulla. Ipſę ſermonem gratiæ finxiſſe videantur. Siue ipſi ſiue ipſæ legantur/recte putem: meliuſq; ſic q̃ vt alii legũt: ipſe ſermonem græcis finxiſſe videatur. Ante eum enim Homerus etiã eloquẽtior fuit. Adnotauit Valla Eupolim in comœdia dicere ſuadendi deam in labris eius ſeſſitaſſe.

Romani epici. Vergilius.

Eidem nobis per Romanos quoq; auctores ordo ducendus eſt. Itaq; vt apud illos Homerus: ſic apud nos Vergilius auſpicatiſſimum dederit exordium: omniũ generis eius poetarum grę corum noſtrorũq; illi haud dubie proximus. Vtar enim verbis iiſdem: quæ ab Afro Domitio iuuenis excepi: qui mihi interroganti: quem Homero crederet maxime accedere. Secundus inquit eſt Vergilius: propior tamen primo q̃ tertio. Et hercle vt illi naturæ cæleſti atq; immortali ceſſerimus: ita curæ & diligentiæ: vel ideo in hoc plus eſt: q; ei fuit magis laborandum: & quantum eminentioribus vincimur fortaſſe æqualitate penſamus. Cæteri omnes longe ſequentur. Nam Macer & Lucretius legendi quidem: ſed non vt phraſin .i. corpus eloquentiæ faciant: elegantes in ſua quiſq; materia: ſed alter humilis: alter difficilis. Attacinus Varro in iis per quæ nomen eſt aſſecutus: interpres operis alieni: non ſpernendus quidem: verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples. Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus: in quibus grandia & antiqua robora iam non tantam habent ſpeciẽ: quantam religionẽ. Propiores alii atq; ad hanc phraſin de qua loquimur, magis vtiles. Laſciuus quidem in heroicis q̃q̃ Ouidius: & nimiũ amator ingenii ſui: laudandus tamen parcius. Cornelius autem Seuerus etiam ſi verſificator q̃ poeta melior: ſi tamen vt eſt dictum: ad exemplar primi libri bellum ſiculum perſcripſiſſet: vendicaret ſibi iure ſecundum locum. Sed eum conſummari mors immatura non paſſa eſt: puerilia tamen eius opera & maximam indolem oſtendunt: & admirabilem præcipue in ætate illa recti generis voluntatem. Multum in Valerio Flacco nuper amiſimus. Vehemens & poeticum ingenium Salei Baſſi fuit: nec ipſum ſenectute maturauit. Rabirius ac Pedo non indigni cognitione: ſi vacet. Lucanus ardens & concitatus & ſententiis clariſſimus: & vt dicam quod ſentio: magis oratoribus q̃ poetis † imitandus. Hos nominauimus: quia Germanicum Auguſtum ab inſtitutis ſtudiis deflexit cura terrarum: parũq; diis viſum eſt eſſe eum maximum poetarum. Quid tamen iiſipſis eius operibus: in quæ donatus imperio iuuenis ſucceſſerat ſublimius! doctius! omnibus deniq; numeris pręſtantius! Quis enim caneret bella melius: q̃ qui ſic gerit! quem præſidentes ſtudiis deæ propius audirent! cui magis ſuas artes aperiret familiare numen Mineruæ! Dicent hæc plenius futura ſecula. Nunc enim cæterarum fulgore virtutum laus iſta pręſtringitur. Nos tamen ſacra literarum colentes feras Cæſar: ſi nõ tacitũ hoc pręterimus. Et Vergiliano certe verſu teſtamur:

Macer. Lucretius. Phraſis. Varro Attacinus. Ennius. Ouidius. Cornelius Seuerus. Valerius Flaccus. Saleius Baſſus. Rabirius. Pedo. Lucanus. numerãdus Germanic9. Auguſtus.

RAPH.

℄ Omnium eius generis poetarum græcorum noſtrorũq; haud dubie proximus: illi datiuus mihi vel refragantibus exemplaribus aſcribendus videtur. hoc modo. illi haud dubie proximus. ℄ Et quãto plus eminentioribus vincimus: fortaſſe æqualitate penſamus. Deprauatus quidẽ hic mihi ſenſus videtur: nec qua ratione corrigi poſſit video. vincimur quidem eſt legendum. Sed alia quoq; mihi emendatione videtur indigere. Vergilius autem ſe Homero æqualem his verſibus profitetur. Mæonium quiſquis Romanus neſcit Homerum: Me legat & lectum credat vtrumq; ſibi. Illius immẽſos miratur græcia campos: At minor eſt nobis ſed bene cultus ager. Hic tibi nec paſtor nec curuus deerit arator. Hæc graiis conſtant ſingula: terna mihi. ℄ Propiores alii ad hãc atq; de qua loquimur magis vtiles. Atq; coniunctio tranſpoſita in locum ſuum videtur reponenda: hoc modo. Propiores alii atq; ad hanc de qua loquimur. ℄ Et vt dicam quod ſentio magis oratoribus q̃ poetis numerandus: corrupte imitandus in quibuſdam legitur exemplaribus pro illo numerandus. ℄ Quia Germanicum Auguſtum. Hic tranſtulit Aratum qui nũc extat cum Ciceronis tranſlatio nõ habeatur. ℄ Qui tamen iis ipſis eius operibus. Quid litera d aſcripta legendum eſt. ℄ Q. qui ſic egerit: e vocali de principio ablata gerit a quibuſdam recte legitur. ℄ Nunc enim cæterarum fulgore virtutũ laus ipſa

Vergilij nugæ.



4

Intervictrices hederam tibi serpere lauros. Elegia græcos quoq; prouocamus: cuius mihi tersus atq; elegãs maxime videtur auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ouidius vtroq; lasciuior: sicut durior Gallus. Satyra quidem tota nostra est: in qua primus insignẽ laudem adeptus est Lucilius: qui quosdam ita deditos sibi adhuc habet amatores: vt eum nõ eiusdem modo operis auctoribus: sed omnibus poetis præferre non dubitẽt. Ego quãtũ ab illis: tantũ ab Horatio dissentio: qui Lucilium fluere lutulentũ: & esse aliquid quod tollere possis putat. Nam eruditio in eo mira: & libertas, atq; inde acerbitas: & abũde salis. Multo est tersior ac purus magis Horatius: & ad notandos hominũ mores præcipuus. Multũ & veræ gloriæ: q̃uis vno libro Persius meruit. Sunt clari hodie quoq;: & qui olim nominabũtur. Alterũ illud est & prius satyræ genus: qđ nõ sola carminũ varietate mixtum condidit Terentius Varro vir Romanorum eruditissimus. Plurimos hic libros & doctissimos composuit peritissimus linguæ latinæ: & omnis antiquitatis & rerum græcarum nostrarũq;: plus tamen sciẽtiæ collaturus q̃ eloquentiæ. Iambus non sane a Romanis celebratus est: vt propriũ opus, a quibusdã interpositus: cuius acerbitas in Catullo. Bibaculo: Horatio: q̃q̃ illi epodos interuenire nõ reperiatur. At lyricorũ idem Horatius fere solus legi dignus. Nã & insurgit aliquãdo: & plenus est iucũditatis & gratiæ: & variis verbis & figuris felicissime audax. Si quẽ adiicere velis: is erit Cesius Bassus quẽ nuper vidimus: sed eũ longe p̃cedunt ingenia viuentium.

Elegiaci / Tibullus. / Propertius. / Ouidius. / Gallus. / Satyrici. / Lucilius. / Horatius. / Persius. / Iuuenalis. / Terentius Varro. / Iambici. / Catullus. / Bibaculus. / Horatius. / Lyrici. / Horatius. / Cesius Bassus. / Martialis.

ASCENSIVS.

¶ Et quantũ eminentioribus vincimur fortasse æqualitate pensamus. sic Vallen. quam lectionem puto non malam licet subobscurã & licet Aldus cum cæteris quanto legat: quia illud quantum a vincimur aptius legitur q̃ quanto ab eminentioribus. Est autem mihi sensus. Quantum nos latini vicimur in Virgilio: eminentioribus. s. Homeri gratiis tantum pensamus fortasse æqualitate. i. in iis qui Maroni æquales censentur. Quia vt dicit Alcinus de numero vatum si quis seponat Homerum: Proximus a primo tunc Maro primus erit. Et si post primũ Maro seponatur Homerum: longe erit a primo quisqui secundus erit: vbi quisqui: ablatos pro quisquis legitur: nã quisq; a sensu respuitur. vult ergo q; quantum Vergilius ab vno vincitur: tantum æquales omnes superet. Aequales dico tempore nõ arte q̃ nulli sunt. aut æquales putatos. Malim tamen sic exponere vt quantum vincimur in Vergilio ab Homero in eminentioribus. i. in iis in quibus Homerus eminet: tantũ cõpensemus æqualitate. i. in iis in quibus Vergilius Homero æqualis dici meretur: longe eñ sunt plura in quib9 par Homero q̃ in quib9 inferior dici debeat. & ita in multis eũ æquasse tantum fere videtur quantũ in paucis ab eo superatum esse. Sane versiculi illi Mæoniũ quisquis Romanus: non sunt Vergilii licet ei9 nomine editi. sæpe eñ vsu venit vt in epitaphiis faciamus de se loquentes: quæ ipsi si viuerent dixisse nollent. Adde q; corrupte recitantur a Raphaele vt in Vallen. codice adscripti alterius manus sunt: nam cum duo p̃misent q̃uo intulent terna mihi: ideoq; cũ aliis legã (si modo legere vacet) nõ pastor miles nõ curuus deerit arator: &c. Et primũ versiculũ quẽ alii sic legũt mellifluũ quisquis Romanũ nescit Homerũ: sic legam. Mæoniũ qui vel Romanũ nescit Homerũ &c. de Rabirio & Pedone: meminit Ouidius quarto de ponto sic: Cũq; foret marsus magniq; Rabirius oris. Iliacusq; Macer: sideriusq; Pedo. Licet autẽ corrupte legi censeat Raphael vt est in Vallen. codice: magis oratoribus q̃ poetis imitandus: velitq; vt numerandus legatur: malim tamen cum multis Vallen. sequi q̃ cum Aldo Raphaelem: nam & sermo aptior est imitandus oratoribus: q̃ numerandus: dicẽdum eñ foret: aut inter oratores numerandus: aut oratoribus adnumerãdus. & sensus verior: quis eñ oratorẽ dixerit epicũ: cũ ne versum quidẽ vllũ admit=

præstringitur: illa pro ipsa mihi legendum videtur. ¶ Elegia quoq; græcos prouocamus. Illa copula quoq; de secundo loco in tertium mihi transferenda videtur: vt hoc modo legatur. Elegia græcos quoq; prouocamus. ¶ Multum est tersior ac purus magis Horatius: & nisi labor ei9 amore præcipuus. Nisi corrigatur hic locus percipi non potest. Sic autem emendari posse videtur: vt multo legatur & quatuor illæ dictiones expungantur: nisi labor eius amore: ac earum loco hæ quatuor reponantur. Ad notandos hominũ mores. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus. Et ad notandos hominũ mores præcipuus. ¶ Alterum illud etiam prius satyræ genus: sed non sola carminũ varietate mixtum condidit Terentius Varro. Mendæ ex hoc sensu facile tollentur: si loco illius copulæ etiam est verbum: ac & copula ascribatur: ac loco illius sed particulæ quod relatiuũ legatur: hoc modo. Alterum illud est: & prius satyræ genus: qđ non sola carminũ varietate mixtũ cõdidit Terentius Varro. Hoc autem satyræ genus mediũ est inter tragœdiã atq; comœdiam: de quo in arte poetica Horatius sic scribit. Carmine qui tragico vilem certauit ob hircum. Mox etiam agrestes satyros nudauit, & asper. Incolumi grauitate iocum tẽtauit eo q; Illecebris erat & grata nouitate morandus Spectator, functusq; sacris & potus & exlex. Satyræ autem Varronis Menippeæ dictæ sunt a Menippo quodam seruo: cuius libros Varro ipse in illis scribendis dicitur fuisse imitatus. ¶ Q̃q̃ ille epodos interuenire non reperiatur. Immo reperiatur: apđ Horatiũ. Quid ergo? dicemusne Fabiũ hoc non animaduertisse? an hunc quoq; locum temporũ in=

Varronis satyræ quare Menippeæ dictæ

tat oratio. Sed quia in eo plus est q̃d orator debeat imitari q̃ q̃d poeta: bene dixit imitandũ oratoribus magis q̃ poetis: etiã si neuter mereatur dici: nam de oratore dubiũ non est: de poeta etiã Seruius dubitat. ¶ Et qui sic gerit. Sic Valleñ. Elegia quoq; græcos: sic Valleñ. at Ald. græcos quoq;. vtrũq; recte legi potest: sed diuerso sensu: nã si sensus est: non solũ epico carmine: sed etiã elegiaco prouocamus græcos: legendũ est: elegia quoq;. Sin, non solũ cæteros sed & græcos prouocamus elegia: legam græcos quoq;. Sibi adhuc habet amatores. Sic Val. & Ald. Bene aũt castigauit Raphael & ad notãdos hominũ mores pcipuus: sunt tamen qui legant & in scribendo labor eius amore pcipuus: sed nõ procedit: de lyrico enim in quo de amore labor sit paulo post dicet.

felicitate fuisse deprauatũ? Nisi forte illi legamus vt intelligamus apud Catullum epodon non interuenire. Epodos autem dicitur ἀπό τοῦ ἐπάδεσθαι hoc est ab accinẽdo: q; particulæ quædam versuum integris versibus ἐπάδονται hoc est accinũtur. Vt Nox erat: & toto fulgebat luna sereno inter minora sidera. ¶ Et varijs verbis & figuris ferocissime audax: Felicissime in quibusdã exemplaribus mihi recte legi videtur.

*Tragici Accius Pacuuiusq;.* ¶ Tragœdiæ scriptores Accius atq; Pacuuius clarissimi grauitate sentẽtiarum verborũq; pondere & auctoritate personarũ. Cæterũ nitor & summa in excolendis operibus manus magis videri potest tẽporibus q̃ ipsis defuisse. Viriũ tamẽ Accio plus tribuitur: Pacuuiũ videri doctiorẽ: q esse docti affectant: volũt. *Varius. Ouidius.* Iam Varii Thyestes cuilibet græcorũ cõparari potest. Ouidii Medea videtur mihi ostẽdere: quatũ vir ille pstare potuerit: si ingenio suo tẽperare q̃ indulgere maluisset. Eorũ: quos viderim: *Põponius Secũdus.* longe princeps Pomponius secũdus: quẽ senes parũ tragicũ putabant: eruditione ac nitore pstare cõfitebãtur. *Comici Plautus.* In comœdia maxime claudicam⁹: licet Varro musas Aepistolonis sentẽtia: Plautino dicat sermone locuturas fuisse: si latine loqui vellent: licet *Cęcilius. Terenti⁹.* Cęciliũ veteres laudibus ferant: licet Terentii scripta ad Scipionem Aphricanũ referãtur. Quæ tamẽ sunt in hoc genere elegãtissima: & plus adhuc habitura gratię: si intra versus trimetros stetissent. *Græcorũ comicorũ prę stantia.* Vix leuẽ cõsequimur vmbrã: adeo vt mihi sermo ipse Romanus nõ recipere videatur illã solis cõcessam atticis Venerem, q̃ñ eam ne græci quidẽ in alio genere linguæ obtinuerint. *Togati Afranius.* Togatis excellit Afranius: vtinãq; non inquinasset argumenta puerorũ fœdis amoribus mores suos fassus. *Historici Sallustius. T. Liuius.* At historia nõ cesserit græcis: nec opponere Thucydidi Sallustiũ verear: nec indignetur sibi Herodotus æquari. T. Liuiũ: cũ in narrãdo mirę iucũditatis clarissimiq; candoris: tũ in concionibus supra q̃ enarrari potest eloquẽtẽ. Ita dicũtur omnia cũ rebus: tũ personis accõmodata, sed affectus q̃dẽ pcipue eos q sunt dulciores: vt parcissime dicã nemo historicorũ cõmẽdauit magis. Ideoq; imortalẽ illã Sallustii velocitatẽ diuersis virtutibus cõsecutus est. Nã *Seruilius.* mihi egregie dixisse videt̃ Seruilius Nouian⁹: pares eos magis q̃ similes: q & ipse a nobis auditus est clarus ingenio: & sentẽtiis crebrior: sed minus pssus q̃ historię auctoritas postulat, quam *Bassus. Aufidius.* paulũ ætate pcedẽs eũ Bassus Aufidius egregie vtiq; in libris belli Germanici pstitit: genere ipso pbabilis in oĩbus: sed in quibusdã viribus minor. *Cor. Tacit⁹.* Superest adhuc & exornat ætatis nostræ gloriã vir seculorum memoria dignus: qui olim nominabitur: nũc itelligitur. Habet amatores: nec imitatores: vt libertas: q̃q̃ circũcisis quæ dixisset: ei nocuerit. Sed elatũ abũde spiritũ & audaces sentẽtias dephendas etiã in iis q manẽt. Sũt & alii scriptores boni: sed nos genera degustam⁹: nõ bibliothecas excutim⁹.

*Varij Thyestes.* ¶ Iam Varij Thyestes. Hanc tragœdiam a Cassio Parmensi compositam sibi Varius ab Augusto Athenas ad sumendum de eo supplicium missus: q pro Antonio senserat: combustis alijs operibus vendicasse putatur. ¶ Quem senes pindarum tragicum putabant. Pindarum esse expungendum: ac parum reponendum & ex sensu & ex quibusdam colligitur exemplaribus. ¶ In comœdia maxime iudicamus. Emendate in quibusdam exemplarib⁹ claudicamus legitur. ¶ At non historia cessent græcis. Non aduerbium in tertium locũ mihi videtur transferendum hoc modo: at historia non cesserit. ¶ Nec indignetur sibi Herodotus æquari. T. Liuium. Ille datiuus sibi in quarto loco melius quadrare videtur hoc modo. Nec indignetur Herodotus sibi æquari. ¶ Itaq; dicunt̃ omnia. Quæ particula eradatur: vt ita legatur: est enim acclamatio quædam. ¶ Ideoq; immortalem illaʒ Sallustius velocitatẽ. Nõ Sallustius: sed Sallustij: vt legatur sensus exposcit. ¶ Superest adhuc & exornat ætatis nostræ gloriam vir seculoruʒ memoria dign⁹. Corneliũ Tacitum significare videtur. *Cornelij Taciti laus.* ¶ Sed nos genera degustamus: bibliothecas excutimus. Nõ particula negatiua est ascribenda vt legatur. Non bibliothecas excutimus. ¶ Oratores vero vel pręcipue latinam eloquentiam: parem non

Oratores vero vel præcipue latinam eloquentiam parem facere græcę possunt. Nam Ciceronem cuicūq; eorū fortiter opposue rim. Nec ignoro quātam mihi concitē pugnā: cū præsertim id non sit propositi: vt cū Demostheni comparē hoc tēpore. Neq; enī attinet: cū Demosthenē in primis legendū: vel ediscendum potius putē: quorū ego virtutes plerasq; arbitror similes: consi lium: ordinē: diuidendi: pparandi: probādi rationē. Omnia de niq; quæ sunt inuētionis. In eloquēdo est aliqua diuersitas: den sior ille: hic copiosior. Ille cōcludit astrictius hic latius pugnat. ille acumine semper: hic frequenter & pondere: illi nihil detrahi potest: huic nihil adiici. cura plus in illo: in hoc natura. Salibus certe & cōmiseratione: qui duo plurimū affectus valent: vinci mus: & fortasse epilogos illi mos ciuitatis abstulerit. Sed & no bis illa quæ attici mirātur: diuersa latini sermonis ratio minus permiserit. In epistolis quidē: q̄q̄ sunt vtriusq;, nulla contentio est. Cedendū vero in hoc q & ille prior fuit: et ex magna parte Ciceronē: quātus est fecit. Nā mihi videtur. M. Tullius cum se totū ad imitationem græcorū contulisset: effinxisse vim Demo sthenis: copiam Platonis: iucunditatē Isocratis. Nec vero qđ in quoq; optimū fuit studio cōsecutus est tantū: sed plurimas vel potius omnes ex seipso virtutes extulit: immortalis ingenii bea tissima vbertate. Nō enī pluuias (vt ait Pindarus) aquas colli git sed viuo gurgite exundat: dono quodā prouidētię genitus: in quo totas vires suas eloquentia experiretur. Nā quis docere diligētius? mouere vehemētius potest? cui tāta vnq̄ iucūditas affuit? vt ipsa illa quæ extorquet impetrare eū credas et cū trās uersum vi sua iudicē ferat: tamē ille nō rapi videatur sed sequi. Iam in omnibus quę dicit tāta auctoritas inest: vt dissentire pu deat: nec aduocati studiū: sed testis aut iudicis afferat fidē. Tū interim hęc oīa quæ vix singula quisq̄ intētissima cura cōsequi posset: fluūt illaborata: et illa qua nihil pulchriꝰ auditu est oīo: prę se fert tñ felicissimā facilitatē. Quare nō imerito ab hoībus ætatis suæ regnare in iudiciis dictus est: apud posteros vero id cōsecutus: vt Cicero iā nō hoīs nomē: sed eloqntię habeat. Hūc igitur spectemus: hoc ppositū nobis sit exēplū: ille se profecisse sciat: cui Cicero valde placebit. Multa in Asinio Pollione inuē tio: summa diligētia, adeo: vt qbusdā etiā nimia videat: et cōsi lii et animi satis: a nitore et iucūditate Ciceronis ita lōge abest: vt videri possit seculo prior. At Messala nitidus et candidus: et quodāmodo p̄ se ferēs in dicēdo nobilitatē suā: viribus minor. C. vero Cæsar si foro tantū vacasset: non alius ex nostris contra Ciceronē nominaretur: tāta in eo vis est: id acumē: ea cōcitatio: vt illū eodē animo dixisse: quo bellauit appareat. exornat tamē hæc omnia mira sermonis: cuiꝰ proprie studiosus fuit, elegātia.

Oratores. Ciceronis Demosthenisq; cōparatio.

Ciceronis laudes.

Asinius Pollio.

Messala.

C. Cæsar.

facere græce possunt. Qđ superiori sensui deerat: hic redundat illud non, aduer bium negandi. ℂ Et for tasse epilogos illi mos ciui tatis abstulerit. Athenis vt in secundo Fabius ait mo uere affectus vetabat ora tor. ℂ Sed vel plurimas po tius omnes ex seipso virtu tes extulit. Ac copula est ascribenda: vt legatur. Ac potius omnes. ℂ In quo totas virtutes suas experi retur eloquentia. Vires q̄ virtutes sensui magis vide tur conuenire. ℂ Et cum transuersum vi sua iudi cem ferat. Sic quidem legi tur: sed i vocali expuncta ferat sensus exposcere vide tur. ℂ Multa i Asinio Pol lione inuenio. T litera a scripta inuentio legatur. ℂ A nitore & iucunditate Ciceronis ita longe abest: vt possit videri secūdo pri or. Cur sibi ipsi aduersari videtur hic sensus? An ga deprauatus? Neq; enim fieri potest: vt qui longe ab sit a nitore & iucunditate Ciceronis: sit prior secun do. Qua igit̄ ratione corri gitur hic locus? An pro se cūdo: forsitan seculo est le gendum? Qui enim seculo ante Ciceronem floruerūt nō multū nitori ornatuiq; indulserunt.

ASCENSIVS.

ℂ Iam Varij Thyestes. Sic Aldus & Raphael. In Val len. autem est. Iam Varus cuilibet græcorū compara ri potest. quod ne sequar fa cit id quod sequtur Ouidij Medea &c. Nā vt Ouidij tragœdiā nominat: ita & Vari nominasse videtur: vt autē Vari potius q̄ Va rij legam facit id qđ de eius Thyeste recitat Raphael: qđ de Varij opere aut ipso Vario non est vero simile: fuit enim Varius vir egre gius & tragœdiæ vt quidā volunt scriptor: ego tamē etiam epicum putē: ex eo qđ Horatiꝰ ad Pollionem dicit. Scribens Vario fortis & hostiū Victor mæonii carminis alite: mansitq; in gratia Augusti: vnde idem in sermonibus Plotius & Varius sinuessę Vergiliusq; Occurrūt animę quales neq; candidiores Terra tulit: nec quis me sit deuinctior alter. Quē sic nō laudasset Horatius si cōtra Augustū stetisset. Quin etiā tūc nō vixisset. Alter autē poeta & vir fortis Varus priore longa dicebatur Vergilio amicissimꝰ: de quo in bucolicis. Nūc ego

(nāq; super tibi erunt: qui dicere laudes Vare tuas cupiāt & tristia cōdere bella) Agrestē &c. Et in mox. Immo hæc quæ Varo necdū perfecta canebat Vare tuū nomē &c. Quāobrē aut hic Vari Thyestes legef: aut si Varij nō recipief cōmētū Raphaelis: qđ de Varo haud dubie intelligēdū est. Addā & illud cuius nūc in mentē venit me vehemēter suspicari in nono huius vbi a fabio tractatur versus Agrestē tenui: q forte quia ad rē nō fecerit catenus dūtaxat eū citauerit: a grāmaticis sic perscriptū: musam meditaris auena: hincq; ortū vt philologus in primo bucolico sic legēdū censeat: cū illic sit Syluestrem tenui: hic aūt perficiēdus fuerit versus: meditabor arundine musam. Sed id sero q̄ nūq̄ admonuisse pstet. ¶ Habet Valleñ. parū tragicum. In comœdia maxime claudicamus: immo claudicauimus. Itē Sallustij velocitatē. Vbi vero Aldo & alijs fere legif. Seruilius Nouianus: in Vallēsi est Nonianus. Et vbi idē impssit. Habet amatores nec imerito, vt libertas: Valleñ scripsit. Habet amatores nec imitatores: qđ sequar exponēdo seqntia: vt. i. postea q̄ libertas nocuerit ei q̄q̄ circūcisa. i. q̄q̄ fuerūt circūcisa & limitata q̄ dixisset. Habet Valleñ. no bibliothecas &c. & parē facere. Habet etiā vt Aldus: sed plurimas vel potius oēs: nō ac potius oēs. Habet aūt solus: beatissima vbertate: idq; sequar vt referaf ad verbū extulit. Habet vires suas: qđ Raphael suo ingenio sumit. Siliter iudicē ferat. habet: tā in oib⁹: habet Cū interim: nō Tū: sed scribā Tū. habet id cōsecut⁹ sine est: q a pcedit est. Habet seculo prior vñ Raphaelis igeniū.

RAPH.

Cœlius. Caluus contra. Seruius Sulpitius. Cassius Seuerus. Domitius Afer. Iulius Africanus. Trachallus. Vibius Crispus. Iulius secūdus.

¶Multum ingenii in Cœlio: & præcipue in accusando: multa vrbanitas: dignusq; vir: cui & mens melior: & vita longior cōtigisset. Inueni qui Caluū pferrēt omnibus: inueni qui †Ciceroni crederēt eū nimia cōtra se calumnia verū sanguinē perdidisse. Sed est & sancta & grauis oratio: & castigata: & frequēter vehemēs quoq;. Imitator aūt est atticorū: fecitq; illi properata mors iniuriā: si quid adiecturus: non si quid detracturus fuit. Et Seruius Sulpitius insignem nō immerito famam tribus orationibus meruit. Multa si cū iudicio legatur: dabit imitatione digna Cassius Seuerus: qui si ceteris virtutibus colorem & grauitatē orationis adiecisset: ponēdus inter præcipuos foret. Nam & ingenii plurimum est in eo: & acerbitas mira: & vrbanitas, & vis summa: sed plus stomacho q̄ consilio dedit. Præterea vt amari sales: ita frequenter amaritudo ipsa ridicula est. Sūt & alii multi diserti: quos persequi longum est. Eorum quos viderim Domitius Afer: & Iulius Africanus longe præstātissimi, verborū arte ille: & toto genere dicendi pferendus: & quē in numero veterū locare non timeas. hic concitatior: sed in cura verborū nimius: & compositione nōnūq̄ longior & translationibus parū modicus. Erant clara & nuper ingenia: Nam & Trachallus plerūq; sublimis: & satis apertus fuit: & quē velle optima crederes: auditus tamen maior. Nam & vocis quātā in nullo cognoui felicitas: & pronūciatio vel scenis suffectura, & decor: omnia deniq; ei quæ sunt extra superfuerūt. Et Vibius Crispus compositus: & iucūdus: & delectationi natus: priuatis tamē causis q̄ publicis melior. Iulio Secūdo si longior cōtigisset ætas: clarissimum profecto nomē oratoris apud posteros foret. Adiecisset eñ atq; adiiciebat cæteris virtutibus suis quod desiderari potest. Id est autem: vt esset multo magis pugnax: & sæpius ad curam rerū ab elocutione respiceret. Cæterum interceptus quoq; magnū sibi vendicat locū. Ea est facundia: tanta in explicando: qđ velit gratia: tam candidum & lene & speciosum dicēdi genus: tanta verborum, etiā quæ assumpta sunt, proprietas: tanta etiam in quibusdā ex periculo petitis significātia. Habebūt: qui post nos de oratoribus scribēt, magnā eos q nūc vigēt materiā vere laudādi. Sūt eñ summa hodie, qbus illustratur forū, ingenia. Nāq; & cōsummati iā patroni veteribus æmulātur: & eos iuuenū: ad

¶ Inueni qui Ciceronē crederent eum nimia contra se calumnia verum sanguinem perdidisse. In quibusdam exēplaribus emendate sic scribitur: vt Ciceronē accusatiuus in contra aduerbium cōuertatur: ac loco illius præpositionis cōtra in præpositio reponaf hoc modo. Inueni qui contra crederēt eū nimia in se calumnia verum sanguinem perdidisse Plinius autem iunior inquit: Adriano scribēs: caluū fuisse Demosthenem latinū ¶ Sed est & sancta & breuis oratio: breuis quidē legitur: sed grauis sensui maxime conuenire videtur. ¶ Insignis & Ser. Sulpitius insignem immerito famā tribus orationibus meruit. Insignis nominatiuus mihi videtur eradēdus. In ei⁹ vero locū insignē accusatiuus referēdus ac nō negādi aduerbiū ascribendū: ne quem vult laudare: videatur suggillare: vt hoc modo legam⁹. Insignē & Ser. Sulpitius nō immerito famā tribus orationibus meruit. ¶ Præterea & amari sales ita vt frequēter amaritudo ipsa ridicula est. Et particula vt in locū & copulę est trāsferēda: hoc mō. Præterea: vt amari sales: ita frequēter amaritudo ipsa ridicula est. ¶ Et sæpius ad curā rerū ab elocutione resipisceret. I vocali ac altera. s abiecta, respiceret legēdum est. ¶ Habebunt qui post nos de oratoribus scribent: magnā in eos q nunc vigent materiā laudanda.

optima tendentium imitatur ac sequitur industria. Supersunt qui de philosophia scripserũt: quo in genere paucissimos adhuc eloquentes literæ Romanæ tulerunt. Idem igitur M. Tullius: qui vt vbiq; etiam in hoc opere Platonis æmulus extitit. Egregius vero multoq; q̃ in orationibus præstantior Brutus: suffecit ponderi rerum, scias eũ sentire quæ dicit. Scripsit non parũ multa Cornelius Celsus Sceptios secutus non sine cultu ac nitore. Plancus in stoicis rerum cognitioni vtilis: in Epicureis leuis quidem: sed non iniucũdus tamen auctor est Catius. Ex industria Senecam in omni genere eloquẽtiæ distuli propter vulgatam falso de me opinionem: quia damnare eum & inuisum quoq; habere sum creditus. Quod accidit mihi dum corruptũ & omnibus vitiis fractum dicẽdi genus reuocare ad seueriora iudicia contendo. Tum autẽ fere solus hic in manibus adolescẽtium fuit: quem non equidem omnino conabar excutere: sed potioribus præferri non sinebam: quos ille non destiterat incessere: cum diuersi sibi conscius generis placere se in dicendo posse: in quibus illi placerent: diffideret. Amabant autem eum magis q̃ imitabantur tantũq; ab eo defluebant: quantũ ille ab antiquis descenderat. Foret eñ optãdum pares aut saltem proximos illi viro fieri. Sed placebat propter sola vitia & ad ea se quisq; dirigebat effingenda quæ poterat. Deinde cum se iactaret, eodem modo dicere Senecam infamabat. Cuius & multę alioqui & magnæ virtutes fuerunt. Ingeniũ facile & copiosum: plurimũ studii: & multarum rerum cognitio: in qua tamen aliquãdo ab iis quibus inquirenda quædam mãdabat: deceptus est. Tractauit etiam omnem fere studiorum materiã. Nam & orationes eius & poemata & epistolæ & dialogi feruntur. In philosophia parũ diligens: egregius tamen vitiorum insectator fuit. Multæ in eo claræq; sententiæ: multa etiam morum gratia legenda: sed in eloquendo corrupta pleraq;: atq; eo perniciosissima: q abundãt dulcibus vitiis. Velles eum suo ingenio dixisse: alieno iudicio. Nam † si nil æqualium contempsisset: si parum concupisset: si non omnia sua amasset: si rerum pondera minutissimis sententiis non fregisset: consensu potius eruditorum: q̃ puerorũ amore comprobaretur. Verum sic quoq; iam robustis & seueriore genere satis firmatis legẽdus: vel ideoq; exercere potest vtrũq; iudicium. Multa enim (vt dixi) probanda in eo: multa etiam admiranda sunt: eligere modo curæ sit: quod vtinam ipse fecisset. Digna enim fuit illa natura quę meliora vellet: quę quod voluit, effecit.

Philosophi latini. Tullius. Brutus. Cor. Celsus. Plancus. Catius. Seneca. nisi aliqua

In p̃positio vt superuacua est eradẽda & a vocali in i cõuersa laudãdi est legẽdũ. ¶ Plau:us i stoicis rerũ cognitiõi vtilis. In epicuris leuis qdẽ: sed nõ iniucũd⁹ tñ ductorẽ. Castigate in q; busdã exẽplaribus legitur. Plancus, u vocali in n. & t in c. cõuersa & loco illi⁹ accusatiui ductorẽ: auctor ẽ Catius hoc mõ. Plancus in stoicis rerũ cognitioni vtilis. In epicuris leuis quidẽ: sed nõ iniucũdus tñ auctor est Catius. ¶ Ex industria Senecã in omni genere eloquẽtiæ distuli. Versatũ: aut simile verbũ sensus integritas mihi exposcere videt: vti legat. In oĩ genere eloquẽtię versatũ. Seneca vero in omni genere studiorum versatus est eloquẽtię: philosophiæ: poetices. Sed eum magis Fabius suggillat q̃ cõmẽdet. ¶ Cũ aũt fere solus hic in manibus adolescentũ fuit. Nisi c litera in t conuersa tũ legatur vbi claudat hic sensus nõ inuenietur. ¶ Cũ diuersi sibi cõscius generis placere se in dicendo posse in q̃bus illi placerẽt diffideret. Sic q̃dẽ corrupte legit: id qd̃ mihi hoc modo emẽdãdum videtur vt loco in p̃ępositionis iis ablatiu⁹ reponatur. ¶ Et in philosophia parũ diligẽs: si particula ascribenda videtur: vt etsi legatur aut certe & copula eradenda. ¶ Multa etiã morũ gratia legẽdo. Pro legẽdo recte quidã scribũt legenda. ¶ Digna eñ fuit illa natura quæ meliora vellet qd̃ voluit efficit. Emendate in quibusdam exẽplaribus: quæ relatiuũ est ascriptũ & effecit: vt pręteriti sit tẽporis legẽdũ est: hoc modo. Quæ quod voluit effecit.

in Seneca
us depræ
ent.

ASCENSIVS.

¶ Inueni qui Ciceroni crederent/eũ nimia contra se calumnia. Sic Vallen. quæ lectio vera est/ si verũ est quod in margine adnotauit: id videlicet Ciceronem in Bruto dicere. Aldus tamen Raphaelẽ sequitur: cuius lectio ab ipso proponitur: qui ex margine Vallen. accepit quod de Caluo per Pliniũ minorẽ dicit. Similiter qd̃ reposuit: sed est & sancta & grauis, ex Vallen. codice habet. & q insignis ab eo nolatiuus eradendus censetur. Est in Vallen. et vrbanitas & vis summa: vbi alij eius summa: Aldus etiam summa: legunt. Habet: præterea vt amari sales, ita frequenter &c. Et decor: sic Vallen. non decora. Item respiceret: non resipisceret. Magnã eos: non in eos. Item Plancus non Plautus: & epicureis non epicuris. ¶ Ex industria Senecã in omni genere eloquentiæ distuli. Sic Vallen. & omnis vetus lectio: Aldus autem Raphaeli auscultans scribit: in omni genere

eloquentiæ versatũ. Sed mihi alius est sensus: videlicet distuli senecã. .i. de seneca loqui: in omni genere eloquentiæ .i. de quocũq; genere eloquentiũ qui oratori sint imitãdi loquerer: & cũ de poetis: & cũ de oratoribus & cũ de philosophis Romanis: quocirca nihil imutaui: qui tamẽ versatũ adscribere vult adscribat. Habẽt Vallen. in quibus illi: nõ iis quibus illi: nec Aldus aliter impressit: quippe qui sciuit: in quibus facile intelligi iis. Vt cũ dico: scio quæ tu: intelligo ea. Dialogi ferũtur. sic Vallen. non efferũtur. Similiter in philosophia parũ diligẽs &c. Nã si nil æqualiũ contẽpsisset. Aldus impressit. Nã nisi aliqua: sed nõ tanti refert vt a Vallen. discedã. Ideo q exercere potest vtrũq; iudicium: sic quoq; Aldus: & sic prius in Vallen. erat: sed repositũ est iudicem: qd non placet. Illi autem exercent vtrũq; iudicium: tam laudantiũ q̃ vituperãtium: qui vtroq; iudicio digna habent aut admiserunt. Quæ quod voluit effecit. Sic et Vallen.

## De Imitatione. Cap. II.



X his cęterisq; lectione dignis auctoribus: & verborum sumenda copia: est & varietas figurarum: & cõponendi ratio: tum ad exemplum virtutũ omniũ mens dirigẽda. Neq; enim dubitari potest: quin artis pars magna contineat imitatione. Nã vt inuenire primum fuit: estq; pcipuum: sic ea quæ bene inuenta sunt vtile sequi. Atq; omnis vitæ ratio sic cõstat: vt q̃ probamus in aliis: facere ipsi velimus. Sic literarũ ductus, vt scribendi fiat vsus: pueri sequũtur: sic musici vocẽ docẽtiũ: pictores opera priorũ: rustici probatã experimento culturã in exẽplum tuentur. Oĩs denique disciplinæ initia ad propositũ sibi præscriptũ formari videm⁹: & hercule necesse ẽ: aut siles bonis aut dissimiles sim⁹. Simile raro natura pstat: frequẽter imitatio. Sed hoc ipm qd tãto faciliorem nobis rationẽ rerũ omnium facit: q̃ fuit iis: qui nihil quod sequerẽtur habuerunt: nisi caute & cũ iudicio apprehenditur: nocet. Ante oĩa igitur imitatio per se ipsa nõ sufficit: vel quia pigri est ingenii contẽtũ esse iis quæ sunt ab aliis inuẽta. Quid enĩ futurũ erat temporibus illis quę sine exemplo fuerũt si homines nihil nisi quod iã cognouissent faciendũ sibi: aut cogitandum putassent? Nẽpe nihil fuisset inuentũ. Cur igitur nefas est reperiri aliqd a nobis: qd ante nõ fuerit? An illi rudes sola mentis natura ducti sunt in hoc vt tã multa generarent? nos ad quęrendũ non eo ipso concitemur: q certe scimus inuenisse eos qui quęsierint? Et cũ illi qui nullum cuiusq; rei habuerũt magistrum plurima in posteros tradiderint: nobis vsus †aliarũ rerum ad eruendas alias nõ proderit? sed nihil habebimus nisi beneficii alieni? quemadmodũ quidã pictores in id solũ studẽt: vt describere tabulas mẽsuris ac lineis sciant. Turpe etiã illud est, esse contentũ id consequi quod imiteris. Nã rursus qd erat futurum: si nemo plus effecisset eo †quẽ sequebat. Nihil in poetis supra Liuium Andronicũ: nihil in historiis supra pontificũ annales haberemus: ratibus adhuc nauigaremus: non esset pictura nisi quę lineas modo extremas vmbræ: quã corpora in sole fecissent circũscriberet. At si omnia pcesseas: nulla sit ars qualis inuẽta est, nec intra initium stetit: nisi forte nostra potissimũ tempora dãnam⁹ huius infœlicitatis: vt nunc demũ nihil crescat. Nihil enim crescit sola imitatione. Quod si prioribus adiicere fas non est: quomodo sperare possimus vllum oratorẽ per

Imitatione artis ps magna continetur.

Imitatio periculosa.

Nec sufficiens.

illarum.

quod.

RAPH.

¶ Ex his cæterisq; lectione dignis. Hinc facile apparet imitationẽ arti subiici: eosq; falli qui imitationem ab arte tanq̃ partem diuersam separãdam putant aiuntq; vt in rhetoricis ad Herẽniũ eloquentiã tribus cõstare arte imitatione exercitatione. Constat nãq; tribus eloquẽtia: natura, arte: exercitatione. Imitationem vero arti esse subiiciẽdã pluribus colligit Quintilianus. ¶ Nobis vsus aliarũ rerũ ad eruendas alias nõ proderit? Licet fere in exemplaribus erudiendas legatur: ego tamen disyllaba erasa eruendas legẽdũ esse audacter cõtẽderim: ac loco aliarũ reponendum esse illarũ: hoc modo. Nobis vsus illarũ rerũ ad eruendas alias non proderit? ¶ Si nemo plus effecisset eo quæ sequebatur. A vocali erasa ac. m. lra ascripta quem legẽdũ est. ¶ Nõ esset pictura nisi quę lineas mõ extremas vmbrę: quam corpora in sole fecisset: circũscriberent. Fecissent pluraliter: ac circũscriberet singulariter manifeste legendũ est. ¶ Quod fit vt min⁹ sanguinis ac virium declamationes habeãt q̃ orationes. D. litera expũcta quo legatur. ¶ Et cũ verba intercidẽt inualescãt tẽporibus. Deprauat⁹ hic locus facile sit emẽdari potest. vt & copula de principio in quartum locũ transferatur: atq; e vocali i a conuersa intercidãt legatur hoc modo: cũ verba intercidãt & inualescant temporib⁹ est aũt paraphrasis sensus illius Horatiani. Multa renascẽtur quę iã cecidere cadentq;: Quæ nũc sunt in honore vocabula si volet vsus: Quem penes arbitriũ est: & vis & norma loquẽdi

Eloquẽti bus cons

fectum:cum in iis quos maximos adhuc nouimus:nemo sit inuentus:in quo nihil aut desideretur:aut reprǣhēdatur. Sed etiam qui summā nō appetent:cōtēdere potius q̄ sequi debent. Nam qui agit vt prior sit forsitan etiā si nō transierit:ęquabit. Eum vero nemo potest ęquare:cuius vestigiis sibi quisq̧ insistendum putat. Necesse est enī semper sit posterior:q̄ sequitur. Adde q̧ plerūq̧ facilius est plus facere:q̄ idem. Tantā enī difficultatem habet similitudo:vt ne ipsa quidē natura in hoc ita valuerit:vt non res quæ simillimæ videātur:vtrīq̧ discrimine aliquo discernātur. Adde q̧ quicquid alteri simile est:necesse est min⁹ sit eo quod imitatur:vt vmbra corpore:& imago faciei:& actus histrionum veris affectibus. Qđ in orationibus quoq̧ euenit. Nāq̧ iis quæ in exēplum assumimus:subest natura:& vera vis. Contra omnis imitatio ficta est:& ad alienū propositū accōmodatur. Quo fit:vt minus sanguinis ac virium declamatiōes habeant:q̄ orationes:q̧ in illis vera:in his assimulata materia est. Adde q̧ ea quæ in oratore maxima sunt:imitabilia nō sunt:ingenium:inuentionis facilitas:& quicqd arte nō traditur. Ideoq̧ plerīq̧ cū verba quędā ex orationibus excerpserūt:aut aliquos compositionis certos pedes:mire a se quæ elegerūt:effingi arbitrantur:cum verba intercidant:inualescātq̧ tēporibus:vt quorū certissima sit regula in cōsuetudine:eaq̧ nō sua natura sint bona aut mala (Nam per se soni tantum sunt) sed prout opportune proprieq̧ aut secus collocata sunt:& compositio cum rebus accommodata:tum ipsa varietate gratissima. Quapropter exactissimo iudicio circa hāc partem studiorū examinā da sunt omnia. Primū quos imitemur. Nā sunt plurimi:qui similitudinem pessimi cuiusq̧ & corruptissimi concupierunt. Deinde in ipsis quos elegerimus quid sit:†ad quod efficiendū nos comparemus. Nā in magnis quoq̧ auctoribus incidūt aliqua vitiosa:& a doctis inter ipsos etiā mutuo reprehensa:atq̧ vtinā tam bona imitantes dicerēt melius:q̄ mala peius dicūt. Nec vero saltem iis quibus ad euitanda vitia iudicii satis fuit:sufficiat imaginem virtutis effingere:& solā:vt sic dixerim:cutē vel potius illas Epicuri figuras:quas e summis corporibus dicit effluere. Hoc autem iis accidit:qui nō intrōspectis penitus virtutibus ad primum se velut aspectū orationis aptarūt. Et cū iis felicissime cessit imitatio:q verbis atq̧ numeris sunt nō multū differētes:vim dicendi atq̧ inuentionis non assequūtur:sed plerūq̧ declināt in peius & proxima virtutibus vitia cōprǣhēdūt,fiūtq̧ pro grādibus tumidi:pressis exiles:fortibus temerarii:lætis corrupti:cōpositis exultantes:simplicibus negligentes.

oratornull⁹ inuentus pfectus.

Considi me lioratio prima. secunda

Tertia.

Quarta.

qđ nobis effi.

¶ Deinde in ipsis quos elegerimus quid sit quod nos efficiendū cōparemus. Ad præpositio vt ascribatur & sensus & eloquēdi ratio exposcit:vt legatur ad qđ efficiendū. ¶ Vel potius illas epicuri figuras quas e summis corporibus dicit effluere. Quænā sint hæ epicuri figuræ Aulus Gel. li. v. declarat his verbis. Epicurus effluere ex oībus corpībus simulacra quædā corporū ipsorum eaq̧ sese in oculos inferre atq̧ ita sensum fieri videndi putat. ¶ Et cū his fœlicissime cessit imitatio verbis atq̧ numeris sūt nō multum differentes. Nisi hoc relatiuū qui ascribatur sensus integritas minus habebitur. Quare illo ascripto hoc modo legatur. Et cum his fœlicissime cesserit imitatio:qui verbis atq̧ numeris sunt non multum differentes.

ASCENSIVS.

¶ Sic ea q̄ bene intēta sunt Et paulo post:quæ sunt ab aliis intēta:q̄q̄ sic vtrobiq̧ in Raphaelis sit impressione:mihi tñ inuenta legenf. Item q̄q̄ Aldus Raphaelem secutus impssit:nobis vsus illarū rerū ad eruēdas alias &c. ego tñ cū Vallen̄. legam nobis vsus aliarū rerū ad eruēdas alias. nā & frequēs & venusta est locutio: alia ex aliis:vt Nos alia ex aliis in fata vocamur:& illarū nihil refert:premissum enī est:plurima:nō plurimas res. Habet Vallen̄. eo quem sequebatur:sed Aldus legit non male eo q̧ sequebatur. Ideo aūt nō male:vel q̧ apte refertur ad id qđ premisit Turpe etiā illud est, esse contentū id consequi qđ imiteris. vel q̧ minus est arrogātiæ velle efficere plus eo qđ sequaris:q̄ eo quē sequaris: Nā in Aristotele posset quispiā felicius sequi qđuis illi⁹ inuentū q̄ ille inuenerit:difficile tñ fuerit:totū Aristotelem superare. Verū quia sequentibus exēplis dicti sui vt solet rationē reddēs Fabius de inuentoribus nō de inuētis loqtur:manifestū est quē legendū. Neq̧ arroganti⁹ ē dicere eū quē ac eo quod:quia qui dicit se superasse eū quē sequebatur:intelligit loqui in eo in quo eū sequebaf:non in vniuersis. vnde si quis forte diuū Gregoriū in eloquentia superet:non cōtinuo in sanctitate vitæ:nec in profunda rerū pſertim moralium cognitione. Habet Vallen̄. fecissent. s. corpa:& circūscriberet. s. pictura. aut pictor. Sane adhuc qui facies ad viuū pingere volūt circūscribūt vmbras earū in tabella posita ex aduerso lucis:interposita. s. ea quā

circunscribunt.inter tabellā & lumen.Dānamus huius infelicitatis.speciose dictum:subaudin videt̃ opprobrio aut detrimento aut malo Nihil eñ crescit. Vallēn.habet nihil aūt crescit. Habet. Tantā eñ difficultatē. & Quo fit, vt minus lang,&c. Habet ꝙ ea quæ in oratore maxima sunt.nec legā in oratione:eoꝙ ingenium oratoris est.Quid sit ad quod efficiendū nos cōparemus sic fere Aldus:nisi ꝙ:ad quod nos efficiendū &c.impressit vt Raphael Vallēn.aūt habet:quid sit qđ nobis efficiendū cōparemus.quæ lectio mala non est.A doctis inter ipsos:& inter se:latine vtrūq; dici docet Vallēn.Qui habet.Et cū his felicissime cessit imitatio verbis atq; numeris sunt nō multū differētes:vbi Raphael apponēdo qui,sentētiā bonā deprauat:ad quā si Aldus respexisset:nō tam leuiter eū secutus esset.potius eñ tunc q̃ qui scribendū esset cū sensus sit:Cū imitatio cessit his.i.hmōi hoībus felicissime.i.cū felicissime sunt imitati: tūc sūt nō multū differentes ab iis quos imitātur verbis atq; nūeris:sed vim dicendi atq; inuentionis nō assequūtur.Pressis exiles:repete & in sequētibus:pro vt sit:pro pressis,pro fortibus &c.

Dāno in tatis.

Ideoq;

¶ Itaq; qui horride atq; incōposite quidlibet frigidum & inane extulerint:antiquis se pares credunt:qui carent cultu atq; sententiis atticis, qui præcisis cōclusionibus obscuri Sallustium atq; Thucydidem superant:tristes & ieiuni,Pollionē æmulantur:ociosi & supini:siquid modo longius circūduxerūt: iurant ita Ciceronem loquuturū:fuisse. Noueram quosdā qui se pulchre expressisse genus illud huius cælestis in dicendo viri sibi viderētur:si in clausula posuissent,esse videatur.Ergo primum est:vt quod imitaturus est quisq; intelligat:& quare bonum sit sciat.Tū in suscipiendo onere consulat suas vires.Nā quia quędam sunt inimitabilia: quibus aut infirmitas naturæ nō sufficiat:aut diuersitas repugnet: ne cui tenue ingeniū erit:sola velit fortia & abrupta:cui forte quidem:sed indomitū:amore sublimitatis & vim suam perdat:& elegantiā quā cupit: non persequatur.Nihil est enim tā indecens:q̃ cū mollia dure fiunt. Atq; ego illi præceptori quem instituerā in lib.ii.tradidi non ea sola docenda esse:ad quæ quēq; discipulorū natura compositum videret.Nam is & adiuuare debet quæ in quoq; eorum inuenerit bona: & quātū fieri potest adiicere quæ desunt: & emendare quędam & mutare.Rector eñ est aliorum ingeniorū atq; formator:difficilius est naturam suam fingere.Sed ne ille quidem doctor:q̃q; omnia quæ recta sunt velit esse in suis auditorib⁹ q̃ plenissima:in eo tamen cui naturam obstare viderit, laborabit. Id quoq; vitandum,in quo magna pars errat:ne in oratiōe poetas nobis & historicos,in† illorū operib⁹ oratores:aut declamatores imitandos putem⁹.Sua cuiq; proposita lex:suus cuiq; decor est.Nec comœdia in cothurnos assurgit:nec contra tragœdia socco ingreditur.Habet tamē omnis eloquentia aliquid cōmune.Id imitemur:qđ cōmune est.Etiam solet hoc incommodi accidere iis:qui se vni alicui generi dediderūt:vt si asperitas iis placuit alicuius:hanc etiā in leni ac remisso causarum genere non exuant.si tenuitas ac nuditas:in asperis grauibusq; causis ponderi rerum parū respondeant.cū sit diuersa non causarū modo inter ipsas conditio:sed in singulis etiam partium causæ Sintq; alia leniter:alia aspere:alia concitate:alia remisse:alia docendi:alia mouendi,gratia dicenda:quorū omniū dissimilis atq; diuersa inter se ratio est.Itaq; ne hoc quidem suaserim vni se alicui proprie,quē per omnia sequatur:addicere.Longe omniū perfectissimus græcorum Demosthenes:aliquid tamen aliquo

Imitationi necessarium
Primum.
Secundum.

Decorū materiæ seruādum illis.
Eloquentiæ ei aliqd cōe.

RAPH.

¶ Si in clausula posuissent, esse videatur.Hac clausula cum alibi tum pro lege Manilia Cic.frequenter vtitur. ¶ Atq; ego illi p̄ceptori quē instituerā in lib.ii. credidi. Rectius in quibusdā exemplarib⁹ legit tradidi. ¶ Nec comœdia in cothurnos assurgit:ex horatii arte poetica sumpt⁹ est hic sensus scribētis. Versibus exponi tragicis res comica non vult. Indignatur itē priuatis ac prope socco Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ.Singula quæq; locū teneāt sortita decenter. ¶ Cū sit diuersa non causarū modo inter se ipsas cōditio:sed in similis etiā partiū causis Loco similis legēdū est: singulis: & pro causis causæ hoc modo.Sed in singulis etiam partiū causæ. ¶ Itaq; nec hoc quidē suaserim vni se alicui proprie quem per oia sequatur adicere.Per duplex d.addicere hoc est mancipare legendum esse facile est videre. ¶ Quæ tamen est pulcherrima cum sequitur Tamē particula q̃ a sensu respuitur videtur eradenda aceius loco hoc aduerbium tum esse reponendum: vt legatur.Quæ tū est pulcherrima.

Esse vid

ASCENSIVS.

¶ Itaq; qui horride &c. Aldus imp̄ssit.Ideoq;,sed parum refert.Idē habet:quid libet illud frigidū: vbi in Vallēn.repositū est q̃libet ego legā quidlibet,sed sine particula illud.Qui carent cultu atq; sententiis: atticis, sup.se pares credūt. vbi sententiæ non accipiūtur pro grauiter dictis:sed pro eminenter cū affectione dictis. Qui præcisis cōclusionibus

in loco melius alii: plurima ille: sed non qui maxime imitãdus: etiam solus imitandus est. Quid ergo? non est satis oĩa sic dicere quomodo M. Tullius dixit? Mihi quidem satis esset: si omnia consequi possem. quid tamẽ noceret vim Cæsaris: asperitatem Coelii: diligentiam Pollionis: iudicium Calui, quibusdam in locis assumere? Nam præter id ꝙ prudentis est: q̃d in quoq; optimum est: si possit, suum facere: tum in tãta rei difficultate: vnũ intuentes vix aliqua pars sequitur. Ideo ꝙ cũ totum exprimere quẽ elegeris pene sit homini inconcessum: pluriũ bona ponamus ante oculos: vt aliud ex alio hæreat: & † q̃d cuiq; conueniat: aptemus. Imitatio aũt (nã sæpius idem dicã) nõ sit tantum in verbis. Illuc intendẽda mens: quantũ fuerit illis viris decoris in rebus atq; personis: q̃d consilium: quæ dispositio: q̃ omnia etiam quæ delectationi videantur data, ad victoriam spectent: quid agãt proemio: quę ratio & q̃ varia narrandi: quæ vis probãdi ac refellendi: q̃ta in affectibus omnis generis mouendis scientia: q̃taq; laus ipsa popularis vtilitatis gratia assumpta: quæ tum est pulcherrima: cum sequitur: non cum accersitur: Hæc si † pręuiderimus: tum vere imitabimur. Qui vero etiam propria his bona adiecerit: vt suppleat quæ deerant: circuncidat siquid redundabit: is erit (quem quærimus) perfectus orator: quem nunc cõsummari potissimũ oportebat: cum tanto plura exempla bene dicendi supersunt: q̃ illis qui adhuc summi sunt: contigerunt. Nam erit hæc quoq; laus eorum: vt priores superasse: posteros docuisse dicantur.

quoq; q̃d loco cõ.

Imitatio qualis sit.

peruiderim⁹

¶ Qui Modus scribendi sit. Cap. III.



T hæc quidem auxilia extrinsecus adhibẽtur: in iis autẽ quæ nobis ipsis paranda sunt: vt laboris: sic vtilitatis etiam longe plurimũ affert stylus. Nec immerito M. Tullius: hũc optimũ effectorem ac magistrũ dicendi vocat. Cui sententię psonã L. Crassi in disputatiõibus: q̃ sunt de oratore assignando iudicium suum cũ illi⁹ auctoritate coniũxit. Scribendũ ergo q̃ diligẽtissime: & q̃plurimum. Nam vt terra altius effossa generãdis alendisq; seminib⁹ foecundior fit, sic profectus nõ a summo petit⁹: studiorũ fruct⁹ effundit vberius: & fidelius continet. Nã sine hac quidem conscientia ipsa illa ex tẽpore dicendi facultas inanẽ modo loquacitatem dabit: & verba in labris nascentia: illic radices, illic fundamenta sunt, illic opes, velut sanctiore quodã ærario reconditæ: vnde ad subitos quoq; casus: cum res exiget proferantur. Vires faciamus ante omnia: quæ sufficiant labori certaminum: & vsu non exhauriantur. Nihil em̃ rerũ ipsa natura voluit magnum effici cito: prępo suitq; pulcherrimo cuiq; opi difficultatẽ: quę nascendi quoq; hanc fecerit legem: vt maiora animalia diutius visceribus parentum continerentur. Sed cũ sit duplex quæstio: quomodo & quę maxime scribi oporteat: iã hinc ordinẽ sequar.

Stylus optimus dicendi magister.

Scribendi ratio.

Sanctius ærarium.

Aia diutiũ.

Quõ scribendum.

obscuri sup. sunt. Sallustium atq; Thucydidem superant. s. sua opiniõe. Noueram quosdaz: sic Valleñ. Raphaelis autem impssio habet nouercã: quam vocẽ quia Aldus non correxit facile liquet in Quintiliani impressione non sue vsum accuratione. Ne cui tenue sic Val. Cui forte quidẽ sed in domitũ sup. erit ingeniuz: amore sublimitatis: sic Valleñ. & melius q̃ subtilitatis. Quęcuz mollia durescũt: melius in Valleñ. dura siũt Illi præceptori tradidi, sic Valleñ. & in singulis etiam partium causæ, & addicere. Et quod cuiq; cõueniat, aptem⁹. Sic quoq; Valleñ. sed Aldus impssit: quo q̃q; loco conueniat. Habet Valleñ. quę tũ est pulcherrima. Habz hęc si pruiderim⁹. vbi Aldus impressit: hęc si prætiderimus. habet etiã in illis operibus. s. poetarum & historicorũ: vbi mallem legere in illorum operibus. Habz: sint q; alia leniter &c. dicenda: quod melius q̃ vt Rapha. qui sint alia leuiter dicent.

RAPH.

¶ Et hęc quidem auxilia extrinsecus adhibentur. Quãtum oratori conferat stylus hoc est exercitatio scribendi hoc loco aperte Fabius demonstrat. ¶ Quæ nascendi quoq; hãc fecerit legem: vt maiora animalia diutius visceribus parentũ continerentur. Hoc Plinius aperte declarat de elephãtis l. viij. loquens. Decẽ inquit annis gestare in vtero vulgus existimat. Aristoteles biennio: nec amplius q̃ singulos semel gignere pluresq; viuere ducentis annis & quosdam trecẽtis & li. decio. Quo maius est animal: tanto diuti⁹ formatur in vtero. ¶ Sed tũ maxime cũ facilitas illa cõtigerit resistamus: vt prohibeamus efferentes equos frenis q̃busdã cõerceamus. In hoc sensu mihi quidẽ aliquid verboruz desideratur: sed quid sit ascribendũ pter hanc copulam ac mihi nõ liquet. ¶ Is fuit Iuli⁹ Flor⁹

Sit primo vel tardus dum diligens stylus:quæramus optima:
nec protinus se offerētibus gaudeamus:adhibeatur iudiciū in
uentis:dispositio probatis.Delectus enim rerū verborūq; habē
dus est:& pondera singulorum examinanda. Postea subeat ra
tio collocandi,vt rsenturq; omni modo numeri.Non vt quotq;
se proferet verbum occupet locū,quę quidē vt diligentius exe
quamur:repetenda sæpius erunt † scriptorum proxima.Nā p̄
ter id q̄ sic melius iungūtur prioribus sequentia:calor quoq;
ille cogitationis:qui scribēdi mora refrixit:recipit ex integro
vires:& velut repetito spatio sumit impetū.quod in certamine
saliēdi fieri videmus:vt conatū longius petant:& ad illud quo
contenditur spatiū,cursu ferātur.Vtq; in iaculādo brachia re
ducimus:& expulsuri tela neruos retrotendimus.Interim ta
men si fuerit flatus:danda sunt vela:dum nos indulgentia illa
non fallat.Omnia eñ nostra dum nascūtur placent:alioqui nec
scriberētur.Sed redeamus ad iudiciū:& retractemus suspectā
facilitatem.Sic scripsisse Sallustium accepimus:& sane manife
stus est etiā ex opere ipso labor.Vergiliū quoq; paucissimos die
composuisse versus auctor est Varus.Oratoris quidē alia cōdi
tio.Itaq; hanc morā & sollicitudinem initiis impero.Nam pri
mum hoc constituendū:hoc obtinendū est:vt q̄ optime scriba
mus:celeritatem dabit consuetudo.Paulatim res facilius se ostē
dent:verba respondebūt:compositio sequet̄:cūcta deniq;:vt in
familia bene instituta in officio erūt.Sūma hęc est rei:cito scri
bendo:non fit vt bene scribatur:bene scribendo fit:vt cito.Sed
tum maxime cū facilitas illa cōtigerit resistamus:prohibeam[9],
& efferentes equos:frenis quibusdam coerceamus.qđ non tam
moram faciet:q̄ nouos impet[9] dabit.Nec eñ rursus eos qui ro
bur aliquod in stylo fecerūt:ad infœlicem calūniādi se pœnam
alligandos puto.Nā quo modo sufficere ciuilibus officiis pos
sit:qui singulis actionū partibus insenescat!Sūt aūt q̄bus nihil
sit satis:omnia mutare:omnia aliter dicere:q̄ occurrit velint,
increduli quidā,& de ingenio suo pessime meriti:qui diligētiā
putant facere sibi scribendi difficultatē.Nec promptū est dice
re vtros peccare validius putē:quibus omnia sua placent:an q̄
bus nihil.Accidit etiam ingeniosis adolescentibus frequenter:
vt labore cōsumātur:& in silentiū vsq; descendāt nimia bene
dicēdi cupiditate.Qua de re memini narrasse mihi Iuliū Secū
dum illum æqualē meum:atq; a me,vt notum est,familiariter
amatū miræ facūdię virum:infinitę tamen curę:quid esset si
bi a patruo suo dictū.Is fuit Iulius Florus in eloquentia gallia
rum(quoniā ibi demū exercuit eā)princeps alioq inter paucos
disertus & dignus illa propinquitate.Is cū Secundū scholæ ad
huc † operatū,tristem forte vidisset,interrogauit:quę causa frō
tis tam obductę:nec dissimulauit adolescens tertiū iam diem es
se:ex quo omni labore materię ad scribendū destinatę non inue
niret exordium,quo sibi nō pręsens tātum dolor:sed etiam de
speratio in posterū fieret.Tum Florus arridēs:nūquid tu inqt

scriptori.

Sallustij in scribendo diligentia.

Bene potius q̄ cito scribē dum.

Morositas odiosa.

Memini narrasse.

operā dantē.

in eloquentia galliarū:quo
niam ibi demū exercuit eā
princeps. Ex hui[9] stirpe fu
it. L. Florus. T. Liuij abbre
uiator nulli historicorū po
steriorum secūdus:vt ex ip
sius eloquentia liquet. Quī
tiliani discipulus. ¶ Is cum
Secūdum scholæ adhuc opa
tū tristem forte vidisset:in
terrogauit quæ causa fron
tis tam abductæ. Operatū
quidē legitur:sed minus:re
cte vt mihi quidem videtur:
Pro eo autem operam dā
tem fortasse legēdū est. A ve
ro in o. vocalē conuersa ob
ductæ legat. ¶ Vt possim[9]
autem scribere etiam plura
celerius nō exercitatio mo
do præstabit:in qua sine du
bio multum est:sed etiā ra
tio:si non resupini spectan
tesq; tectum & cogitationē
murmure agitantes expe
ctauerimus quid obueniat
quid res poscat:quid p̄sonā
deceat:quid sit tēpus.qui iu
dicis animus intuitu hūa
no quodā modo ad scriben
dum accesserimus. Hanc
periodum deprauatā esse mi
hi quidem liquet:difficul
ter autem emēdari posse vi
detur. Ac quod quidem lo
co illius quid legendum esse
facilius est q̄ vt admonēdū
sit. Sed clausula aliquid mē
dæ contraxisse videt:quod
facile vel hinc colligitur q̄
varijs modis in exemplari
bus legitur. Sic enim alibi
scriptū depræhēditur.Quo
interim animo tandem ad
scribendū accesserimus. Ve
rum vtroq; modo mihi vi
detur deprauatum.Qua ve
ro possit ratione emendari
non satis constat. ¶ Hanc
syluam vocant.hinc & Sta
tius syluas inscripsit:quæ
impetu quodam atq; extē
pore effudit.

ASCENSIVS.

Fœcundior fit, sic profect[9] &c. sic Aldus. Sāctiore quo
dā ærario:sic Vallen.& Ald.
meliusq; q̄ sacrario. Quia
alludit ad illud Liuianum
lib.xxxvij. Aurū incēsima
rium:quod in sanctiore æra
rio ad vltimos casus serua
retur:promi placuit. Vnde
ad subitos quoq; casus &c.

Statij
rales sy

melius dicere vis q̃ potes. Ita se res habet: curandũ est vt q̃optime dicamus: dicendũ tamen pro facultate. Ad profectũ em̃ op⁹ est studio: non indignatione. Vt possimus autem scribere etiã plura celerius: nõ exercitatio mõ pstabit: in qua sine dubio multum est: sed etiam ratio: si non resupini spectãtesq̧ tectum, & cogitationem murmure agitãtes expectauerim⁹ quid obueniat: quid res poscat, quid personã deceat: quod sit tẽpus: qui iudicis animus † intuitu humano quodã modo ad scribendum accesserimus. Sic nobis initia: & quę sequũtur natura ipsa prę scribit. Certa sunt enim pleraq̧ & nisi cõniueamus: in oculos incurrunt. Ideo nec indocti, nec rustici diu quęrunt vnde incipiãt. quo pudendum est magis si difficultatem facit doctrina. Non ergo putemus semper optimũ esse quod latet: ne immutescamus alioq̧: si nihil dicendum videatur: nisi quod non inuenimus. Diuersum est huic eorũ vitium: qui primo quasi decurrere per materiam stylo q̃ velocissimo volunt: & sequentes calorem atq̧ impetum ex tempore scribunt. Hanc syluam vocant: repetunt deinde: & componunt quæ effuderant: sed verba emendantur: & numeri manent in rebus temere congestis: q̃ fudit leuitas. Protinus ergo adhibere curã rectius erit: atq̧ ab initio sic opus ducere: vt cælãdũ non ex integro fabricandũ sit. Aliquãdo tñ affectus sequmur: in quib⁹ fere plus calor q̃ diligentia valet.

quo interim animo.

sic omnes habent: forte q̧ quisq̧ superlatiuũ exigit. is tñ apti⁹ ad subitos quosq̧ casus. dixisse mihi quidem videretur. Quę quidẽ vt diligentius exequamur repetẽda sæpius erunt scriptori pxima. Sic & Aldus. Verum quia non tã disruptc loq solet Fabi⁹. vt possit dixerit exequamur: subdat scriptori cũ nobis poti⁹ dicendum sit: sequar Valleñ. i quo est: scriptorũ proxima: scriptorũ dico. i. eorũ q̃ iã scripta sunt proxima: nã sic melius iungũtur priorib⁹ sequẽtia. Sed tũ maxime cũ facultas (Aldo est facilitas) illa contigerit, resistamus ac prohibeamus (sic quoq̧ Aldus) & ferentes equos: sic etiã Aldus vbi aut ferocieẽtes: aut efferẽtes legã & copulã semel ponã. erit q̧ locus apt⁹. Vtros peccare validius putez. Sic ab oĩbus legit, & vti opinor recte: nã validius nõ est i vsu sicut contra raro valide dicim⁹. Memini narrasse &c.

Ob hunc locũ reor Vallã ridere eos qui memini cũ præsenti mõ cõstruẽndũ putãt: cũ quo tñ Cicero fere cõstruxit: & maro nõ raro. Is fuit &c. Raphael qui se codicẽ Valleñ. vidisse dissimulat: ex eo transcripsit nulla syllaba mutata. Ex hac stirpe fuit &c. Is cũ Secundũ scholæ adhuc operatũ tristem forte vidisset &c. sic Valleñ. quem (tametsi Aldus Raphaelẽ secutus opam dãtem impressit) sequar: tũ q̧ cõcinnior & numeris iustis constãtior est sic locutio: duriter em̃ & succussanter sonãt: opam dantẽ tristẽ: tũ q̧ opatũ Fabiana elegantia dignũ est vocabulum. cũ em̃ facere & opari ad oĩa sint coĩa: tñ cũ per se ponunt reb⁹ sacris: vtpote diuinis & studijs sanctioribus propria sunt: Vñ. Maro. Cũ faciã vitula pro frugibus ipse venito: & lętis opat⁹ i herbis. hinc etiã facere dicunt poetæ imo factores latine dicũt: hinc etiã qui studijs operã dãt opari dicũt: longe ergo significãtius p terq̃ q̧ lonorius dixit opatũ q̃ opam dantẽ. Intuitu humano quodã modo ad scribendũ accesserimus: sic fere legitur etiã in Valleñ. codice: Aldus tñ impssit: quo interim aio tandem ad scribendũ accesserimus: sed cũ neutrã lectionẽ integrã putem: Valleñ. tñ sequar q̧ antiquior & cõmunior est. & stylo Fabiano vicinior: intuitũ autẽ humanum appellare videtur respectum homine dignum.

...cere opari.

RAPH.

¶ Nam in stylo quidẽ q̃libet & præparato: & copula prorsus ẽ expũgẽda. Multis autẽ argumentis dictandi morẽ improbat Quintilianus. ¶ Inhibetur cursus atq̧ omnis quæ erat cõceptæ mentis intentio mota & interdũ iracundia excutit. Sic quidẽ legit: sed loco illius cõceptę forsitan cõcepta: & p mota hic ablatiuus motu ẽ reponendus. ¶ Demosthenes melius: qui in se locũ ex quo nulla exaudiri vox poterat & ex quo nihil pspici posset recũbebat. Minus cõgrua est hæc oratio. Recumbere em̃ absolutũ est verbũ. Quare aut se accusatiu⁹ est eradendus & loco non locũ

¶ Satis apparet ex eo q̧ hanc scribentiũ negligentiam dãno: qd de illis dictandi delitijs sentiam. Nam in stylo quidem: q̃libet pperato dat aliquam cogitationi moram non consequens celeritatem eius manus. Ille cui dictamus vrget: atq̧ interim pudet etiam dubitare: aut resistere: aut mutare: quasi conscium infirmitatis nostrę timẽtes. Quo fit vt non rudia tantũ & fortuita: sed impropria interim: dũ sola est cõnectendi sermonis cupiditas effluant: quę nec scribentiũ curam: nec dicentiũ impetum consequant. At idem ille qui excipit si tardior in scribendo: aut incertior in legendo: velut offensator fuerit: inhibetur cursus: atq̧ omnis quæ erat conceptę mentis intentio: mora, & interdũ iracũdia excutitur. Tum illa quę apertiorem animi motum sequũtur: quęq̧ ipsa animũ quodam modo concitant: quorũ est iactare manũ: torqre vultũ: simul vertere lat⁹: & interim obiurgare quęq̧ Persius notat cũ leuiter dicẽdi gen⁹ significat. Nec plu-

Dictantes reprobat.

teum(inquit)cædit: nec demorsos sapit vngues: etiã ridicula sunt nisi cum soli sumus. Deniq; vt semel(quod est potissimũ) dicam: secretum qd dictãdo perit: atq; liberum arbitris locum: & q̃ altissimum silentiũ scribentibus maxime conuenire nemo dubitauerit. Nõ tamen protinus audiẽdi qui credũt aptissima in hoc nemora syluasq;. q; illa cœli libertas locorũq; amœnitas: sublimẽ animũ: & beatiorem spiritũ parent. Mihi certe iucũdus hic magis q̃ studiorum hortator videt̃ esse secessus. Nãq; illa ipsa quæ delectant necesse est auocent ab intentione operis destinati. Neq; enim se bona fide in multa simul intendere anim⁹ totũ potest: & quocũq; respexerit: desinit intueri: qd propositũ fuerat. Quare syluarum amœnitas: & præterlabentia flumina & inspirantes ramis arborũ auræ volucrũq; cantus: & ipsa late circũspiciendi libertas ad se trahunt: vt mihi remittere poti⁹ voluptas ista videatur cogitationem q̃ intẽdere. Demosthenes melius, q; se in locũ: ex quo nulla exaudiri vox nihilq; pspici posset recondebat: ne aliud agere mentem cogerẽt oculi. Ideoq; lucubrantes silentiũ noctis & clusum cubiculũ: & lumen vnũ velut rectos maxime teneat. Sed cum in omni studiorum genere: tum in hoc præcipue bona valetudo: quęq; eam maxime prẽstat frugalitas necessaria est, cũ tẽpora ab ipsa rerũ natura ad quietem refectionẽq; nobis data in acerrimũ laborem conuertimus. Cui tamen non plus irrogandũ est: q̃ qd somno supererit haud deerit. Obstat enim diligẽtię scribendi etiam fatigatio: & abũde si vacet: lucis spatia sufficiũt. Occupatos in noctẽ necessitas agit. Est tamen lucubratio quoties ad eam integri ac refecti venimus: optimũ secreti genus. Sed silentiũ & secessus & vndiq; liber animus vt sunt maxime optãda: ita nõ possunt semper cõtingere. Ideoq; non statim siqd obstrepet abiiciẽdi codices erũt: & deplorandus dies: verũ incõmodis repugnandũ: & hic faciendus vsus: vt omnia quę impediunt: vincat intentio: quã si tota mente in opus ipsum direxeris: nihil eorũ quæ oculis vel auribus incursant ad animũ perueniet. An vero frequenter etiam fortuita hoc cogitatio præstat: vt obuios non videamus: & itinere deerremus: non consequemur idem si & voluerimus? Non est indulgendũ causis desidiæ. Nam si non nisi refecti: non nisi hilares: non nisi omnibus aliis curis vacantes: studendũ existimauerimus: semper erit propter qd nobis ignoscamus. Quare in turba: itinere: cõuiuiis: etiam faciat sibi cogitatio ipsa secretum. Quid alioqui fiet: cũ in medio foro tot circunstantibus iudiciis: iurgiis: fortuitis etiã clamoribus erit subito continua oratione dicendũ: si particulas quas cæris mandamus: nisi in solitudine reperire non possumus? propter quæ ille idem tantus amator secreti Demosthenes, in litore: in quod maximo cũ sono fluctus illideretur: meditans consuescebat concionũ fremitus non expauescere. Illa quoq; minora(sed nihil in studiis paruum est) non sunt transeunda: scribi optime cæris: in quibus facillima est ratio delendi: nisi forte visus infirmior mẽbranarũ poti⁹

Secreta loca quatenus petenda.

legendum: aut certe verbũ illud recũbebat in id qd ĩ vetusto legitur exẽpla recõdebat est cõmutandũ. I lã aũt in præpositionẽ ad locum esse referendã ne admonendum quidem est vt legatur: qui se in locũ ex quo nulla exaudiri vox poterat & ex quo nihil prospici posset: recondebat. ¶ Ideoq; lucubrãtes silentiũ noctis. & clausum cubiculũ. Silentiũ noctis Varro ex sentẽtia Aelij esse ait intempestã noctẽ. Intẽpestã noctẽ Aelius dicebat cũ tempus agendi est nullũ quod alij concubium appellant. q; fere omnes tunc cubarent. Alij ab eo q; sileretur silentiũ noctis: qd idẽ tempus Plautus cõticiniũ vocat. ¶ Cui tamen nõ pl⁹ irrogãdũ est: q̃ qd somno superit aut deerit. vitia duo verba hic mihi superfluere videntur eoq; esse expungẽda. ¶ Qd abũde si vacet: lucis spatia sufficiunt. Loco illius particulæ quod recte a quibusdã scribitur & copula ¶ An vero frequẽter etiã fortuita hæc cogitatio præstat Licet nullũ viderim exemplar quo niti possim: tñ loco illius vero cõiunctionis hoc aduerbiũ non reponẽdum esse affirmarim. Alioqui hic sensus superiori: quẽ approbare videtur Fabius repugnabit. ¶ Non consequ mur idem si & voluerimus Nisi cũ interrogatione legatur. ver⁹ nõ elicietur sensus ¶ Propter quæ ille idẽ tãt⁹ amator secreti Demosthenes in littore: in quo se maximo cũ sono fluctus illideret. D. litera ascripta quod est legendũ: & aut se pronomẽ expungendũ: aut certe illideret actiue scribendũ. hoc modo. In qd se maximo cum sono fluctus illideret. ¶ Nisi forte visus infirmior: mẽbranarũ potius vsũ exigeret: quæ vt iuuant aciẽ ita crebro relatiõi: qd intingũtur calami morãtur manum. Crebra relatione: & quoad recte in quibusdã legitur exẽplaribus. hoc modo. Ita crebra relatione quoad intingũtur calami: mo

Intẽpesta quæ.

vsum exiget:quæ vt iuuãt aciē:ita crebra relatiōe:quoad intin gūtur calami morant̄ manū & cogitatiōis impetū frangūt. Relinquēdę aūt in vtrolibet gñe vacuę tabellæ in quibus libera adiiciēdi sit excursio. Nã interim pigritiã emēdãdi angustię faciunt:aut certe nouorū interpositiōe priora cōfundunt̄. Ne latas quidē vltra modū eē ceras velim expt⁹ iuuenē studiosum alioq̄ prelōgos habuisse sermōes:qa illos nūero versuū metiebat̄:idq̄ vitiū:qđ frequēti admonitiōe corrigi nō potuerat:mutatis codicib⁹ eē sublatū. Debet vacare etiã loc⁹ in quo notent̄ q̄ scribētib⁹ solēt extra ordinē:id est ex aliis, q̄ q sunt in manib⁹, locis occurrere. Irrūpūt eñ optimi nonnūq̄ sensus: quos neq̄ inserere oportet:nec differre tutū est:qa interim elabunt̄:interī memorię sui intētos ab alia īuētiōe declinãt. Iōq̄ optīe sūt ī deposito.

rantur manū. ❡ Relinquēdæ aūt in vtrolibet gñe cōtra eū vacuę tabellę. Ille accusatiuus eū sensui nō cōuenit. Iōq̄ est expūgēdus. E regione eñ eorū q̄ scribunt̄ siue in ceris siue in mēbranis relinquēdas esse vacuas tabellas præcipit qđ q̄dē latiores margines nūc pręstant.

ASCENSIVS.

❡ Nã in stylo quidē q̄libet propato. Sic Val. & Ald. sed Raphael legit pręparato: q̄uis̄ ī cōtextu etiã ab eo recognito pparato legat̄. Velut offēsator. i. īpeditor fuerit: dubitari tñ liceat An offēsator legatur poti⁹. atq̄ ois q̄ erat cōceptę mētis intentio: sic Val. & Ald. nec sequar Raph. vt concepta legã:quia sic quoq̄ mēte legero:accipit aūt mentē pro spiritu vehemēti: neq̄ mirū si nō intellexit Raph. vocabulū mora pro eo eñ mota legit:cū nihil sit aptius q̄ mora:excutit̄ eñ intētio. i. vehemens opa mētis cōceptę:mora quã facit offensator ille. & interdū iracūdia:q̄ ex mora oboritur. Neq̄ eñ se bona fide. i. sedulo & diligēter. Et quocūq̄ respexerit. i. retrorsū spexerit: aut iterū sed in diuersum ab eo qđ ppositū est viderit. Ab intētiōe. i. vehemēti insudatione. Raro aūt apud idoneos accipitur intentio pro pposito. & instituto. vñ malim dicere huc est intentio mea q̄ hæc. Demosthenes melius. sup. egit: & est honesta:qa gñalis verbi eclipsis Qui se in locū ex quo nulla exaudiri vox poterat: illud poterat nō est in Vallēn. estq̄ superfluū:cū sequat̄ posset qđ ad vtrūq̄ sufficit verbum & exaudiri & pspici. Recōdebat. sic Vallēn. nec sequar Aldū qui recipiebat impssit nō quin ea vox apta sit:sed q̄ ab archetypo nollē discedere:impssit aūt male pōt p posset. Et clusum cubiculū:sic quoq̄ Vallēn. Velut rectos. i. velut recta in rē vnã intētos in eã videlicet quã proposuerint. Bona valetudo: sic Aldus:nam a valendo deducit̄ vñ & secūda longa est. cū a valido validitudo dicat̄. q̄ qđ somno superrit aut deerit: legã. haud deerit qa sic in Vallēn. est repositū. Vultq̄ non subtrahendū tps somno necessariū. Et abūde sic Vallēn. qui legit An vero frequēter etiã fortuita hæc cogitatio præstat vt obuios nō videamus:idq̄ sequar:nã illic nō melius quadrat q̄ in principio. Idē habet, oībus alijs curis vacãtes:qđ & Aldus habet:Quare in turba, itinere, cōuiuij etiã, faciat sibi cogitatio ipsa secretū. Sic Vallēn. Aldus aūt Raphaelis codicē secutus:post vocabulum cōuiuijs habet: vel cōcione:qđ ab aliquo imperito e margine in cōtextū intrusum opinor. Nã si in cōcione auctor posuisset:inepte intulisset:Quid alioqui fiet cū in medio foro &c. Cū in concione lōge pl⁹ strepit⁹ sit q̄ in foro:in foro eñ ad iudices mō fit oratio: in cōcione ad vniuersum populū:quare Vallēn. sequar. cuius codicis scriptori nescio an pares grãs referre possimus. Habet: in quo maximo cū sono fluct⁹ illideret̄. Quã lectionem itidē sequar: licet Aldus impsserit Raphaelis admonitionē secut⁹: in qđ se maximo cū sono fluctus illideret; nã licet hæc posterior lectio nō minus sonora sit nec minus latina: Vallēn. tñ videt̄ magis antiqua & sæpe magis vera: qa dū fluctus vēto aut nauib⁹ impulsus ad litora illidit̄: nō se illidit; immo nec: si spōte in litt⁹ aut scopulos ferret̄: ab illo el aut illis nō a se illideret̄. Quia tñ id cautiūter dictū videret̄ cū vulgo dicam⁹ hoīes illisisse sibi caput ad postē aut parietē: sequar Vallēn. ppter vetustatē q̄ facit vt sic Fabiū scripsisse putē: nec tñ negē quin scripserit iqđ: ppter ea q̄ sequunt̄ maxio cū sono: ne tot voces in o exeãt: psertim cū manifestior sit latinitas ppter motū ad locū: cū tñ cū iã in littore sunt illidãtur fluct⁹ a cautibus. Sed hæc tã pbxe ppter maleuolos qui quæ defendere possent vellicare malūt. Crebra relatiōe quoad intingunt̄ calami. Sic Vallēn. & Aldin⁹. Intingunt̄ aūt calami aut atramēto qđ encaustū vocãt aut sepia: alioq̄ si de mēbranis loq̄ret̄ impingunt̄ diceret: relatio ãt. i. repottatio frequēs fit a mēbranis ad atramētariū & cōtra dū in his scribit̄: nulla dū ceris. In vtrolibet gñe. i. siue mēbranis siue ceris scribat (nã chartarū videt̄ nōdū fuisse vsus) Cōtra eū (sic Vallēn.) sup. q scribet. i. ex aduerso: tabellæ vacuæ. i. nō occupatę. Ego certe licet Aldus eū. expūxerit & nō optime sonet: aliqđ tñ desiderē: nã contra solū hic non recte locatū videtur: dubitēq̄ an aciē pro eū legã: sed libentius cōtra expungã. Codicibus. i. tabellis in quibus scribebat. Nã codex proprie trūcus est: idēq̄ quod caudex in quo multi sunt libri in quibus olim scriptitabãt. Vnde Iuuenalis: residens in codice pellex. i. trunco.

## De emendatione. Cap. IIII.



Equitur emendatio pars studiorum lōge vtilissima. Neq̄ enim sine causa creditū est: stylum nō minus agere cum delet. Huius autē operis est adiicere: detrahere: mutare. Sed facilius in iis simpliciusq̄ iudiciū quæ replēda vel deiicienda sunt. Premere vero tumentia: Emendationis partes.

RAPH.

❡ Sequitur emēdatio pars studiorū longe vtilissima. Quomodo ac quaten⁹ sint emendãda quæ a nobis scribuntur: pulcherrime clarissimeq̄ hoc capite declaratur. ❡ Nã quod Cinę smyrnam nouem annis accepimus scriptã: & panegyricū Isocratis. De Cinæ smyrna

...næ smyrn...

digerere

humilia extollere: luxuriantia astringere: inordinata † dirigere: soluta cōponere: exultātia coercere, duplicis operę. Nā & damnanda sunt q̄ placuerāt: & inueniēda q̄ fugerāt. Nec dubiū est optimū esse emēdandi genus si scripta in aliqđ tēpus reponant: vt ad ea post interuallū velut noua atq; aliena redeamus: ne nobis scripta nostra quasi recētes fœtus blādiant. Sed neq; hoc cōtingere semp pōt: psertim oratori: cui sæpi⁹ scribere ad psentes vsus necesse est. Et ipsa emēdatio finē habet. Sūt em̄ q ad oīa scripta tāq̄ vitiosa redeāt: & quasi nihil fas sit rectū eē: qđ primū est melius existimēt qcqd est aliud: idq; faciāt: quoties librū in manus resumpserint: similes medicis etiā integra secātibus. Accidit itaq; vt cicatricosa fiūt & exanguia & cura peiora. Sit ergo aliqñ qđ placeat: aut certe qđ sufficiat: vt opus poliat lima: non exterat. Tēporis quoq; eē debet modus. Nā qđ Cinnæ Smyrnā nouē annis accipimus scriptā: & panegyricū Isocratis: q parcissime decē annis dicūt elaboratū: ad oratorē nihil pertinet: cuius nullum erit: si tam tardū fuerit auxilium.

Emendādi ratio.

Emēdandi finis.

sic ait Catullus in Cæsarē. Smyrna mei Cinnæ nonā post deniq; messem: Q̄ cœpta est: nonam edita post hyemem. De eodem Cinna Seruī⁹ in georgica Virgilij scribit. Cinna etiam poeta optim⁹ fuit qui scripsit smyrnam: quem libellum decem annis elaborauit. Isocratis vero egregi⁹ ille panegyricus etiānum extat.

Cinna ... na qua

ASCENSIVS.

fides deficit. Quod & ipſum argumentū, ſubeſſe artem aliquā: iuuariq́ ratione naturam: cum iidem docti facere illud: indocti & inexercitati non poſſimus: q̄q̄ inuenio apud Platonē obſtare memoriæ, vſum literarum videlicet ꝙ illa quæ ſcriptis repoſuimus: velut cuſtodire deſinimus & ipſa ſecuritate dimittimus. Nec dubiū eſt quin plurimū in hac parte valeat mentis intētio: & velut acies luminū a proſpectu rerū quas intuetur nō auerſa. Vnde accidit: vt quæ per plures dies ſcribimus ediſcēdi cauſa cogitatione ipſa cōtineat. Artē autē memoriæ primus oſtendiſſe dicitur Simonides: cuius vulgata fabula eſt: cū pugili coronato carmē: quale cōponi victoribus ſolet: mercede pacta ſcripſiſſet: abnegata ei pecuniæ pars eſt: ꝙ de more poetis frequentiſſimo digreſſus in laudes Caſtoris & Pollucis exierat: quapropter partē ab iis petere: quorū facta celebraſſet iubebatur: & perſoluerūt vt traditū eſt. Nā cū eſſet grande cōuiuiū in honorem eiuſdē victoriȩ: atq́ adhibit⁹ ei cœnȩ Simonides: nūcio ē excit⁹: ꝙ eū duo iuuenes equis aduecti deſiderare maiorē in modū dicebant: & illos qdē nō inuenit: fuiſſe tn̄ gratos erga ſe exitu cōperit. Nā vix eo limē egreſſo: Tricliniū illud ſupra cōuiuas corruit: atq́ ita cōfudit: vt nō ora mō oppſſorū: ſed mēbra etiā oīa regrētes ad ſepulturā propinqui nulla nota poſſent diſcernere. Tū Simonides dicit memor ordinis quo qſq́ diſcubuerat: corpora ſuis reddidiſſe. Eſt autem magna inter auctores diſſenſio: Glaucone Chariſtio: an Leocrati: an Agatharcho: an Scopæ ſcriptū ſit id carmen: & Pharſali fuerit hæc domus: vt ipſe quodā loco ſignificare Simonides videtur, atq́ Apollodorus & Eratoſthenes & Euphorion & Lariſſeus Eurypylus tradiderunt: an Cranone vt Apollas Callimachus: quē ſecutus Cicero hanc famā latius fudit. Scopā nobilē Theſſalū periſſe in eo cōuiuio cōſtat: adiicitur ſororis filius: putāt & ortos pleroſq́ ab illo Scopa qui maior ætate fuerit: q̄q̄ mihi totū de Tyndaridis fabuloſum videtur. Neq́ oīno huius rei meminit vſq̄ poeta ipſe: profecto nō taciturus de tāta ſua gloria. Ex hoc †Simonidis: facto notatū videtur iuuari memoriā ſignatis animo ſedibus: idq́ credere ſuo quiſq́ experimento. Nam cū in loca aliqua poſt tēpus reuerſi ſumus: non ipſa agnoſcimus tantū: ſed etiam quæ in iis fecerimus reminiſcimur: perſonȩq́ ſubeunt: nōnūq̄ tacitæ quoq́ cogitationes in mentem reuertuntur.

continet. ſ. mētis itētio. Simonides an artem memoratiuam inuenerit.

Caſtoris & Pollucis prȩſtigiæ.

Simonides facto notauit iuuari.

ASCENSIVS.

¶ Sed ipſa excolendo. i. dū excolitur vt in elegantiis adnotauit Valla. Et totus de quo diximus adhuc inanis labor niſi cæterȩ partes hoc velut ſpiritu cōtinētur: ſic Vallen. & eſt vera lectio: quā & Aldus ſequitur: niſi ꝙ inanis eſt labor impreſſit: qđ paruī refert: verū numerus oratorius nō deſiderat vt legatur veluti: & penitus refragatur vt contineātur. Eſt eñ finis hexametri in quē deſinere orationē turpiſſimū eſt: vſq́ adeo vt notatus ſit Cicero ꝙ archipiratā in clauſula poſuerit: cuius rei ſi Raphael meminiſſet nō ita repoſuiſſet: ꝙ ſi dubitet niſi cū indicatiuo poſſe conſtrui, legat elegantias Vallȩ. Et quæ ſunt ab aduerſa pte dicta &c. Vallēſ eſt q̄ ſint. Nec vtiq́ ea quo &c. ſic Vallen: Aldus aūt Raphaelē ſecutus eo legit: ego neutrū damnē cū vtrūuis poſueris alterū ſit intelligendū. Nec alio mihi videtur &c. Sic Vallen. Aldus: nō alio mihi videtur. Raph. nō alio mihi videatur. Ego, Aldū ſequar: aut Vallen. potius q̄ Raphaelē: cū tamē vt loco nec ſcribaē hæc particula non. ¶ Nō arbitror aūt mihi in hoc immorādū qcqd memoria faciat. Pro memoria quidā rectē memoriā legūt: ſed etiam loco illi⁹ quicquid: quid legendū videtur. hoc modo. Quid memoriam faciat. ¶ Œq̄ pleriq́ imprimi q̄dā veſtigia noſtro animo velut in gyris annulorum ſigna ſeruentur. In ceris legendum eſſe non gyris facile videbit qui Ariſtotelis opuſculum de memoria & reminiſcentia in quo hæc tractantur: diligentius legerit: ſed alio quoq́ flagitio hic ſenſus mihi infect⁹ eē videtur. Niſi eñ hoc relatiuū quæ aſcribatur oratio māca minuſq́ cōgrua eſſe videbitur. Quare hoc modo mihi legēdū videē. Œq̄ pleriq́ imprimi q̄dā veſtigia noſtro animo quȩ velut in ceris annulorū ſigna ſeruentur: exiſtimant. ¶ Neq́ ero tā credulus vt quaſi habitu tardiorem ſirmiorēq́ fieri memoriā putē. Aliqd verbi hic mihi deeſſe videē. Quid vero aſcribendū ſit mihi non liquet. ¶ Niſi in hoc lumē orādi extuliſſet. Integra quidē ac mēdis vacare hȩc clauſula pleriſq́ videē. Mihi vero ſic eſſe deprauata: vt niſi vim aut artē ſimileue nomē aſcribam⁹: parū elegās & ſenſus & oratio habeaē. In maximū nāq́ lumē orādi artem a memoria fuiſſe euectam aſſerit Quintilianus. Forſitan igitur hic accuſatiuus vim ita eſt aſcribēdus vt hoc mō legatur. Niſi i hoc lumē orādi vim extuliſſet. ¶ Tū Simonides dicitur memor ordine quo qſq́ diſcuberat. Pro ordine ratio grāmatices vt ordinis legatur expoſcit. ¶ An Cranone Cranon oppidū eſt Theſſaliæ a Cranone Pelaſgi filio dictū de quo & Valerius Maximus qui in primo hāc narrat hiſtoriā. Cœnāti eñ apđ Scopā Cranone qđ eſt in Theſſalia oppidum. ¶ Ex hoc Simonides facto notauit

Cranon o
dū quod f

videtur iuuari memoriā signatis animo sedibus: idq credere suo quisq experimēto: Verbū illud videtur vt redūdans a sensu nō admittitur q̄uis in quibusdā exēplaribus Simonidis & notari pro illo notauit: fuerit deprauatū Simonides nāq ipse notauit memoriā signās animo sedib⁹ iuuari. Ipse nāq memorię artificialis auctor scribit fuisse.

Raphael ipse Aldinā lectionē probet. Nō arbitror aūt mihi in hoc immorādū quid sit qđ memoriā faciat: sic Vallen. sicq legam. Est in eodē velut in ceris: sed deest quę relatiuū qđ Raph. adscriptū vult: Aldusq adscripsit: cū nō sit oīno necessariū. Adnotauitq Valla id Aristotelem dicere in libro de memoria & reminiscētia. Neq ero tā credulus vt quasi habitu &c. sic Val. & Ald. nihilq additū habēt. Mihi aūt legendū videtur vt sit quasi abitu tardiorē: sic inquā quasi per impressionē tardiorē abitu. i. in abeūdo: q̄ p. i. firmiorē. Erus aūt qđ ad animū pertinet magis admirere naturā: sic Vallen. & vetus impssio: Aldus aūt impssit: admirer. Nisi in hoc lumen orandi extulisset sic Vallen. vt subaudiatur se. Aldus tñ hortatu Raphaelis impressit vim extulisset: ego legā: nisi & hoc lumē extulisset. Cū idē docti facere: sup. possimus: in Vallen. emendatum est ijdē: sed Aldus idē impressit verū legēdo idē: videtur redūdare qđ additur illud: sed dicā idē regi a docti: vt sit: cū nos docti idē: possimus facere illud: indocti & inexercitati nō possimus. Abnegatā ei pecuniæ partē: dependet a fabula est: Vallen. aūt habet: abnegata ei pecuniæ pars est: quæ lectio: licet priorē sequatur Aldus: mihi probabilior est: q̄ sequitur iubebatur: pro quo dixisset iussum esse si ad illud fabula est: respexisset. In Vallen. est memor ordine quo: quod si esset quo ordine non mutarē. Ex hoc Simonidis facto notatū videtur &c. sic Val. & Aldi. quorū lectioni melius q̄ Raphaelis cōgruit qđ additur. idq credere suo q̄sq expimēto: id enī nō bene ad verbū notauit: sed ad notatū videt. Qđ vero Simonides memorię artificialis auctor scribit: hoc ideo fit, q̄ ei⁹ factū occasionē dederit.

RAPH.

¶ Et in multos deductā recessus. Nō deductā: sed diductā hoc est diuisam atq distinctā vt legam⁹ sensus exposcit. ¶ In ea qcqd nobile est. Nobile qdē legit: sed corrupte: vt mihi videt notabile aūt sensui maxime est accōmodatū: itaq forsitan est legēdū. ¶ Tñ q̄ scripserūt. Tū loco tñ apte est reponendū. ¶ Hęc itaq diligere primū sensum bel lotuz vestibulo quasi assignāt. Adeo deprauat⁹ ē hic locus: vt varie qdē i exēplaribus legat: sed vix vllo mō sensus elici pōt. Alij nāq legunt loco diligere deligūt: alij dirigūt: alij sensum in locū pmutāt. Verū ne sic qdē: vt dixi integer hui⁹ loci habet itellect⁹. ¶ Locis est vtēdū multis: illustribus: expectatis: modicis interuallis. In scđo de oratore Ciceronis libro: vbi hęc sūt descripta: ac fere oīa quę de memoria hacten⁹ Fabius scripsit accepta sunt: pro expectatis emēdate legit explicatis. ¶ Quod pstitisse Hortēsiū dicūt. Hoc scribit Seneca libro. i. declamationū. Aut qđ fecit Hortēsius quia Sisenna puocatus in auctione psedit totū diē: & oēs res & pcia & emptores ordine suo argētariis recognoscentibus. ita vt in nullo falleret: recensuit. ¶ Sed cum sermonis alicuius habitu: emendatione mihi hic quoq locus indigere

¶ Nata est igitur: vt in plerisq, ars ab experimento. Loca discūt vt q̄ maxime spatiosa: multa varietate signata: domū forte magnā: & in multos diductā recessus. In ea qcqd † nobile est: animo diligēter affigitur: vt sine cūctatione ac mora ptes eius omneis cogitatio possit percurrere. Et primus hic labor est: nō hęrere in occursu (Plus enī q̄ firma debet esse memoria: q̄ aliā memoriā adiuuet) Tū q̄ scripserūt: vel cogitatione cōplectūtur: & alio signo quo moneant notāt: qđ esse vel ex re tota potest: vt de nauigatione, militia: vel ex verbo aliquo. Nā etiā excidētes vni⁹ ad monitione verbi in memoriā reponūtur. Sit aūt signū nauigationis: vt anchora. militię, vt aliqd ex armis. Hęc itaq † digerūt: primū sensum vestibulo quasi assignant: secūdū atrio: tū impluuia circūeūt, nec cubiculis modo aut exhedris: sed statis etiā simulibusq per ordinē cōmittūt. Hoc facto cū est repetēda memoria: icipiūt ab initio loca hæc recēsere: & qđ cuiq crediderūt: reposcūt: vt eorū imagine admoneātur. vt q̄libet multa sint: quorū meminisse oporteat: fiant singula cōnexa quodā choro: ne errēt coniūgentes prioribus sequētia solo ediscendi labore. Quod de domo dixi & in operibus publicis & in itinere longo vt vrbium ambitu & picturis fieri potest. Etiam fingere sibi has imagines licet. Opus est ergo locis: quæ vel finguntur vel sumūtur: imaginibus vel simulacris: quæ vtiq fingenda sunt. Imagines notę sunt: qbus ea quæ ediscēda, notamus: vt quo modo Cicero dicit locis pro cęra: simulacris p literis vtamur. Illud quoq ad verbū ponere optimū fuerit. Locis est vtendū multis: illustribus: explicatis: modicis interuallis: imaginibus aliqd agentibus: acribus insignitisq: quę occurrere celeriterq † percutere animū possint. Quo magis miror quo mō Metrodorus in. xii. signis per quę sol meat: tricenos & sexagenos inuenerit locos. Vanitas nimirum fuit atq iactatio circa memoriam suā potius arte q̄ natura gloriātis. Equidē hæc ad quædā prodesse nō negauerim: vt si rerū nomina multa per ordinē audita reddēda sint. Nāq in iis quæ didicerūt: locis: reponūt res illas: mensam: vt hoc vtar, in vesti-

Ars memoriæ quæ sit notabile. dirigunt percutere

bulo:in atrio puluinũ:& sic cætera:deinde relegentes:inueniũt
vbi posuerint.Et forsitan ĩ hoc sunt adiuti:q auctione dimissa:
quid cuiq; vẽdidissent testibus argẽtariorũ tabulis reddiderũt.
Qđ p̃stitisse Hortẽsiũ dicũt.Minus idẽ ꝓderit in ediscẽdis:quę
orationis perpetuę erũt.Nã & sensus nõ eãdẽ imaginẽ quã †res
locus habent:cũ alterũ fingẽdũ sit:& horum tñ vtrũq; cõmonet. Sed
cũ sermonis alicuius †habitu verborũ cõtextus† eadẽ arte quo
habiti mõ cõprẽhẽdet? Mitto q̃ q̃dã nullis simulacris significari pos-
ediscendus sunt:vt certę cõiũctiones.Habeam⁹ eñ sane:vt q notis scribũt:
est. certas imagines oĩm: & loca.s.infinita: p q̃ verba q̃ sunt in qnq;
cõtra Verrẽ secũdę actiõis libris explicent:vt meminerim⁹ etiã
omniũ quasi depositorũ:nõne ĩpediri qdẽ eorũ q̃ dicit:decursum
necesse est duplici memorię cura?Nã quo mõ poterũt copulata
fluere:si ꝓpter singula verba ad singulas formas respiciẽdũ erit?
Quare & Carneades & Scepsius(de quo mõ dixi)Metrodorus
quos Cicero dicit vsos hac exercitatione:sibi habeant sua. Nos
simpliciora tradamus. Si lõgior cõplectẽda memoria fuerit ora
Memorię p̃cepta per Fabium. tio:ꝓderit p ptes ediscere (Laborat.n.maxime onere)& hę ptes
nõ sint perexiguę(alioq nimis multę erũt)& eã distinguẽt atq;
cõcidẽt.Nec vtiq; certũ impauerim modũ: sed maxime vt qsq;
finiet loc⁹.Ni forte tã †numerosus: vt ipse quoq; diuidi debeat.
sit Dãdi sunt certi qdã termini:vt cõtextũ verborũ (q est difficilli
mus)cõtinuet crebra meditatio:ptes deinceps ipsas repetit⁹ or
do cõiũgat.Nõ est ĩutile quo facilius hęreãt: aliquas apponere
notas: quarũ recordatio cõmoneat : & quasi excitet memoriã.
Nemo eñ fere tã infelix:vt qđ cuiq; loco signũ destinauerit ne-
sciat:vt si erit † tardus ad hoc:eo quoq; adhuc remedio vtat:vt
tradendus ipsę excitẽt notę.Hic est ex illa arte nõ inutile,attẽdere signa ad
eos q exciderũt:sensus anchorã (vt supra posui) si de naue dicẽ
dũ eẽt:spiculũ si de ꝓlio.Multũ eñ signa faciũt:& ex alia memo
ria venit alia:vt cũ trãslatus annulus vel alligat⁹ cõmoneat nos
cur id fecerimus.Hęc magis adhuc astringũt:q̃ memoriã ab ali
quo simili trãsferũt ad id qđ cõtinẽdũ est:vt in noĩbus: si Fabi⁹
forte sit tenẽdus:referamus ad illũ cũctorẽ q excidere nõ potest:
aut ad aliquẽ amicũ:q idẽ vocet: qđ est facilius in Apris & ĩ Vr
sis & Nasone aut Crispo:vt id memorię affigat:vnde sunt noĩa.
Origo quoq; aliqñ declinatorũ tenẽdi magis causa est:vt in Ci-
cerone, Verrio, Aurelio si debet inseri.Illud neminẽ nõ iuuabit
iisdẽ quibus scripserit ceris ediscere. Sequũtur enim vestigiis
quibusdã memoriã:& velut oculis intuetur nõ paginas modo
sed versus prope ipsos:qui tum dicit similis legẽti. Iam vero si
litura aut adiectio aliqua aut mutatio interueniat: signa sunt
quædam quæ intuentes errare non possumus. Est ratio, vt illi
Ratio altera de qua primũ locutus sum: arti nõ dissimilis:ita (si quid me ex
perimenta docuerũt) & expeditior & potentior:ediscere tacite
Ediscere tacite. Nam id quoq; est:quod tum erat optimũ:si non subirent:velut
ociosum animũ plerũq; alię cogitationes:ꝓpter quas excitãdus
est voce:vt duplici motu iuuetur memoria dicẽdi & audiendi.

videtur. Fortasse autẽ illa
cũ prępositio est eradenda
& pro illo habitu legendũ
est habiti: aut certe vt ni-
hil eradatur: hoc partici-
piũ ediscẽdus cũ est verbo
vt ascribatur sensus expo-
scit.hoc modo: sed cum ser
monis alicuius habiti ver
borũ cõtextus est ediscẽd⁹:
eadẽ arte quo modo cõp̃
hendetur:vt intelligamus
verborũ cõtextũ alicui⁹ ha
bitæ orationis minime ar
tificiali memoria cõprẽhẽ
di posse. ¶ Vt certæ cõ-
iũctiones: Certæ legẽdũ est
nõ cæteræ. ¶ Quare & Car
neades & Septius de quo
mõdo dixi Metrodorus .
Scepsis vrbs est Phrygiæ:
vt ait Stra. vnde scepsi⁹ di Scepsis vrbs locorum.
citur Metrodorus. Quare
nõ Septius:sed scepsius est
scribendũ. ¶ Nec vtiq; cer
tũ impauerim modo. Pro
modo reponendũ esse mo
dũ aperte cõstat. ¶ Ni for-
te tã numerosus:Hoc ver-
bũ sit & cõpositionis & sen
sus integritas exposcere vi
detur vt legatur. Ni forte
tam sit numerosus. ¶ Vt
si erit tradendus ad hoc.eo
quoq; adhuc remediũ vti-
tur vt ipsę notę. hunc locũ
& qui sequitur: deprauatũ
eẽ facile ex eo colligitur q
varie in exẽplaribus legit.
Nam & remedio alibi legi
tur & excitet verbum ascri-
bitur.hoc mõ. Vt ipse exci
tent notæ: sed nẽ sic quidẽ
verus percipitur sensus .
¶ Vt cũ translatus annu-
lus vel alligat⁹ cõmoneat
nos cũ iis fecerimus. In q-
busdam quidẽ exemplari-
bus pro iis hæc legitur:sed
ne sic quidẽ omnes mendæ
sublatę sunt. loco eñ illius
particulę cũ cur est legendũ
& id potius q̃ hæc scribẽdũ
hoc modo.cur id fecerim⁹.
¶ Vt in Cicerone Verrio
Aurelio si debet inseri quid
sibi velit hæc clausula non
liquet mihi:tametsi in qui
busdam exẽplaribus misce
ri legat pro illo inseri. ¶ Se
quũtur eñ in vestigiis qui
busdã memoriã &c. in p̃po
sitio: vt quæ a sensu repel-
latur est eradenda: & q non

Sed hæc vox ſit modica & magis murmur. Qui autem legente alio ediſcit: in parte tardatur, q̄ acrior eſt oculorum: q̃ aurium ſenſus: in parte iuuari poteſt, q̄ cum ſemel aut bis audierit: continuo illi memoriam ſuam experiri licet: & cum legente contẽdere. Nam & alioqui id maxime faciendum eſt: vt nos ſubinde tentemus: quia continua lectio: & quæ magis & quæ minus hærent: æqualiter trãſit: in experiẽdo reneaſne & maior intẽtio eſt & nihil ſuperuacui tẽporis perit: quo etiã quæ tenemus repeti ſolẽt: ita ſola q̃ exciderũt retractãtur: vt crebra reiteratione firmentur: q̄q̃ ſolent hoc ipſo maxime hærere: q̄ exciderunt.

Ediſcere legendo
Audiendo.

quæ legendũ videtur. hoc modo. Sequit̃ eñ veſtigijs quibuſdã memoriã: & velut oculis intuetur nõ paginas modo: ſed verſus ꝑ ſe ipſos: q tñ dicit ſimilis legẽti. ¶ Eſt ratio vt eſt illi de qua primũ locutus ſũ: illã eſt iterũ aſcriptũ videt̃ eradẽdũ. hoc mõ. eſt rõ vt illi. ¶ Quo etiã q̃ tenemus repiri ſolẽt. Repeti vt legat̃ ſenſus expoſcit: nõ repiri.

ASCENSIVS.

¶ Loca dicunt Aldus. Loca diſcũt Raphael: Loca diſcũtur Vallẽſ. habet, ſed Raphaelẽ ſequar: eo q̄ ſequitur domũ forte magnã &c. In ea quicq̄d eſt nobile. i. inſigne: ſic Vallẽſ. Aldus tñ notabile impreſſit. Vallẽſ. habet tũ q̃ ſcripſerũt. Hæc itaq̄ dingũt: ſic Aldus. In Vallẽſ. aũt repoſitũ eſt digerũt: ad cuius repoſitionẽ totus hic locus a nobis reſtitutus parũ videt̃ obſcuritatis habere. ¶ Vt eorũ imagine admonẽtur: vt. i. ſecũdum q̄: ſic Vallẽſ. alij: & eorũ legũt. Sint ſingula quodã choro: in Vallẽſ. eſt ſiunt ſingula connexa quodam corio, q̄d nõ placet. ¶ Quibus ea quæ ediſcenda: ſup. ſunt. Ad verbũ ponere. i. nullo verbo a Ciceronis in ſecũdo de oratore præſcripto mutato. Illuſtribus explicatis, ſic Vallẽſ. Celeriterq̄ percurrere animũ &c. ſic Ald. at Vall. percutere habet: q̄d placet: quia animus percurrit imagines: & imagines percutiũt animũ. Aut q̄d fecit Hortenſius &c. hoc totũ q̄d Raph. adducit in Vallẽſ. adnotatũ eſt. Sed cũ ſermonis alicuius habitu, verborũ contextus, eadẽ arte quõ cõpręhẽdetur. Sic Vallẽſ. & fere veteres: vt ſit ſenſus. Sed quõ cõtextus verborũ cũ habitu. i. firma diſpoſitione alicuius ſermonis, cõpꝛhẽdetur eadẽ arte? q. d. difficile id fuerit docere. Aldus autem cũ Raphaele conſentiens impreſſit: Sed cũ ſermonis alicuius habitu verborũ contextus eſt ediſcendus eadẽ arte &c. Ni forte tã numeroſus: ſic Vallẽſ. neq̄ per me mutetur: nã quod Raphael dicit a cõpoſitione exigi ſit, mihi omnino contra videtur: nam ea particula appoſita fiet hexametri finis: ſed ſunt ſuæ cuiq̄ aures: meæ verbũ ſit reſpuũt: nec ſenſus ipſum efflagitat: cũ ad verbũ finietur apte referatur. Vt ſi erit tradendus: lego tardus: vt ſit ſi vtens artificiali memoria: erit tard⁹ ad hoc. i. ad huiuſmodi artẽ: vtatur adhuc eo remedio: vt ipſę notę quod locis appoſuit: excitent. ſ. memoriã eius (verbũ aũt excitent in Aldina eſt impreſſione) hic nõ inutile eſt ex illa arte attendere ſigna ad eos qui exciderũt ſenſus: anchorã (vt ſupra poſui) ſi de naue dicendum erit: ſpiculum ſi de prælio. Tranſlatus annulus. ſ. aut a manu altera in alteram: aut a digito vno in aliũ: vel alligatus vt non poſſit demi: ſic quidam corrigiam nodo aſtringunt: ſi quid priuſq̃ dormiant effectum velint cuius vereantur obliuiſci. In Apris & Vrſis: hominũ ſunt nomina: vnde adhuc vrſini forſitan Romæ. Sed in Fabijs quoq̄ fabarũ ſignũ valuerit. Origo quoq̄ aliquãdo declinatorum. i. deductorũ aut deriuatorum, eſt cauſa tenendi magis. ſ. in memoria nomen alicuius: vt in Cicerone. Varrio. Aurelio ſi debet inſeri. ſ. orationi vnũ illorum nominum: nam ſi nomen Cicero: meminero: ciceris vnde declinatum eſt. ſi Verrius Verris: ſi aurelij: auræ. i. fauoris.

RAPH.

¶ Illud ediſcendo ſcribendoq̄ cõmune eſt vtriq̄: plurimũ conferre bonam valetudinẽ: digeſtum cibum: animũ cogitationibus alijs liberum. Verũ etiam in iis quæ ſcripſimus: cõplectendis multũ valent: & in iis quæ cogitamus continendis prope ſolæ: excepta q̃ potiſſima eſt exercitatione: diuiſio & compoſitio. Nam qui recte diuiſerit: nunq̃ poterit in rerum ordine errare. Certa ſunt enim non ſolum in digerẽdis quæſtionibus: ſed etiã in exequendis: ſi modo recte dicimus prima ac ſecunda: & deinceps, cohæretq̄ omnis rerum copulatio: vt ei nihil nec ſubtrahi ſine manifeſto intellectu: nec inſeri poſſit. An vero Scæuola in luſu duodecim ſcruporum: cum prior calculum promouiſſet: eſſetq̄ victus dum rus tendit: repetito totius certaminis ordine quo dato erraſſet: recordatus rediit ad eum: quicum luſerat: iſq̄ ita factum eſſe confeſſus eſt? Minus idem ordo valebit in oratione præſertim totus noſtro arbitrio conſtitutus: cum tantum ille valeat alternus? Etiam quæ bene compoſita erunt memoriam ſerie ſua ducent. Nam ſicut facilius verſus ediſcimus q̃ proſam orationem: ita proſam † vinctam q̃ diſſolutam.

Valetudo. memoriæ cõducit.
diuiſio & cõpoſitio.
Ordo.
ſunctam

¶ Ex hac ingnitorũ diuerſitate nata dubitatio eſt an verbum ſit ediſcẽdũ dicturis. Ad præpoſitio reponẽda videtur vt legatur. An ad verbum. ¶ Alioqui etiã ſcribere præcipue a pueris ſit ſuperuacuũ: idq̄ obtinendum. Tria hæc verba pręcipue a pueris: in ſenſũ ſequentẽ hinc videtur trãſferẽda: vt legatur. Alioqui etiã ſcribere ſit ſuꝑuacuũ: idq̄ ꝑcipue a pueris obtinendũ. ¶ Sed ibi protinus ſumpſiſſe videamur. Prõpſiſſe mihi ꝑ illo ſumpſiſſe rectius legi videretur. ¶ Etiam vtile erit ad omnia ſe verba alligare. Inutile legẽdũ eſſe ex ipſo ꝑcipit̃ ſenſu. ¶ Habenda tamẽ fides vel in hoc q crediderit & ſperet: vt ꝑticula ẽ aſcri:

Sic contingit:vt etiã quæ ex tẽpore videbãtur effusa ad verbũ repetita reddantur:quod meæ quoq; mediocritatem memoriç ſequebatur:quãdo interuẽtus aliquorũ:qui hunc honorẽ mererentur:iterare declamationis partẽ coegiſſet.Nec eſt mendacio locus ſaluis qui interfuerũt.Siquis tamẽ vnã maximãq; a me artem memoriæ q̃rat:exercitatio eſt & labor:multa ediſcere:multa cogitare:&(ſi fieri põt)quotidie potẽtiſſimũ eſt.Nihil ęque vel augeť cura:vel negligẽtia intercidit.Quare & pueri ſtatim vt pręcepi:q̃plurima ediſcãt:& q̃cũq; ætas operã iuuandæ ſtudio memoriæ dabit:deuoret initio tediũ illud:& ſcripta & lecta ſæpius reuoluẽdi:& quaſi eũdẽ cibũ remandẽdi.qđ ipſum hoc fieri põt leuius:ſi pauca primũ:& quę tediũ nõ afferant:cœperimus ediſcere:tũ quotidie adiicere ſingulos verſus:quorũ acceſſio labori ſenſum incrementi nõ afferat:in ſummã ad infinitum vſq; pueniat.& poetica prius:tũ oratorũ:nouiſſime etiã ſolutiora numeris:& magis ab vſu dicendi remota:qualia ſunt iuriſcõſultorũ.Difficiliora eñ debẽt ẽẽ:quę exercẽt:quo ſit leuius ipm illud:in qđ exercẽt:vt athletæ põderib⁹ plũbeis aſſuefaciũt manus:q̃bus vacuis & nudis in certamine vtendũ eſt.Nõ omittã etiã qđ quotidianis experimẽtis dephẽditur:minime fidelẽ eſſe paulo tardiorib⁹ ingeniis recentẽ memoriã.Mirũ dictu eſt:nec in prõptu ratio quãtũ nox interpoſita afferat firmitatis:ſiue requieſcit labor ille:cui⁹ ſibi ipſa fatigatio obſtabat:ſiue maturať ac coquiť:ſeu firmiſſima ei⁹ pars eſt recordatio:q̃ ſtatim referri nõ poterãt cõtexunť poſtero die:cõfirmatq; memoriã idẽ illud tempus:qđ eſſe in cã ſolet obliuiõis.Etiã illa ꝑuelox fere cito effluit:& velut pręſenti officio fũcta nihil in poſterũ debeat:tanq̃ dimiſſa diſcedit.Nec eſt mirũ magis hærere aĩo:q̃ diuti⁹ affixa ſint.Ex hac ingeniorũ diuerſitate nata dubitatio eſt:†ad verbũ ſit edicendũ dicturis:an vim mõ rerũ atq; ordinẽ cõplecti ſatis ſit:de quo ſine dubio nõ põt in vniuerſum ꝓnũciari.Nã ſi memoria ſuffragať tẽp⁹ nõ deſit. Nulla me velĩ ſyllaba effugiat, alioq etiã ſcribere ſit ſuperuacuũ.Idq; ꝑcipue a pueris obtinẽdũ atq; in hãc cõſuetudinẽ memoria exercitatione redigẽda:ne nobis diſcam⁹ ignoſcere.Ideoq; admoneri & ad libellũ reſpicere vitioſum:qđ libertatẽ negligẽtię facit:nec q̃ſq̃ ſe parũ tenere iudicat:qđ ne ſibi excidat nõ timet.Inde interrupt⁹ actiõis impet⁹ & reſiſtẽs ac ſalebroſa oratio:& q dicit ediſcẽti ſimilis etiã oẽm bene ſcriptorũ gratiã perdit:vel hoc ipo q; ſcripſiſſe ſe cõfiteť. Memoria aũt facit & prõpti ingenii famã:vt illa quę dicim⁹ nõ domo attuliſſe:ſed ibi ꝓtinus†ſumpſiſſe videamur,qđ oratori & ipſi cauſæ plurimũ cõfert.Nã & magis mirať:& min⁹ timet iudex:quę nõ putat aduerſus ſe ꝑparata. Ideoq; in actiõib⁹ inter ꝑcipua ſeruandũ eſt:vt quędã etiã quę optime†iũximus:velut ſoluta enũciem⁹:& cogitãtib⁹ nõnunq̃ & dubitãtibus ſiẽs quęrere videamur:q̃ attulimus.Ergo qđ ſit optimũ neminẽ fugit.Si vero aut memoria natura durior erit:aut nõ ſuffragabiť tempus:etiã inutile erit ad oĩa ſe verba alligare:cũ obliuio vni⁹

Ars ſumma.

Tedij ꝑculſandi ratio.

an ad.

prompſiſſe.

vinximus.

Quid ĩ debili memoria.

bẽda hoc modo. Vel in hoc vt qui credident & ſperet.

ASCENSIVS.

¶ Sceuola in luſu duodeciʒ ſcriptorũ: lego cum Val. & Ald. ſcruporuʒ: vnde adnotauit Valla illud Martialis lib. xiij. in xeniis. Hæc mihi biſſeno numeretur teſſera puncto. Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit. Proſam vinctã: ſunt qui iũctam legant. Nec eſt emendatio locus: lego mẽdacio ſaluis. i. tantiſper dũ ſalui & ſuperſtites erunt qui interfuerunt: quia ſi mentiretur poſſent refellere. intelligitur aũt iis ĩ relatiuo qui. Nihil æque. ſ. vti memoria. Statĩ vt pręcepti: lego vt pręcepi. Et quantum nox interpoſita: licet nos Raphaelis impreſſio habeat. Ex hac ingeniorũ diuerſitate nata dubitatio eſt: ad verbũ ſit ediſcendũ dicturis: an vim modo &c. ſic Vallen̄. ſic inquã non poſita particula an in principio ſed in medio: licet Raphael legendũ cẽſeat an ad verbũ: & Aldus vt ſolet illi audiens factus ſit. cum tamẽ moris Fabiani ſit (vt iam ſæpe animaduerti) particulam an ſemel duntaxat idq; in medio ponere. Aliis vſitatius eſt ne pro an priori particulæ apponere: quale eſſet. Ad verbũ ne ſit ediſcendũ: dicturis. i. habituris orationem. Pronũciari. i. ferri ſententiã. Alioqui etiã ſcribere ſit ſuperuacuũ. Idq; præcipue a pueris obtinendũ &c. ſic Vallen̄. a quo Raph. admonit⁹ haud dubie eſt. Quod libertatem negligentiæ facit. Sic Val. & Al. non negligentia: vt impreſſio Raphaelis habet. Sʒ ibi protinus ſumpſiſſe: ſic Vallen̄. Aldus aũt Raphaelem ſecutus prõpſiſſe impreſſit: quod ſi ſequar legã inde nõ ibi: nã promo inde potius q̃ ibi dicendũ videtur. Quæ non putat aduerſus pręparata: legam cum Val. & Al. Aduerſus ſe ꝑparata. Quæ optime iũximus: ſunt qui vinxim⁹ legere malint. Vallen̄. habet: etiã inutile erit ad omnia ſe verba alligare.

eorum:cuiuslibet aut deformẽ hęsitationem:aut etiã silentium inducat. Tutiusq́ multũ cõprehẽsis aĩo rebus ipsis, libertatem sibi eloquẽdi relinquere. Nã & inuitus pdit qsq́ id qđ elegerat verbũ:nec facile reponit aliud:dũ id qđ scripserat.q̃rit. Sed ne hoc quidẽ infirmæ memorię remediũ est:nisi in iis q sibi faculta tem aliquã dicẽdi extpe parauerũt. Qđ sicui vtrũq́ defuerit: huic omittere totũ actionũ laborẽ:ac siqd in literis valet ad scri bendũ potius suadebo cõuertere. Sed hęc rara infœlicitas erit. Cæterũ quantũ natura studioq́ valeat memoria:vel Themisto cles testis:quẽ vnũ intra annũ optime locutũ esse persice cõstat vel Mithridates:cui duas & viginti linguas:quot nationib⁹ im perauit:traditur notas fuisse:vel Crassus ille diues:qui cũ Asię prœsset:quinq́ græci sermõis differẽtias sic tenuit:vt qua qsq́ apud eũ lingua postulasset: eadẽ ius sibi redditũ ferret:vel Cy rus quẽ oĩm militũ tenuisse creditũ ẽ noĩa. Quin semel auditos q̃libet multos versus ꝓtinus dicitur reddidisse Theodectes. Di cebantur etiã esse nunc qui facerẽt:sed mihi nunq̃ vt ipse inter essem contigit: habenda tamen fides est:vel in hoc:vt qui cre diderit & speret.

Memoria
Themistocles.
Mitridatis.
Crassi.
Cyri.
Theodectis

De pronunciatione. Cap. III.



Ronũciatio a plerisq́ actio dicitur:sed pri⁹, nomen a voce:sequens,a gestu videtur acci pere. Nãq́ actionem Cicero alias quasi sermo nem:alias eloquentiã quandam corporis di cit. Idẽ tamen duas eius partes facit:quę sunt eædẽ pronunciationis: vocẽ atq́ motũ. Qua propter vtraq́ appellatione indifferenter vti licet. Habet autem res ipsa miram quandã in orationibus vim ac potestatem. Nec eñ tam refert qualia sint:quæ intra nosmet ipsos cõposuimus:q̃ quo modo efferantur. Nã ita quisq́ vt au dit,mouetur. Quare nec probatio vlla quę aliquo modo venit ab oratore tam firma est:vt nõ perdat vires suas nisi adiuuetur asseueratione dicentis. Affectus omnes languescãt necesse est: nisi voce:vultu:totius prope habitu corporis inardescant. Nã cum hęc omnia fecerimus:fœlices tamen si nostrũ illum ignem iudex cõceperit:ne dum eũ supini securiq́ moueamus:ac nõ & ipse nostra oscitatione soluatur. Documẽto sunt vel scenici acto res:qui & optimis poetarum tantũ adiiciunt gratię:vt nos in finite magis eadem illa audita q̃ lecta delectẽt. & vilissimis etiã quibusdam impetrent aures:vt quibus null⁹ est in bibliothecis locus:sit etiã frequens in theatris. Q̃ si in rebus quas fictas es se scimus:& inanes tantũ pronũciatio potest:vt irã, lachrymas, solicitudinem afferat:q̃to pl⁹ valeat necesse est vbi & credim⁹! Equidem vel mediocrem orationẽ cõmendatam viribus actio nis affirmauerim plus habiturã esse momẽti:q̃ optimam eadẽ illa destitutã. Siquidẽ & Demosthenes quid esset in toto ĩ opere dicẽ di summũ interrogatus:pronũciationi palmã dedit:eidẽq́

Pronũciatio
Actio.
Pronunciationis laus.
genero

Vel in hoc vt qui crediderit &.c. etiã speret:scʒ se similẽ posse consequi memoriam: quia nihil desperãdũ est homini:quod alterum humano ĩgenio assecutũ viderit. Et hęc de memoria tũ artificiali tũ naturali: tũ mixta. Cui⁹ tres ponit grad⁹: ĩ primo q acri vi memorię sũt ꝓditi,iisq́ totam orationem etiam ad verbum ediscendam præcipit:vbi vitabimus ineptulorũ locutionẽ dicentium de verbo ad verbum:satis eñ est dicere ad verbum. In secundo qui mediocri:iisq́ si nõ verba oĩa: oẽs tamen sentẽtias memoria cõplectendas & eã dicendi peritiã obtinẽdam vt cõceptus aĩ exprimere etiam diserte possint. In tertio q tã debili vt ne sententiarũ quidẽ oĩum meminisse possint quibus nõ dicendũ sed scribẽdum si docti sint suadet.

RAPH.

¶ Pronunciatio a plerisq́ actio dicit. ¶ De pronũciatione Fabius præcepta traditurus primũ quibus noĩbus appelletur: deinde q̃tũ in oratore polleat eleganter ostendit. ¶ Nec eñ eam refert qualia sint. Illũ accusatiuuʒ eã nec sensus nec loquẽdi ratio agnoscit. Quare locoeius tã particula est ascribenda. ¶ Vt non perdet. E vocali in a conuersa perdat legat & inardescant: vt sint coniũctiui modi. ¶ Nam cũ hæc oĩa fecerimus fœlices tamen si nostrũ illum ignem iudex conceperit ne dum supini securiq́ moueamur. Deprauatus hic loc⁹ facile sic emendari potest: si eũ ascribam⁹: & moueam⁹ legatur actiue:non moueamur passiue. hoc mõ. Ne dum eũ supini securiq́ moueamus. ¶ Vt quibus nullis ẽ bibliothecis loc⁹. Nullus i vocali in u cõuersa manifeste est legendũ. ¶ Ideoq́ ipse tam diligẽter apud Andronycũ Hippocratem studuit. Hypocritẽ recte a quibusdã legitur. ¶ Quãdiu de inceps orator. Ex quatuor his verbis tria sunt deprauata, Neq́ eñ q̃ sed qui. nõ

secundum ac tertium locum:donec ab eo quæri desierit:vt eã videri possit nõ præcipuã:sed solam iudicasse.Ideoq; ipse tã diligenter apud Andronycum Hypocritẽ studuit:vt admirantibus eius orationem rhodiis non immerito Aeschines dixisse videatur:quid si ipsum audissetis?&.M.Cice.vnã in dicẽdo actionem dominari putat.Hac Cn.Lentulum plus opinionis consecutum:q̃ eloquentia tradit.Eadem.C.Graccum in deflenda fratris nece totius po.ro.lachrymas concitasse.Antonium & Crassum multum valuisse.Plurimum vero.Q.Hortensium: cuius rei fides est:q eius scripta tantũ intra famam sunt:qui diu princeps oratorum:aliquãdo æmulus Ciceronis existimatus est:nouissime quoad vixit secũdus:vt appareat placuisse aliquid eo dicente:quod legẽtes non inuenimus.Et hercle cũ valeant multum verba per se:& vox propriam vim adiiciat rebus & gestus motusq; significet aliquid:profecto perfectũ quiddam fieri:cũ omnia coierũt,necesse est. ¶Sunt tamẽ qui rudẽ illam:& qualẽ impetus cuiusq; animi tulit:actionem iudicent fortiorem:& solam viris dignam:sed non alii fere q̃ qui etiam in dicendo curã & artẽ & nitorẽ & quicquid studio paratur:vt affectata:& parum naturalia solent improbare:vel qui verborũ atq; ipsius etiam soni rusticitate:vt.L.Cottam dicit Cicero fecisse:imitationem antiquitatis affectant.¶Verum illi persuasione sua fruant:qui hominibus vt sint oratores:satis putant nasci:nostro labori dent veniam:qui nihil credimus esse perfectum:nisi vbi natura cura iuuetur.In hoc igitur nõ contumaciter consentio primas partes esse naturæ.¶Nam certe bene pronunciare non poterit:cui aut in scriptis memoria:aut in iis quæ subito dicenda erunt:facilitas prompta defuerit:nec si inemendabilia oris incommoda obstabunt.Corporis etiã potest esse aliqua tanta deformitas:vt nulla arte vincatur.Sed ne vox quidem nisi liberalis actionem habere optimam potest.Bona enim firmaq;:vt volumus:vti licet.mala vel imbecilla & inhibet multa vt insurgere:exclamare:& aliqua cogit vt summittere,deflectere:& raucas fauces ac latus fatigatum deformi cantico reficere. Sed nos de eo nunc loquamur:cui non frustra præcipitur.¶Cũ sit autem omnis actio:vt dixi in duas diuisa partes vocẽ gestũq;:quorum alter oculos:altera aures mouet:p quos duos sensus omnis ad animum penetrat affectus.¶Prius est de voce dicere:cui etiam gestus accommodatur.In ea prima obseruatio est qualẽ habeas Secũda quo mõ vtaris.Natura vocis spectat quãtitate & qualitate.Quantitas simplicior,In summa enim grãdis aut exigua est:sed inter has extremitates mediæ sunt species:& ab ima ad summã:ac retro multi sunt gradus.Qualitas magis varia. Nã est & candida:& fusca:& plena:& exilis:& lenis:& aspera:& cõtracta:& fusa:& dura:& flexibilis:& clara:& obtusa,Spirit⁹ etiam longior breuiorq;:nec causas cur quicq; eorũ accidat perseq proposito operi necessariũ est.Eorũ ne sit differentia in quibus aura illa concipitur:an eorũ per quæ velut organa meat:an ipsi

Pronunciatio ex natura sit an ex arte. [side-note beside "omnia coierũt … qualẽ"]

Quantitas vocis. [side-note beside "litate.Quantitas simplicior"]

Qualitas. [side-note beside "summã:ac retro multi sunt gradus"]

Spiritus. [side-note beside "tracta:& fusa:& dura"]

---

deinceps sed princeps:non orator:sed oratorum contẽderim vel refragãtibus exẽplaribus esse legendũ.De actione vero.Qu.Hortẽsij:qua vel nimiũ valuisse dicitur.A.quoq; gellius hęc scribit.Ad eundem modũ Hortensius oĩbus ferme oratoribus ętatis suę nisi.M.Tullio clarior:qui multa cũ mũdicia & circũspecte cõpositeq; indutus & amictus esset:manusq; eius inter agẽdũ forens argutæ admoduz & gestuosæ:maledictis cõpellationibusq; probrosis iactatus est:multaq; in euz quasi in histrionem in ipsis causis atq; iudicijs dicta sunt.Sed cum.L.Torquat⁹ subagresti homo ingenio & infestiuo grauius acerbiusq; apud conciliũ iudicũ cuz de causa Syllæ quereret nõ iam histrionẽ esse diceret:sz gesticulariam Dionysiãq; cũ notissimę saltatriculę nomine appellaret:tũ voce molli atq; demissa Hortensius:Dionysia inquit Dionysia malo equidez esse q̃ quod tu Torquate ἄμουσος.ἄγροδίαιτος ἀπροσίτος.Id est inelegans agrestis aditu difficilis.¶Bõa et firmaq; vt volum⁹ vti licet.volum⁹ i vocali erasa legat.¶Quãtitas eñ.loco illius coniunctionis eñ simplicior ẽ verbuz videtur reponendum.¶Spatijs quoq; lenioribus aut citatioribus t litera interposita lentioribus est legendũ vt citatioribus opponatur.¶Et vt facies q̃q̃ ex paucissimis cõstat infinita:ita vox emendate quidã legunt infinitã:& hæc duo verba habet differẽtiã ascribunt.hoc modo.Infinitam habet differẽtiã.¶Nec semper a contentione cõtendere licet.Contẽdere nihil sensui cõgruit Cõquiescere autem loco illius mihi reponendũ videt.¶Nec imbuamur ea cõsuetudine:quam desideratura nõ sit.Sic quidem legitur. Sed videt sensus exposcere vt quæ duratura non sit legatur.¶Nec silentio subsideat. E vocali erasa subsidat rectius legit.

Hortensii habitus. [side-note beside "qua vel nimiũ valuisse dicitur"]

ASCENSIVS.

¶ Pronunciatio &c. Sub hoc capite vt indicat Vallēn. codex: agitur de vocis natura: de cura eiusdē: de gestu: de cultu: quid cuiq; causæ cōueniat, quid cuiq; parti: & sentētijs & verbis. Sed prius &c. ordo est: sed res q̃ vocatur pronunciatio videtur accipere prius nomen qđ est pnūciatio a voce: &c. Habet Vallēn. tā refert. habet inardescunt nō inardescāt. itē ne dū eū &c. moueamus & nullus. In toto genere dicēdi. Vallēn. & Ald. habent in toto opere. Et adnotauitq; hunc locū acutius excussit Quintilianus q̃ Cicero: Addēdo donec: nec nō & Vale. maximus: Addendo pene se totū ei debenduz quod Cicero nō addidit. habet hypocriten. Quid si ipsum audissetis? Diuus Hieronym⁹ in prologo bibliorū dicit: habet, nescio qd, latentis energiæ viuæ vocis act⁹: & i aures discipuli de auctoris ore trāsfusa forti⁹ sonat. Vñ & Aeschies cū Rhodi excularet, & legeret illa Demosthenis oratio: quā aduersus eū habuerat: mirātibus cunctis atq; laudātibus: suspirās ait, Quid si ipsam audissetis bestiam sua verba resonantez? Qui diu princeps oratorum: sic est in Vallēn. q̃q̃ dissimulat Raphael se vidisse. Quantitas simplicior: sic in Vall. fine eīn & fine est: cuz Aldo vtrūq; sit: neutrum tamen est necessariū: quia vtrunq; statim sequit̃. Per quos qđ sup ẽ vocis: sic Vall. & spatijs lentioribus. & infinitā habet differentiā. Et nō minus hæc. s. vox: q̃ illa. s. facies. Et negligentia minuūtur: sic in Vallēn. nec adscriptum est vel inscitia: quod plane ineptuz est: nō enim inscitia opponit̃ curę: vt negligentia: nec inscitia proprie minuūtur vocis bona: sed desunt potius. Nec cura eadē oratoribus: sic quoq; Vallēn. sicq; legendum non orationibus. Item molles ac læues nō lenes. Quarum spiritus etiam si vltra paulum coit: sic omnes habent: putem tamen legendū quarum fluctus: Ita curę non idem genus. sic Vallēn. Nā neq; certa tempora ad spirandum. sic Vallēn. & Rapha. sed Aldum sequar qui impressit ad spatiandum. Respicit enim ad illud: quod ambulatio: vnctio & c. præstat. Nec semper a contentione concedere licet: sic Vall. Aldus post Raphaelem impressit cōquiescere. Nec imbuamur ea cōsuetudine quæ duratura nō sit: sic Aldus: in Vallēn. autem est nec imbuatur ea consuetudine quam desertura sit. Item subsidat. &c.

propria natura: an prout mouetur lateris pectorisue firmitas: an capitis plus adiuuet. Nam opus est omnibus: sicut non oris modo suauitate: sed narium quoq; per quas qđ superest vocis egreditur. Dulcis tamē esse debet nō exprobrās sonus. Vtendi voce multiplex ratio. Nā p̃ter illā differētiā quæ est tripertita: acutæ: grauis: flexæ: tum intētis: tū remissis: tum elatis: tum inferioribus modis opus est. Spatiis quoq; lentioribus aut citatioribus: Sed iis ipsis media interiacēt multa: & vt facies q̃q̃ ex paucissimis constat infinitam habet differentiā: ita vox & si paucas quæ nominari possent: continet species, propria cuiq; est: & nō hæc minus auribus q̃ oculis illa dignoscitur. Augētur autem sicut omnia, ita vocis quoq; bona, cura: & negligentia minuuntur. Sed cura non eadem oratoribus quæ phonascis conuenit: tamen multa sunt vtrisq; cōmunia: firmitas corporis: ne ad spadonum & mulierum & ægrorum exilitatem vox nostra tenuetur: quod ambulatio: vnctio: veneris abstinentia: facilis ciborū digestio. i. frugalitas, pręstat. Pręterea vt sint fauces integrę: id est molles ac lęues: quarū vitio & frāgitur & obscuratur & exasperatur & scinditur vox. Nam vt tibiæ eodē spiritu accepto aliū clausis: alium apertis foraminibus: alium non satis purgatæ: alium quassæ sonū reddunt: ita fauces tumentes strangulāt vocem: obtusæ obscurāt: rasæ exasperant: conuulsę fractis sunt organis similes. Finditur etiam spiritus obiectu aliquo: sicut lapillo tenues aq̃: quarū † fluctus etiā si vltra paulū coit: aliquid tamen caui relinquit post idipsum qđ offenderat. Humor quoq; vocem vt nimius impedit: ita consumptus destituit. Nā fatigatio, vt corpora, non ad pręsens modo tempus: sed etiam futurū afficit. Sed vt cōmuniter & phonascis & oratoribus necessaria est exercitatio: qua omnia cōualescūt: ita curę non idem genus. Nam neq; certa tempora ad † spatiandū dari possunt tot ciuilibus officiis occupato: nec pręparare ab imis sonis vocē ad summos: nec semper a contentiōe † concedere licet: cū pluribus iudiciis sępe dicendum sit. Ne ciborū quidem est eadem obseruatio. Nō eīn tā molli teneraq; voce: q̃ forti ac durabili opus est. Cum illi omnes etiam altissimos sonos leniant cantu oris: nobis pleraq; aspere sint cōcitateq; dicēda, & vigilandę noctes: & fuligo lucubrationum bibenda: & in sudata veste durandum est. Quare vocem delitiis non molliamus: nec † imbuamur ea consuetudine: † quę duratura non sit: sed exercitatio eius talis sit: qualis vsus nec silentio subsidat: sed firmet̃ consuetudine: qua difficultas omnis leuatur.

Vtendi vo's cerō.

Vocis cura.

spiritus.

spirandum

conquiescere

Imbuatur. quā desertura sit.

Ediscēdi rō. ¶Ediscere autem quo exercearis erit optimū: Nam ex tempore dicenti auocatur cura vocis, ille qui ex rebus ipsis concipitur affectus: & ediscere q̄ maxime varia: quę & clamorē & disputationem & sermonē & flexus habeant: vt simul in omnia paremur. Hoc satis est: alioqui nitida illa & curata vox insolitū laborem recusabit: vt assueta gymnasiis & oleo corpora q̄libet sint in suis

speciosa. facesq;. certaminibus † spatiosa atq; robusta: si militare iter † fascesq; & vigilias imperes deficiant: & quærant vnctores suos nudumq; sudorem. Illa tamen in hoc opere pręcipi quis ferat? Vitandos soles atq; ventos: & nubila etiā ac siccitates. Ita si dicendum in sole: aut vētoso: hūido: calido die fuerit: reos deserem⁹? Nā crudum quidē aut saturum: aut ebriū: aut eiecto modo vomitu: q̄ cauenda quidā monent: declamare neminē qui sit mentis compos puto. Illud nō sine causa ab omnibus pręceptū: vt parcatur

qui. maxime voci in illo a pueritia in adolescentiam transitu † quia naturaliter impeditur: nō vt arbitror propter calorē: quod quidam putauerunt. (Nam est maior in aliis) sed propter humorem potius. Nā hoc ætas illa turgescit. Itaq; nares etiam, ac pectus: eo tēpore tumēt: atq; omnia velut germinant tenera: & iniuriæ obnoxia. Sed vt ad propositū redeam: iam confirmatæ cōstitutęq; vocis, genus exercitationis optimū duco: quod est operi simillimū: dicere quotidie: sicut agimus. Nāq; hoc modo non vox tantū confirmatur & latus: sed etiam corporis decens & accōmodatus orationi motus cōponitur. Non alia est autem ratio pronunciationis: q̄ ipsius orationis. Nā vt illa emendata: dilucida: ornata: apta esse debet: ita hæc quoq; emendata erit id

Pronūciationis rō eadem quę & orōnis est vitio carebit: si fuerit os facile explanatum: iucūdum: vrbanū: id est in quo nulla neq; rusticitas neq; peregrinitas resonet. Non enim sine causa dicitur barbarū græcūue. Nam sonis homines vt æra tinnitu dignoscimus: ita fiet illud q̄d Ennius p̄bat cū dicit: suauiloquenti ore Cethegū fuisse. Non q̄d Cicero in iis repręhendit: quos ait latrare non agere. Sūt enim multa vitia de quibus dixi: cū in quadam primi libri parte puerorum ora formarem: opportunius ratus in ea ætate facere illorū mentionem: in qua emēdari possunt. Itaq; si ipsa vox primum fuerit (vt sic dicam) sana: nullū eorū de quibus nunc dixi patiet̄ incōmodum: deinde non subsurda: rudis: immanis: dura: rigida: vana: prępinguis: aut tenuis inanis: acerba: pusilla: mollis: effœminata. Spirit⁹ nec breuis nec parū durabilis nec in receptu dif

Pronunciatio dilucida. ficilis. Dilucida vero erit pronūciatio primū si verba tota exegerit: quorū pars deuorari: pars destitui solet plerisq; extremas syllabas non proferentib⁹: dū priorū sono indulgent. Vt aūt est necessaria verborū explanatio: ita omnes imputare & velut annumerare literas molestū & odiosum. Nā & vocales frequētissime coeūt: & consonantiū quędā insequente vocali dissimulant̄: vtriusq; exemplū posuim⁹. Multū ille & terris. Vitat̄ etiam durior inter se cōgressus: vnde pellexit & collegit & q̄alio loco dicta sunt. Ideoq; laudat̄ in Catullo suauis appellatio literarum,

BAPH.

¶Nam ex tēpore dicentem aduocata cura vocis ille q̄ ex rebus concipitur affect⁹. Accurata emendatione deprauatus hic indigeret loc⁹ Sed eā nondū excogitare potui: nisi forte non dicentem sed dicenti & auocatur pro illo aduocata legatur. hoc modo. Nā ex tēpore dicenti auocatur cura vocis. ¶Ediscere q̄ maxime varia. Et copula eleganter a quibusdā est ascripta. hoc mō: & ediscere. ¶Si militare iter fascesq;. s. litera expuncta faces legendū mihi videt̄. ¶Reos diseremus: i vocali in e conuersa deserem⁹ esse legendū, facile constat. ¶Nā quidē crudū. Quidē particula vt ex elegantiæ ratione notatur ex secūdo in tertiū locū est transferenda: vt hoc modo legamus. Nā crudū quidem. ¶Qui naturaliter impedit̄. A vocali ascripta qa mihi legēdū videtur. ¶Nā hæc ætas illa turgescit. hoc non hæc legendū esse patet. ¶Atq; oīa velut germināt tenera & iniuriæ obnoxiæ varie hoc quoq; legit̄. Nam quidā sic legunt. Atq; oīa velut eo tēpore germināt eoq; sunt tenera & iniuriæ obnoxia: sed rectius in eo exēplari q̄d suscepimus corrigendū mihi legi videt̄. ¶Non q̄d Cicero in ijs repræhēdit quos agit latrare nō agere. Ait proculdubio legendum est. Hoc aūt Cicero scribit ī Bruto & in tertio de oratore. ¶Secundū est vt sit oratio distincta. i. qui dicit: & īcipiat vbi oportet desinat. Vt particula ac & copula desiderātur in hoc sensu: vt legatur. Id est vt qui dicit & incipiat vbi oportet & desinat ¶Et cōtinuū sermonē: qui faciebat Italiam lanuinaq; diuidi. t. litera ascripta diuidit legatur. ¶Nam vox vt nerui tā remissior hoc & grauior & plenior. Tā particula nullo modo huic sensui cōuenit. Quare eius loco reponat̄ quo. hoc modo. Nā vox vt nerui quo remissior. ¶Hi quoq; dū augenda intentio est. Que copula illi⁹

Oratio distincta.

Secundum est vt sit oratio distincta: id est vt qui dicit: & incipiat vbi oportet & desinat. Obseruandũ etiam quo loco sustinẽdus: & quasi suspendendus sermo sit: quod graeci ὑποδιαστολὴν vel ὑποσυστολὴν vel ὑποστιγμὴν vocant quo deponendus suspenditur. Arma, virũq; cano. quia illud virũ ad sequentia pertinet vt sit virum troiae qui primus ab oris. & hic iterũ, Nã etiãsi aliud est vnde venit q̃ quo venit: non distinguendum tamen: quia vtrũq; eodem verbo continetur venit. tertio Italiam, quia interiectio est: fato profugus: & continuũ sermonem: qui faciebat Italiam. Lauinaq; diuidit, ob eãdemq; causam: quarto profug⁹ deinde lauinaq; venit Littora. Vbi iam erit distinctio: quia inde alius incipit sensus. Sed in ipsis etiam distinctionibus tempus alias breuius alias longius dabimus. Interest enim sermonẽ finiat an sensum. Itaq; illam distinctionẽ Littora: protinus altero spiritus initio insequar: cũ illuc venero: atq; altę moenia Romę. deponam: & morabor. & nouũ rursus exordium faciam. Sunt aliquando & sine respiratione quaedã morae etiam in periodis: vt in illa. In coetu vero po. ro. negociũ publicum gerens, magister equitũ & cętera, multa habent membra. Sensus enim sunt alii atq; alii: & sicut vna circũductio est: ita paulum morandũ in iis interuallis, non interrũpendus est contextus: & econtrario: spiritum interim recipere sine intellectu morae necesse est: quo loco quasi surripiendus est: alioqui si inscite recipiatur, nõ minus afferat obscuritatis q̃ vitiosa distinctio. Virt⁹ aũt distinguẽdi fortasse sit parua: sine qua tamẽ esse nulla alia ĩ agẽdo potest. ¶ Ornata est pronũciatio cui suffragaẽ vox facilis: magna: beata: flexibilis: firma: dulcis: durabilis: clara: pura: secans aera: auribus sedens. Est enim quaedã ad auditũ accõmodata nõ magnitudine: sed proprietate ad hoc velut tractabilis: vtiq; habẽs omnes in se qui desideranẽ: sonos intentionesq;: & toto (vt aiũt) organo instructa: cui aderit lateris firmitas, spiritus cũ spatio pertinax: tum labori non facile cessurus. Neq; grauissimus aũt in musica sonus: nec acutissimus orationibus cõuenit. Nam & hic parum clarus nimiũq; plenus: nullũ afferre animis motum potest: & ille pręteuuis & immodicae claritatis: cũ est vltra verum: tũ neq; pronũciatione flecti nec diutius ferre intentionem potest. Nam vox vt nerui quo remissior hoc & grauior & plenior: quo tẽsior hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima vim non habet, summa rũpi periclitatur: mediis igitur vtendũ sonis. Iiq; cum augenda intentio est excitãdi: cũ summittenda, sunt tẽperandi. Nam prima est obseruatio recte pronunciandi ęqualitas: ne sermo subsultet imparibus spatiis ac sonis, miscens longa breuib⁹, grauia acutis, elata summissis, & inęqualitate horũ omnium: sicut pedũ claudicet sermo.

Ornata pronunciatio. Vox bona.

quoq; loco vt reponatur sensus exposcit. Et in aequalitate horum omniũ ὕφεν nota est ascribenda ne in aequalitate duae dictiões putenẽ.

ASCENSIVS.

dissentio. Nam etiam cõplodere manus scenicum est: & pectus cędere. Illud quoq; raro decebit caua manu summis digitis pectus appetere: si quãdo nosmetipsos alloquimur, cohortãtes, obiurgantes miserãtes: qđ si quãdo fiet togã quoq; inde remouere nõ decebit. ¶In pedibus obseruantur status & incessus. Prolato dextero stare: & eandem manũ ac pedem proferre deforme est. In dextrum incumbere interim datur: sed æquo pectore: qui tamen comicus magis q̃ oratorius gestus est. Male etiam in sinistrum pedem insistentium: dexter aut attollitur: aut summis digitis suspenditur. Varicare supra modum & in stãdo deforme est: & accedẽte motu prope obscœnũ. Procursio opportuna, breuis, moderata, rara, conuenit: etiã & ambulatio quædã propter immodicas laudationũ moras, q̃q̃ Cicero rarum incessum: neq; ita lõgũ pbat. Discursare vero: & qđ Domitius Apher de Sura Manilio dixit, satagere ineptissimũ. Vrbaneq; † Flaui⁹ Virgini⁹ interrogauit de quodã suo antisophiste quot milia passuũ declamasset. Præcipi & illud scio ne ambulantes auertamur a iudicibus: sed sint obliqui pedes ad cõciliũ nobis respiciẽtibus. Id fieri iudiciis priuatis non potest. Verum & breuiora sint spatia nec auersi diu simus: interim tamẽ recedere sensim datur. Quidam & resiliũt: qđ est plane ridiculũ. Pedis supplosio vt loco est opportuna (vt ait Cicero) in cõtẽtionibus aut incipiendis aut finiẽdis: ita crebra & inepti est hominis: & desinit iudicẽ in se cõuertere. Est & illa indecora in dextrũ ac lęuũ latus vacillatio alternis pedibus insistẽtiũ. Lõgissime fugiẽda mollis actio: qualẽ in Tityo Cicero dicit fuisse. Vnde & saltationis quoddã genus Tityus est appellatũ. Rephendẽda est & illa frequẽs & cõcitata in vtrãq; partẽ nutatio: quã in Curione patre irrisit & † Iunius quęrẽs quis † e lintre loqueretur: & Sicinius. Nã cũ assidẽte collega qui erat pter valetudinẽ & deligatus: & pluribus medicamẽtis pter dolorẽ artuũ delibutus: multũ se Curio ex more iactasset: Nũq̃ inqt Octaui collegę tuo gratiã referes q nisi fuisset istic: hodie te muscæ comedissent. Iactãtur & humeri qđ vitiũ Demosthenes ita dicitur emẽdasse vt cũ in angusto quodã pulpito stans diceret: hasta humero depẽdẽs immineret: vt si calore dicẽdi vitare id excidisset: offensatione illa cõmoneret. Ambulantẽ loqui ita demũ oportet: si in causis publicis: in qb⁹ sunt multi iudices qđ dicimus: quasi singulis inculcare peculiariter velimus. Illud vero † refellẽdũ: q qdã reiecta in humerũ toga: cũ dextra sinũ vsq; ad lumbos reduxerũt: vt sinistra gestũ faciẽtes † spatient & fabulent: cũ etiã lęuã restringere plata lõgi⁹ dextra sit odiosum. Vñ moneor vt ne id qdẽ trãseã ineptissime fieri: cũ inter moras laudationũ: aut in aurẽ alicui⁹ loquunt: aut cũ sodalibus iocãtur: aut nõnũq̃ ad librarios suos ita respiciunt: vt sportulã dictare videantur. Inclinari ad iudicẽ cũ doceas: vtiq; si id de quo loquaris sit obscurius, decet. Incumbere aduocato aduersis subselliis sedenti: contumeliosum est. Reclinari etiam ad suos & manibus sustineri: nisi plane iusta fatigatio: delicatũ

Pedũ gestus & eoꝝ vitia.

Flauus

Tityus.

Iulius in lintre.

referendũ

spatiãtur & fabulãtur.

sicut palam moneri excideris aut legere.nãq; in his omnib⁹: & vis vlla dicendi soluitur.& frigescit affectus: & iudex parum sibi præstari reuerentiæ credit. Transire in diuersa subsellia parũ verecundum est.Nã & Cassius seuerus vrbane aduersus hoc facientes lineam poposcit.Et si aliquando concitate itur nunq̃ non frigide reditur.

Bruto id dicit. Tity⁹ est appellatum: sic Aldus sed Vallen. est Tityus sit appellatũ Irrisit & Iunius: sic Aldus: sed in Vallen. est Iulius:& e lintre: vbi Aldo, in lintre. Illud non referendum: sic Raphael. Illud vero referendũ: sic Vallen. Illud vero nõ referendũ: sic Aldus, Ego Vallen. sequar: nã si, non esset referendũ: non referret auctor sed cũ non probet nescio cur referat: vnde legam Illud vero refellendũ. Spatientur & fabulentur sic. Ald. Val. habet spatiantur & fabulãtur. Iam contumeliosum est. In Vallen. nõ est iam: Iusta fatigatio est: sic Val. & Ald. Vis illa dicendi resoluitur. sic Ald. in Val. est: soluitur.

Gestus mutandi rõ.

¶Multa ex iis quæ præcipimus mutare necesse est ab iis qui dicunt apud tribunalia. Nam & vultus erectior: vt cũ apud quẽ dicitur spectet: & gestus vt ad eundem tendens elatior sit: necesse est, & alia quæ occurrere etiam me tacente omnibus possunt. Itẽq; ab iis qui sedentes agũt (Nam & fere fit hoc in rebus minoribus) & iidem impetus actionis esse non possunt & quędam vitia fiunt necessaria. Nã & dexter pes a lęua iudicis sedentis proferendus est: & ex altera parte multi gestus necesse est in sinistrũ

Sedentium gestus.

eant: vt ad iudicem spectẽt. Equidẽ plerosq; & ad singulas clausulas sententiarũ video assurgentes sibi: & nõnullos subĩde aliquid etiam spatiantes: quod an deceat ipsi viderint: cũ id faciũt non sedentes agunt. Bibere aut etiã esse inter agendũ: qđ multis moris fuit: & est quibusdã: ab oratore meo procul absit. Nã si quis aliter dicendi onera perferre non possit: nõ ita miserũ est non agere: potiusq; multo q̃ & operis & hominum contemptũ fateri. Cultus non est proprius oratoris aliquis: sed magis in oratore conspicitur. Quare sit (vt in omnibus honestis debet esse) splendidus & virilis. Nam & toga & calceus & capillus tam nimia cura: q̃ negligẽtia sunt repræhendenda. Est aliquid in amictu quod ipsum aliquatenus temporũ conditione mutatũ est. Nam veteribus nulli sinus: perq̃ breues post illos fuerunt. Itaq; & gestu necesse est vsos esse in principiis eos alio: quorũ brachiũ sicut græcorũ, veste continebatur. Sed nos de præsentibus loquimur. Cui lati claui ius non erit ita cingatur: vt tunicæ prioribus oris infra genua paulum: posterioribus ad medios poplites vsq; perueniant. Nam infra mulierum est: supra, centurionum. Vt purpuræ recte descendant: leuis cura est. Notatur interim negligẽtia. Latũ habentiũ clauũ modus est: vt sit paulum cinctis summissior. Ipsam togam rotũdam esse: & apte cęsam velim. Aliter enim multis modis fiet enormis. Pars eius prior mediis cruribus optime terminatur: posterior eadem portione altius q̃ cinctura. Sinus decentissimus: si aliquanto supra imam togam fuerit: nũq̃ certe sit inferior. Ille qui sub humero dextro ad sinistrũ oblique ducitur: velut balteus: nec strãgulet: nec fluat. Pars togæ quę postea imponiť sit inferior. Nã ita & sedet melius & continetur. Subducenda etiam pars aliqua tunicę: ne ad lacertum in actu redeat: tũ sinus iniiciendus humero: cuius extremam oram reiecisse non dedecet. Operiri autem humerum

Cultus oratoris,

Togę forma

RAPH.

¶ Sed magis in ora conspicitur. In oratore non in ora mihi legẽdũ videtur. ¶ Est enĩ cult⁹ magis in oratore conspicuus: ¶ Quare sit vt omnibus honestis. Corrupte sic legitur: castigate autẽ si illa. t. litera in. c. mutata sic vt legatur: hoc mõ. Quare sic vt in omnibus honestis debet esse splendidus: & virilis. ¶ Quod ipsum aliqua temporũ cõditione. Recte a quibusdam aliquaten⁹ pro aliqua legi videť. ¶ Itaq; & gestu necesse est vsos eẽ in principijs eos aliquorũ. Non aliquorũ sed alio: quorum proculdubio: legendũ est. ¶ Ita cingatur: & tunicæ Vt loco & copulæ reponať. ¶ Tamẽ sinus inijciẽdus humero. Tũ loco illius tamen est legendum. ¶ Quo magis miror Plinij secũdi docti hominis: & I hoc vti q; libro pœne etiam nimiũ curiosi persuasionem. Hinc aperte colligitur caligarum vsum apud priscos nõ fuisse. Scripsit autem & Plini⁹ de institutione oratoria: In quo libro hęc traduntť. ¶ Leuam a faucibus ac summo pectore abducere licet. V. litera in. n. conuersa lænam vt legamus sensus exposcit. De veste nanq; non de manu Fabius mihi loqui videtur. ¶ Non reponere eam prorsus nõ negligẽtis. Non particula iterum ascripta: videtur eradẽda vt citra negationem legatur. ¶ Neq; eadem in nocte gestu: incessu apud principem pro nocte voce legendum videtur. ¶ Et afficere quod velit. efficere. a. vocali in. e. conuersa manifeste legendũ est. ¶ Vt

Plinius de … bus scripsi…

vix vnq̄ ita sollicitari. Nūq̄ n litera ascripta recte legit.

ASCENSIVS.

¶ Et alia quoq; occurrere: lego cū Vallen. & alia quæ occurrere. Itē: sed magis in oratore conspicitur. Quare sit (vt in omnibus debet esse) splendidus & virilis: sic in Vallen. legitur: & Aldus nō mutauit licet a Raphaele admonitus esset sic reponere: vt sit sensus: Quare sic (vt in omnibus honestis) debet esse splendidus & virilis. Ego neutrā lectionē dānno: sed antiquam sequar. In Vallen. est aliquatenus temporum conditiōe &c. Repositumq; habet alio quorū. Cui lati claui ius non erit. Latusclauus senatoria vestis est. de qua Horatius lib. j. sermonum. Nā vt quisq; insanus nigris medium impedijt crus Pellibus: & latū demisit pectore clauū: Audit cōtinuo: qs homo hic? vel quo patre nat9? Vt tunicæ prioribus oris &c. sic & in Vallen: vt sit paulum cinctis summissior. Sic Vall. & Al. sed in Vallen. sup scriptū est cinctus procinctura: Habetur in Vallen. tum inijciendus humero. Alioqui amictu fiet angustus. sic Ald9 & Rapha. vt sit humerus fiet angustus: vnde sic legā: licet in Vallen. sit amict9 fiet angust9. Vt quasi normalem illum angulū faciat. Angulus normalis ē idem qui angulus rect9, vt in geometria quæ fert Boetij. Hęc Val. adnotauit. Ad calceos vsq; demittebāt: sic Vallen. & est plenior numerus q̄ si desit particula vsq;. Habet Val prorsus negligētis, aut pigri, aut quomodo debeat amicin nesciētis est. Adscripta particula est: quę mihi adscribenda videtur. Item habet: neq; eadem voce gestu &c. Et efficere quid velit. Item tā Aldus q̄ Val. habet. Vt vix vnq̄ ita sollicitari partibus earum debeam9 &c. & vterq; bene: neq; si Raphael attendisset quid vix nunq̄ valeant: censuisset nunq̄ reponēdum: nam vix nunq̄ est quasi semper:

cū toto iugulo non oportet. Alioqui amictu fiet angust9: & dignitatem quę est in latitudine pectoris perdet. Sinistrum brachium eo vsq; alleuandū est: vt quasi normalem illū angulū faciat: super qd ora ex toga duplex æqualiter sedeat. Manus non impleatur annulis: pręcipue medios articulos non transeūtib9 cuius erit habitus optim9: alleuato pollice: & digitis leuiter inflexis nisi si libellū tenebit: qd non vtiq; captandū est. Videtur enim fateri memorię diffidentiā: & ad multos gestus est impedimento. Togam veteres ad calceos vsq; demittebant: vt gręci palliū. Idq; vt fiat qui de gestu scripserūt circa tempora illa Plotius Nigidiusq; pręcipiūt: quo magis miror Plinii secūdi docti hominis: & in hoc vtiq; libro poene etiā nimiū curiosi persuasionem: qui solitū id facere Ciceronē velandarū varicū gratia tradit: cū hoc amictus genus in statuis eorū quoq;: qui post Ciceronem fuerūt: appareat. Palliolū, sicut fascias quib9 crura vestiuntur: & focalia & auriū ligamenta sola excusare potest valetudo. Sed hæc amictus obseruatio, dum incipimus: procedente vero actu iam poene ab initio narrationis sinus ab humero recte velut sponte delabitur: & cū ad argumenta ac locos ventū est: reiicere a sinistro togam: deiicere etiam si hæreat: sinū conueniat. Lænam a faucibus ac summo pectore abducere licet. Ardēt eñ iam omnia: & vt vox vehementior ac magis varia est: sic amict9 quoq; habet actū quendam velut prælĭantem. Itaq; vt lęuam inuoluere toga: & incingi poene furiosum est: sinū vero in dextrū humerū ab imo reiicere solutū ac delicatū est: fiuntq; adhuc peius aliqua: ita cur laxiorem sinū sinistro brachio nō subiiciam9? Habet enim acre quiddam atq; expeditū: & calori cōcitationiq; non inhabile. Cū vero magna pars est exhausta orationis: vtiq; afflante fortuna poene omnia decent. Sudor ipse & fatigatio & negligētior amictus: & soluta ac velut labēs vndiq; toga. Quo magis miror hanc quoq; succurrisse Plinio curam: vt ita sudario frontem siccari iuberet: ne comæ turbarentur: quas compo ni post paulum: sicut dignū erat: grauiter & seuere vetuit. Mihi vero illæ quoq; turbatæ pręse ferre aliquid affectus: & ipsa obliuione curæ huius commendari videntur. At si incipiētib9 ac paulum progressis: decidat toga non reponere eam prorsus negligentis aut pigri: aut quo modo debeat amiciri nescientis est. Hæc sunt vel illustramenta pronunciationis vel vitia: quibus propositis multa cogitare debet orator. Primū quid: apud quos: quibus præsentibus sit acturus. Nam vt dicere alia aliis: & apud alios magis concessum est: sic etiam facere. Neq; eadem in voce: gestu: incessu: apud principem: senatū: populum: magistratum: priuato: publico iudicio: postulatione: actione similiter decent. Quam differentiam subiicere sibi quisq; qui animū intēderit potest: tū qua de re dicat: & efficere quid velit. Rei quadruplex obseruatio est. Vna in tota causa. Sunt enim tristes: hilares: sollicitæ: securæ: grandes: pusillæ: vt vix vnq̄ ita sollicitari partibus earum debeamus: vt non summæ meminerimus.

amictus.

Annuli multi nō habēdi

Varices Ciceronis.

Amict9 mutatio.

Comarum turbatio.

Oratori cogitandum.

Quid apud quos quibus præsentibus

Rei obseruatio. Prima.

Secunda. Altera quæ est in differentia partium: vt in prooemio: narratione: argumentatione: epilogo. Tertia. Tertia in sententiis ipsis in quibus secũdum res & actus variantur omnia. Quarta. Quarta in verbis: quorũ vt est vitiosa si efficere omnia velimus, imitatio: ita quibusdam nisi sua natura redditur: vis omnis aufertur. Igitur in Laudationũ actio. laudationibus (nisi si funebres erunt) gratiarum actione: exhortatione, similibus, læta & magnifica & sublimis est actio. Funebres conciones, consolatiões plerũq; causę reorum tristes ac submissæ. In senatu conseruanda auctoritas: apud populum dignitas: in priuatis modus.

curius contrariũ dicit Fabi[9] Accidit itaq; vel oculatis viris interim hallucinari. Ita in quibusdã &c. sic, in Raphaelis legitur codice: at in Vallensi & Aldino scribit̃ sine in præpositione: ita quibusdã verbis: nisi sua natura redditur: vis omnis aufertur. Ex quibus patet, qd supra dixi frequẽter nisi idicatiuo cohærere: quod verũ est etiam in nisi si. vt statim post, nisi si funebres erunt. Vbi. Nisi si. quam particulam Donatus inter coniũctiones vnam ponit. Exhortatione, similibus. non dicit similibusq; ne sit hexametri fini similis. Funebres conciones, consultationes &c. Sic Raphael & Aldus: sed longe melius Vallen̄. in quo non consultationes quæ nõ semper tristes ac summissæ sunt: sed consolationes legũtur. Itẽ melius Val. & Ald. plerunq; causæ reorũ: q̃ Raphael deorũ, legũt. Nõ em̃ causæ deorũ tristes aut mœstę sunt.

RAPH.

Partiũ orationis pronũciatio. ¶De partib[9] causę & sententiis & verbis: quę sunt multiplicia: pluribus dicendũ. Tria aũt prę̃stare debet p̃nũciatio: conciliet: persuadeat: moueat: quibus natura cohęret: vt etiam delectet. Conciliatio vt fiat. Conciliatio fere aut cõmendatione morũ: qui nescio quo modo ex voce etiam atq; actione perlucent: aut orationis suauitate cõstat. Persuasio. Persuadendi vis asseueratione: quę interim pl[9] ipsis probatiõibus valet, An ista (inquit Callidio Cicero) si vera essent: sic a te dicerẽtur? & tantũ aberat: vt inflãmares nostros animos: Mouendi affect[9] ratio. somnũ isto loco vix tenebamus. Fiducia igit̃ appeat: & constantia: vtiq; si auctoritas subest. Mouẽdi aũt ratio etiã aut in repręsentandis aut imitãdis affectib[9]. Añ exordiũ gestus. Ergo cũ iudex in priuatis: aut pręco in publicis dicere de causa iusserit: leuiter consurgendũ: tũ in componenda toga: vel (si necesse erit) etiam ex integro iniiciẽda dũtaxat in iudiciis (Apud principem em̃ & magistratus ac tribunalia: non licebit) paulũ est cõmorandũ: vt & amictus sit decentior: & protinus aliquid spatii ad cogitandũ etiam cũ ad iudicem nos conuerterimus: & consultus permiserit dicere: non protinus est erũpendũ: sed danda breuis cogitationi mora. Mire enim auditurũ dicturi cura delectat: & iudex se ipse componit. Hoc pręcipit Homer[9] Vlyssis exẽplo: quẽ stetisse oculis in terram defixis: immotoq; sceptro priusq̃ illam eloquentię p̃cellam effunderet, dicit. In hac cũctatione sunt quędam non indecẽtes (vt appellant scenici) morę, caput mulcere: manũ intueri: infringere articulos: simulare conatũ: suspitatione sollicitudinem fateri: aut qd̃ quẽq; magis decet ꝛ eo diutius si iudex nondum intendit animũ. Status. Status sit rectus: ęqui & diducti paulũ pedes: vel procedens minimo sinister: genua recta: sic tamen vt nõ extendantur. Humeri remissi: vultus seuerus: non mœstus: nec stupens: nec languidus. Brachia a latere modice remota: manus sinistra: qualem supra demonstraui: dextra cũ iam incipiendum erit paulũ prolata vltra sinũ: gestu q̃ modestissimo velut Laquearia. spectans quando incipiendũ sit. Vitiosa em̃ sunt illa intueri ꝛ lacũaria: perfricare faciem: & quasi improbam facere: tendere cõfidentia vultũ: aut quõ sit magis toru[9], superciliis astringere:

¶Tria debet præstare pronunciatio conciliet. persuadeat: moneat. Moueat: n litera in u conuersa legatur. ¶Persuadendi vis affirmatione: quæ interim plus ipsis probationibus valet. Asseueratione pro affirmatione facile censerem esse legendum: si quod vidissez exemplar quod mihi astipularetur. Asseuerar qd sit. Est enim asseuerare (vt superius quoq; diximus) vl quandam animi motumq; corporis inter ipsa argumẽta probatiõesq; admiscere. Vt ipse Fabius alibi. Cum præsertim quorũdam probatio sola sit in asseueratione & perseuerantia. Asseueratione autem esse legendũ etiam quæ sequũtur aperte indicant. ¶Et consultus p̃termiserit dicere. Permiserit manifeste legendum est. ¶Sed danda breuis cogitatione mora: cogitatiõi quis non videat esse legendum? ¶Hoc præcipit Homerus Vlyssis exemplo quem stetisse oculis in terraz defixis immotoq; sceptro priusq̃ illam eloquentiæ procellam effũdere dicit. T litera ascripta effunderet est legẽdum. Hoc autem præcipit Homerus tertio Iliados cũ ait. ἄλλοτε Δὴ πολύμητις ἀναΐξειεν Ὀδυσσεὺς, στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας, σκῆπτρον δ' οὔτε ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα, ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς. φαίης κε ζάκο-

τον τιν᾽ ἀεικμένμαι ἄφρο= να ταυτοσ. Homerũ autem imitatus Ouidius in. xiij. metamorphoseos de eodem inquit Vlysse. Finierat Telamone sat⁹ vulgiq; secutum Vltima murmur erat, donec laertius heros Astitit: atq; oculos paulũ tellure moratos Sustulit ad proceres: exoptatoq; resoluit Ora sono: neq; abest facũdis gratia dictis. ¶ Crebro digitorũ laborũq; motu. Labiorum i vocali interiecta legendum. ¶ Frequentissime postulabit. in his dũtaxat. Sicquidem legitur sed corrupte vt mihi videtur. Illa enim tria verba. In his dũtaxat parũ mihi cũ reliquis conuenire videntur. Ac fortasse vt particula ascripta illud dũtaxat vt redundans est oblinẽdũ. ¶ Qu. eñ Ligarius cũ esset in Africa nulla suspicio belli. Duas dictiones hinc esse eradendas facile videbit: q narrationem oratiõis pro Ligario leget. Sic eñ ibi scriptum est. Qu. igitur Ligarius cũ esset adhuc nulla belli suspicio: legat⁹ in Africã cum consule confidio profectus est. ¶ Vbi nõ discedẽs a voce pmittitur gest⁹ quoq;. Dissidens vt legatur sensus exposcere videtur magis q̃ discedẽs & quo illa particula q; erasa hoc modo. Quo in vtrãq; partem. Fit autem verbũ aut ascribendum: aut saltem est subaudiendum, vt legatur trãslatio fit. ¶ Et habens aliquid iam iucũditatis: loco illius tam etiam est legẽdũ. ¶ Nã cãtici quiddam habẽt. Iam legẽdũ videtur loco illi⁹ nã.

ASCENSIVS.

¶ Cõciliet psuadeat moueat: sic ĩ Vallẽ. est: sȝ hȝ affirmatione: vbi cũ Aldo facile in Raphaelis sentẽtiã irem legerẽq;: Persuadendi vis asseueratione. Quia simplex affirmatio non tantũ: quãtum probatiões, valet. An illa (inquit Calidio Cicero) inquit aũt in Bruto: si vera essent. sic legas non esset. Leuiter est consurgendum. Sic Vallẽ. Alijs subaudit ver=

capillos a fronte contra naturã tetro agere: vt sit horror ille terribilis: tum id quod greci frequentissime faciũt: crebro digitorum laborũq; motu cõmentari: clare excreare: pedem alterum longe proferre: partem togæ sinistra tenere: stare diductũ: vel rigidũ: vel supinũ: vel incuruũ: vel humeris: vt luctaturi solent: ad occipitium ductis. ¶ Procemio frequẽtissime lenis conuenit pronunciatio. Nihil est eñ ad conciliandũ gratius verecũdia. Non tamen semper. Nec eñ vno modo dicũtur exordia: vt docui. Plerũq; tamen & vox temperata: ac gest⁹ modest⁹: & sedẽs humero toga: & laterum lenis in vtrãq; partem motus eodem spectantibus oculis decebit. ¶ Narratio magis prolatam manũ: amictum recidentem: gestũ distinctũ: vocem sermoni proximã: ac tantũ apertiorem: sonũ simplicem frequẽtissime postulabit: in his duntaxat. Qu. igitur Ligarius cũ esset adhuc nulla belli suspicio. &. A. Cluentius habitus pater huiusce. Aliud in eadẽ poscent affectus vel cõcitati. Nubit genero socrus: vel flebiles, Cõstituitur in foro Laodiceę spectaculũ acerbũ & miserum toti Asiæ prouinciæ. Maxime varia & multiplex actio est probationũ. Nam proponere: partiri: interrogare sermoni sunt proxima: & contradictionem sumere. Nam ea quoq; diuersa propositio est. Sed hęc tamen aliquando irridentes: aliquando imitãtes pronunciamus. Argumentatio plerũq; agilior & acrior & instãtior consentientem orationi postulat etiã gestũ. i. fortem celeritatem. Instandũ quibusdã in partibus: & densanda oratio. Egressiones fere lenes & dulces & remissæ: raptus Proserpinæ: siciliæ descriptio. Cn. Pompeii laus, Neq; enim mirum minus habere contẽtiõis ea q̃ sunt extra questionẽ. Mollior nõnũq̃ cũ rephensiõe diuersæ partis imitatio. Videor videre alios intrãtes: alios autem exeuntes: quosdam ex vino vacillantes. Vbi non dissidens a voce † permittitur gestus † quo fit in vtrãq; partẽ: tenera quædam: sed intra manus tamen & sine motu laterũ translatio. Accedendi iudicis plures sunt gradus. Summus ille & quo nullus est in oratore acutior. Suscepto bello Cęsar, iusto etiam iam ex parte magna. prædixit eñ quantũ potero voce contendam: vt populus hæc Romanus exaudiat. Paulum inferior & habẽs aliquid etiã iucũditatis. Quid eñ tuus ille tubero in acie pharsalica gladi⁹ agebat? Plenius adhuc & lętius ideoq; dulci⁹. In coetu vero po. ro. negociũ publicũ gerẽs. Producẽda † oĩa: trahẽdęq; tũ vocales: apiẽdęq; sũt fauces: pleniore tñ hęc canali fluũt. Vos albani tumuli atq; luci. Nã cãtici qddã habẽt: sensimq; resupina sunt. Saxa atq; solitudines voci respondent. Tales sunt illæ inclinationes vocis quas inuicem Demosthenes atq; Aeschines exprobrãt: non ideo improbandæ. Cum eñ vterq; alteri obiicit palam est vtrũq; fecisse. Nam neq; ille per Marathonis & Plateatum & Salaminis propugnatores recto sono iurauit: nec hic thebas sermone defleuit. Est his diuersa vox: & pene extra organum: cui præci nomen amaritudinis dedetunt: supra modum ac pene naturam vocis humanæ acerba. Quin † cõpescitis vo-

Procemij pronunciatio.
Narratiõis.
Actio probationum.
In propositione.
Argumentatione.
Egressiõib⁹.
In imitatiõe
promittitur. quoq; in
Accedendi iudicis gradus.
Summus.
Inferior paulum.
Tertius a summo.
ora.
Vterq; alteri.
contincitis.

cem istam indicem stultitię: testē paucitatis. Sed id qđ excedere modum dixi: in illa parte prima est: Quin compescitis.

bū est: quod expressum malum nisi sequeretur: paulus est cōmorandū: non enim solet Fabius bis eandē particulam ponere in eadē locutiōe: si semel posuisse satis fuerit. Etiā cū ad iudicē nos cōuerterim⁹: sic Vallen. nōs conuertimus. Et consult⁹ permisent dicere: sic idē Qui ad illud: dūtaxat in iudicijs: adnotauit illud Vlp. de publicis iudicijs lib. xlviij. Nō oīa iudicia in quibus crimē vertit̄ etiā publica sunt: sed ea tm̄ quæ ex legibus iudiciorum publicorū veniunt: vt Iulia maiestatis: Iulia de adulterijs: Cornelia de sicarijs & veneficijs: Pompeia parricidij: Iulia peculatus: &c. Paulus. Publicorū iudiciorū quædā capitalia sunt. quædā non capitalia. Institutionū lib. iiij. de publicis iudicijs. Publica aūt dicta sunt ꝙ cuiuis ex populo executio eorū plerūq dat̄ &c. Priusq̄ illā eloquentiæ procellā effunderet, dicit: sic Valla qui adnotauit od haberi iliados tertio: vñ Raphael locū adscripsit. Addidit idē Valla. Quē Ouidius imitatus in. xiij. ait Finierat telamone satus &c. vt Raphael habet. Eo diuti⁹: sic Ald⁹: sꝫ i Vallēsi ē ea. vt sit ea sūt faciēda diuti⁹ & reuera si eo posuisset opiner subditurū fuisse: quo iudex min⁹ intēdit aīum: cū subdat si iudex nōdū &c. Stat⁹ si rect⁹: legā cū Vall. sit rect⁹: poti⁹ q̄ cū Aldo. Stat⁹ q: sē sit rect⁹: qa nō sequit̄ exceptio. Sic tm̄ nō extēdant̄. adscribā cū Vallēsi vt. sic tm̄ vt nō &c. intueri lacunaria: sic oēs: adnotauit tm̄ Valla Caprū velle laq̄aria nō lacūaria dici: verū Horati⁹ i odis: nō meæ renidet i domo lacunar. Et bñ cū priogeneū sit lac⁹. Capillos a frōte &c. Vñ Suetoni⁹ (vt adnotauit Valla) de Vitellio: Per totū viç sacrę spatiū reducta coma a capite: ceu noxij solēt. Crebro digitoꝝ labrorūq motu. Sic Vallen. qđ nō min⁹ placet q̄ labioꝝ: qđ a Raphaele reponit̄. Nec legā: cōmēdari: sꝫ, cōmētari. Clare excreare: antiquo more scriberet̄ exscreare. In his. j. hmōi (q̄lia sūt sequētia) dūtaxat: sic Val. & Ald. nec videt̄ quicq̄ eradēdū Quintus eñ ligari⁹: sic Ald. & Val. & est in oratiōe pro Ligario. Et, A. Cluētius: in oratiōe ꝑ Cluētio. Nubit genero socrus. in eadē. Constituit̄ in foro Laodiceæ &c. in Verrē actione quarta. Raptus proserpinę. Acti. vj. Siciliæ descriptio. acti. iiij. Cn. Pōpeij laus. Pro Cornelio Gaditano. Videor videre &c. in oratiōe pro Gallo. Vbi nō dissidens a voce &c. sic in Vallēsi qui Raphaelē admonuit. Permittit̄ gestus: sic quidē Vallen. sed Ald⁹ impressit promit̄ gest⁹. & vterq habet quoq in vtrāq: vbi Raphael nō male suadet: quo sit reponere. Suscepto bello Cæsar, gesto. in oratione pro ligario. Quid eñ tuus ille &c. in eadē. Paulū inferior: sic passim loqtur Fabi⁹ sic inquā cōstruendo aduerbia in um cū noībus compatiuis: quib⁹ in o magis cōgruūt. In cœtu vero populi Ro. in Philip. ij. Vos albani, pro milone. Saxa atq solitudines ꝑ Archia. Iā cātici quiddā hñt: sic in Vallen. legit Raphael quātūcūq dissimulat. Demosthenes & Aeschines: Secundū & cōtra Ctesiphontē. Nec ille thebas sermone deflūt. In Vallen. adnotatum est scribēdū: nec hic thebas sermōe defleuit: posuitq Ald⁹ defleuit: sed retinuit ille. Quin cōpescitis vocem istam indicē stultitiæ: testem paucitatis. In oratione pro Rabirio perduellionis reo: habetur: quin continetis vocē istam indicem stultitiæ: testem paucitatis. Vbi quidam dubitāt an prauitatis sit scribendū: sed frustra: cū Cicero illic probet paucos in Rabiriū clamorem excitasse.

Iudicia publica.

RAPH.

Epilogi pronunciādi rō.

¶ Epilogus si enumeratiōnē rerū habet, desiderat quandā cōcisorū cōtinuationē: si ad cōcitādos iudices est accōmodat⁹, aliqd ex iis q̄ supra dixi: si placādos inclinatā quandā lenitatē: si misericordia cōmouēdos, flexū vocis & flebilē suauitatē: qua pcipue frangunt̄ aīi, quęq est maxime naturalis. Nā etiā orbos viduasq videas in ipis funerib⁹ canoro quodā mō ꝓclamantes. Hic etiā fusca illa vox q̄lē Cicero fuisse i Antonio dicit: mire faciet. Habet eñ in se qđ imitemur. Duplex est tñ miseratio: altera cū inuidia: qualis mō dicta de dānatiōe Philodami: altera cū depcatione demissior. Quare etiā si est in illis quoq cāt⁹ obscurior. In cœtu vero populi ro. Nō eñ hęc rixātis mō dixit: & Vos albani tumuli. Neq: eñ quasi inclamaret aut detestaret̄ locut⁹ est: tñ ifinito magis illa flexa & circūducta. Me miserū, me infœlicē Et quid respōdebo liberis meis? & reuocare tu me in patriā potuisti Milo p hos? ego te in eadē patria p eosdē retinere non potero? Et cū bona. C. Rabirii vno sestertio addicit. O meū miserum acerbūq pconiū, Illa quoq mire facit in poratiōe velut deficientis dolore: & fatigatiōe cōfessio: vt pro eodē Milone: sed finis sit. Neq eñ p lachrymis iā loq possum. Quę similē verbis habere debēt etiā ꝓnūciationē. Pñt videri alia quoq hui⁹ ptis atq officii, reos excitare: pueros attollere: ppinquos pducere: vestes laniare: sed suo loco dicta sunt. Et qa in partibus causę talis est va

¶ Sed ad cōcitandos iudices accōmodatus. Si particula est ascribenda. Loco filius sed. ¶ Si placandos inclinatam quandā leuitatē; Lenitatē u litera in. n. mutata est legendū. ¶ Nā etiā orbos viduasq videbas. B. litera expūcta videas legat̄. ¶ Tamen infinito magis illa flexa & circūdata. Circūducta legendū videt̄. ¶ Et cum bona. C. Rabirij vno sestertio adijcit. Addicit duplici dd est scribēdum. ¶ Si finis fit. Sed legendum esse loco fi coniunctionis qui legerit per orationē pro Milone facile videbit. ¶ Et qa in partibus causæ & alijs ē varietas. Etiam loco &copulæ mihi legendum videtur. ¶ At non hæc misell⁹ & pauperculus. An. t. litera in n mutata legēdū est. ¶ Cum præcipue in actione spectetur decorum. C. litera ascripta decorum manifeste est legendum. ¶ Caput est artis dicere qđ facias. De

rere. i vocali in e conuersa scribendum. ℂ Maximos auctores comœdiarū. Recte u vocali erasa quidā actores legunt. ℂ Et nonnūq̄ dextra latere facere gestus. Dextro legendū ne admonendi quidē sumus. ℂ Affectatiōibus moleste vtemur. Pro affectationibus. mihi effictionibus videtur esse legendū. nec ignoro affectionib⁹ a quibusdā legi. ℂ Hic enim est dubitationes. moras. Deprauatus hic locus sic emendari potest. Est eñ verbum videtur expungendum: & dubitatione litera. s erasa legendū ℂ Nec vult nimium esse condicta. C. litera expuncta condita mihi legendum videtur.

ASCENSIVS.

ℂ Epilogus si enumerationē rerū habet, desiderat quādā cōcisorū cōtinuationē si ad cōcitādos iudices &c. sic Vallen. &, quandā lenitatē: &, orbos viduasqꝫ videas. &, circūducta: vsqꝫ adeo vt fere oīa ex Vallen. codice reposita sint q̄ Raphael commemorat. Hic. i. ad hāc rē: mire faciet. i. cōducet & vtilis erit. Cicero fusse in Antonio dicit: in Bruto & de oratore lib. i. de dānatione Philodemi: in Verrē act. vii. vt adnotauit Valla. In cætu vero ppl̄i Ro. In Philip. ii. Et vos albani tumuli: pro Milone. Me miserū me infelicē: pro eodē. Sed si nis sit: sic Vallen. Et q̄a in ptib⁹ causę talis est varietas sicidē. & sic legendū credo: licet Aldus Raphaelis consilio: etiā aliis: loco talis impresserit. An nō hęc, misell⁹ & paupercul⁹, &c. dicendū est? sic Raphael: Aldus aūt: dicēda sunt: impssit: Valla At nō hæc &c. citra interrogationē legit: sed Aldū aut Raphaelē sequar: nā ordo ē: An nō dicēdū est: aut: an nō dicenda sunt: hæc. s. verba: misellus & paupculus: voce summissa & cōtracta: & sup. hæc: fortis & vehemēs & latro, voce erecta & concitata? q. d. maxime: legendū aūt cōstat & latro: nō elatro licet sic in Raphaelis codice

rietas, satis appareat accommodādam sententiis ipsis pronunciationem: sicut ostendimus. Sed verbis quoqꝫ qd nouissime dixerā non semper: sed aliquando. An non hęc, misellus & pauperculus, submissa atqꝫ cōtracta: fortis & vehemēs, & latro: erecta & cōcitata voce dicēdū est? Accedit eñ vis & ꝓprietas reb⁹ tali adstipulatiōe: q̄ nisi adsit aliud vox: aliud aīus ostēdat. Quid? qꝫ eadē verba mutāta pronūciatione indicāt: affirmant: exprobrāt: negāt: miranť: indignātur: interrogāt: irridēt: eleuāt? Aliter eñ dicitur. Tu mihi qdcūqꝫ hoc regni: & cātando tu illum? & Tune ille æneas: & Meqꝫ timeris argue tu Drāce. Et ne morer: intra se quisqꝫ vel hoc vel aliud qd volet: per oēs affect⁹ verset: verū esse quod dicimus sciet. Vnū iā iis adiiciendū est, cū pcipue in actione spectet̃ decorū: sæpe aliud alios decere. Est eñ latēs quędā in hoc ratio, & inenarrabilis: & vt vere dictū est: caput esse artis decere qd facias: ita id nec sine arte est: nec totū arte tradi potest. In quibusdam virtutes nō habent gratiā: in quibusdam vitia ipsa delectant. Maximos actores comœdiarū Demetrium & Stratoclem placere diuersis virtutibus vidimus. Sed illud minus mirū: qꝫ alter deos: & iuuenes: & bonos patres seruosqꝫ: & matronas: & graues anus optime, alter acres senes: callidos seruos: parasitos: lenones: & omnia agitatoria melius. Fuit eñ natura diuersa. Nam vox quoqꝫ Demetrii iucundior: illius acrior erat. Annotandæ magis proprietates: quę trāsferri non poterant. Manus iactare: & dulces exclamatiōes theatri cā producere: & ingrediendo ventum concipere veste: & nonnūq̄ dextro latere facere gestus: quod neminē aliū præter Demetriū decuit. Nāqꝫ in hęc omnia, statura & mira specie adiuuabatur. Illum cursus & agilitas: & vel parum cōueniens personę risus: quē non ignarus rationis populo dabat: & contracta etiam ceruicula. Quicquid horū alter fecisset: fœdissimum videret̃. Quare norit se quisqꝫ: nec tantū ex cōmunibus pręceptis: sed etiā natura sua capiat cōsilium formandę actionis. Neqꝫ illud tñ est nefas: vt aliquem vel omnia vel plura deceant. Huius quoqꝫ loci clausula sit eadem necesse est: quę cęterorū est: regnare maxime modum. Non enim comœdum esse sed oratorem volo. Quare nec in gestu persequemur omnes argutias: nec in loquendo distinctionibus: temporibus, ⁊ affectibus: moleste vtemur: vt si sit in scena dicendum, Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem cum accersor vltro? an potius ita me comparem nō perpeti meretricum contumelias? Hic eñ dubitationis moras: vocis flexus, varias manus: diuersos nutus actor adhibebit. Aliud oratio sapit, nec vult nimium esse cōdita. Actione enim cōstat: non imitatione. Quare non immerito reprehenditur pronūciatio vultuosa: & gesticulationibus molesta: & vocis mutationibus resultans. Nec inutiliter ex græcis veteres transtulerunt: quod ab his sumptum Lenas Popilius posuit: esse hanc inociosam actionem. Optime igitur idem, qui omnia, Cicero præceperat: quæ supra ex oratore posui. Quibus similia in Bruto dē

Verborū varietas ĩ pnūciando.

Alios aliud decere.

Demetri⁹ & Stratocles.

Modus in oīb⁹ regnat.

Effictionib⁹

M. Antonio dicit. Sed iam recepta est actio paulo agitatior: etiā & exigitur: & quibusdam partibus conuenit: ita tamen temperanda: ne dum actoris captamus elegantiam: perdamus viri boni & grauis auctoritatem.

vitio impressoris offenderim. Per oēs affectus verse: legendū verset: Caput ǫ̃ artis, decere quod facias. Sic Vallen. Ita id, nec sine arte est: sic meli⁹, q̃ nec sine arte esse: quia sequitur pōt, nō posse. Maximos actores: sic in Vallensi legitur. Et, dextro latere facere gest⁹. Quicquid horū aliter fecisset: Vallen. habet alter: & bene. Tēporibus, affectibus &c. Sic Val. & Ald. non male tñ Raphael consulere videtur: vt effictionibus legamus. Hic eñ dubitatione moras: legam dubitatiōis: vt intelligā moras quas facit dubitatio. Nec vult nimium esse condita. Sic quoq; Vallen.

¶ M. Fabii Quintiliani de institutione oratoria Liber duodecimus. Cuius hoc proxime sequitur

## Prooemium.


Entum est ad partem operis destinati longe grauissimā. Cuius equidem onus si tantū opinione prima cōcipere potuissem: quāto me premi ferens sentio: maturius consuluissem vires meas. Sed initio pudor omittendi q̄ promiserā tenuit: mox q̄q̄ per singulas quoq; partes labor cresceret: ne perderem quę iam effecta erant: per omnes difficultates animo me sustentaui. Quare nunc quoq; licet † maiori q̄ vnq̄ mole premar: tamen prospicienti finem mihi constitutum est vel deficere potius q̄ desperare. Fefellit autem q; initiū a paruis ceperam⁹: mox velut aura sollicitāte prouecti longius: dum tantum nota illa & pleris q; artium scriptoribus tractata praecipimus: nec adhuc a littore procul videbamur: & multos circa velut iisdem se ventis credere ausos habebam⁹. Iam cum eloquendi rationem nouissime repertam paucissimis q; rentatam ingressi sumus: † rarus qui iam procul a portu recessisset, reperiebatur. Post q̄ vero nobis ille: quem instituebamus: orator, a dicendi magistris dimissus: aut suo iam impetu fertur: aut maiora sibi auxilia ex ipsis sapiētiae penetralibus petit: q̄ in altum † sumus ablati: sentire coepimus. Nunc coelum vndiq; & vndiq; pontus. Vnum modo in illa immensa vastitate cernere videmur. M. Tulliū: qui tamen ipse q̄uis tāta atq; ita instructa naue hoc mare ingressus: contrahit vela: inhibetq; remos: & de ipso demum genere dicendi: quo sit vsurus perfectus orator satis habet dicere. At nostra temeritas, etiam mores ei conabitur dare: & assignabit officia. Ita nec antecedentem cōsequi possumus: & longius eūdum est: vt res feret. Probabilis tamē cupiditas honestorum: & tutioris audaciae est tentare: quibus paratior venia est.

Maturius.

maior q̄ vn q̄ moles premat.

raris q̄ iā p cul a portu recessisset, rapiebatur.

simus.

¶ Raphaelis Regij in deprauatiōes duodecimi oratorię īstitutiōis Quintiliani Libri annotationes.


Entū est ad partem. Informaturus hoc vltimo volumine oratorem Quintilianus: & causas difficultatis praetexit. & se potissimum Ciceronē sequi ostendit. ¶ Fefellit aūt q; initiū a paruis coeperamus. Citra diphthongum ceperamus mihi legēdum videtur: vt intelligat sumpseramus. ¶ Q; in altū sumus ablati. u. vocali in i cōuersa simus recte legit.

ASCENSIVS.


Entū est ad partem operis destinati longe grauissimā. In hoc eñ duodecimo libro oratoris iā ferme instituti & formati, mores & officia pscribit. Q; q̄ per singulas quoq; partes &c. sic Vallen. Licet maiori q̄ vnq̄ mole pmar. Sic Raphael & Al. Vallen. aūt hab;. licet maior q̄ vnq̄ moles pmat. sed sic subaudietur me. Rarus qui iā pcul a portu recessisset reperiebatur. i. rarus qui vltra primae elocutionis praecepta euaserit. Sic Val. & Aldus: at i Raphaelis codice repositum est: ratis, quae iā procul a portu recessisset, rapiebatur: quae lectio mihi minime placet: vt quae sciolitementatē maxime pseferat. Q; in altū simus ablati &c. sic Ald⁹ vt monuit Raphael. vt sit sensus: q̄. i. q̄tum simus ablati in altū coepim⁹ sentire. &c. forte Laurentio Aut scribę codicis eius sensus fuit: q̄ pro postq̄ (nā ante & post saepe subaudiunt) sumus ablati in altum coepimus &c. quae lectio vt cęterae antiquae mihi placet. Inhibetq; remos. i. arcet a nimio impulsu. At nostra temeritas: modeste (non tamen sine fiducia) sic loquitur. Ita nec antecedentem. s. Ciceronē: cōsequi possumus: &. i. & tñ, lōgius eundū est, vt res feret. Probabilis tñ cupiditas honestorū &c. sic Val. & Al. & legūt & distingūt.

RAPH.

¶ Sit igitur orator quē cōstituimus. Loco illius præpositionis cō ascribenda invidetur: vt instituimus legatur. Colligit autem Fabius nō posse esse nisi bonū virum oratorem. ¶ Id non eo tantum: ꝙ si vis ista dicendi malitiam instruxerit Hic locus ad sensus absolutionem aut spectat verbum aut simile desiderat: vt certe loco illi⁹ quod reponendū cōsēderim vt legatur hoc modo. Id nō eo tātum: vt si vis ista dicēdi malitiā instruxerit: nihil sit publicis priuatisq; rebus ꝑniciosius eloquentia. ¶ Rerū ipsa natura in eo quo ꝓcipue indulsisse homini videtur: nos quoq; a cæteris animalibus separasse: non parens sed nouerca fuerit. Semidoctū alicui⁹ temeritate factū est: vt hic sensus ex apto & candido obscurior difficiliorq; redderetur. Is enim quicunq; fuerit: putauit illud quoq; coniunctionem esse ordinis subiunctiui: eoq; illi pronomini nos subijciūdam: non animaduertens hoc loco esse ablatiuum cū illa q; copula colligatum: ac idcirco ante illud pronomen nos collocandum: vt quomodo Fabius scriptū reliquit. sic legatur. Quoq; nos a cæteris animalibus separasse. ¶ Quod si agrorum nimia cura. Sic quidem legitur & recte omnibus fere legi videtur: sed parum Fabij ꝓposito nimia agrorum cura conuenire videtur: neq; enim de rusticis: sed de vrbanis hic verba fiunt: ac de ijs demum. qui arti oratoriæ student: qui certe in colēdis agris minime solent occupari. Quare loco agrorum: ausim cōtendere corporum esse legēdum: ꝗuis nulla mihi exemplaria astipulentur.
¶ Nam & cum insidiatur præ curis. Spe loco illius præpositionis præ est legendum. ¶ Etiam cum sceleris compos fuerit. Eleganter loquendi ratio exposcat: vt loco illius etiam

¶ Non posse oratorem esse nisi virum bonum. Cap. I.



It ergo nobis orator: quē instituim⁹: is qui a.
M. Catone finitur: vir bonus dicendi perit⁹. Orator q̄ sit
Verum id quod ille posuit prius: & ipsa na-
tura potius ac maius est, vtiq; vir bonus. Id
non eo tantum; † ꝙ si vis illa dicendi mali- vt
tiam instruxerit: nihil sit publicis priuatisq;
rebus perniciosius eloquentia: nosq; ipsi qui
pro virili parte conferre aliquid ad facultatem dicendi conati
sumus pessime mereamur de rebus humanis: si latroni compa-
remus hæc arma: nō militi. Quid de nobis loquor! Rerū ipsa
natura in eo quod præcipue indulsisse homini videtur, quoq;
nos a cæteris animalibus separasse: non parens: sed nouerca fue
rit: si facultatem dicendi sociam scelerum: aduersam innocen-
tiæ: hostem veritatis inuenit. Mutos enim nasci & egere omni
ratione satius fuisset: q̄ prouidentiæ munera in mutuam perni
ciem conuertere. Longius tēdit hoc iudicium meum. Neq; eñ
tantum id dico: eum qui sit orator: virum bonum esse oporte- Oratorē fore non posse qui vir bon⁹ non sit.
re: sed ne futurum quidem oratorem nisi virum bonum. Nam
certe, neq; intelligentiam concesseris iis: qui proposita honesto-
rum ac turpium via peiorem sequi malint, neq; prudentiā: q̄ Ratio pria.
in grauissimas frequenter legum: semper vero malæ conscien-
tiæ pœnas a semetipsis improuiso rerum exitu induantur. Q: Secunda.
si neminem malum esse nisi stultum eundem non modo a sapi-
entibus dicitur: sed vulgo quoq; semper est creditum: certe nō
fiet vnq̄ stultus orator. Adde ꝙ ne studio quidem operis pul- Tertia.
cherrimi vacare mēs nisi oībus vitiis libera potest. Primū ꝙ in
eodem pectore nullum est honestorum turpiūq; consortium: &
cogitare optima simul & deterrima nō magis est vnius animi:
q̄ eiusdem hominis bonum esse ac malum. Tum illa quoq; ex Quarta.
causa: ꝙ mentem tantæ rei intentam vacare omnibus aliis: eti-
am culpa carentibus curis oportet. Ita demum enim libera: ac
tota: nulla distringente atq; alio ducente causa spectabit id so-
lum ad quod accingitur. Q: si corporꝫ nimia cura: & sollicitior
rei familiaris diligentia: venandi voluptas: & dati spectaculis
dies: multum studiis aufert (Huic enim rei perit tempus qđ
cunq; alteri datur) quid putamus facturas cupiditatem: auari
tiam: inuidiam! quarū impotētissimæ cogitationes somnos etiā
ipos: & illa per quietē visa ꝑturbāt! Nihil est eñ tā occupatū: tā
multiforme: tot ac tā variis affectibus cōcisum atq; laceratū: q̄ Mentis malæ mala.
mala mēs. Nā & cū insidiať spe, curis, labore, distringiť: & iā cū
sceleris cōpos fuerit: sollicitudine, pœnitētia, pœnarū oīum ex
pectatiōe, torqueť. Quis īter hęc literis, aut vlli bonę arti cult⁹!
nō hercle magis q̄ frugib⁹ in terra sentib⁹ ac rubis occupata.
Age, nō ad perferēdos studiorum labores necessaria frugalitas! Quinta.
Quid ergo ex libidine ac luxuria spei! Non præcipue acuit ad Sexta.
cupiditatem literarum amor laudis. Nō igitur malis esse lau-

Septima. dem curæ putamꝰ? Iā hoc qs nō videt maximā partē orationis
in tractatu ęqui boniq; cōsistere? Dicet ne de iis secūdū debitā
Octaua. rerū dignitatē malus atq; iniquus? Deniq; vt maximā partem
quęstiōis eximā, demus, id qđ nullo modo fieri pōt: idē ingenii:
studii: doctrinę pessimo atq; optimo viro: vter melior dicetur
orator? nimirū qui homo quoq; melior. Non igit̃ vnq̃ malꝰ idē
homo & pfectus orator. Nō eīm perfectū quicq̃: quo melius est
aliud. Sed ne more socraticorū nobismet ipsis respōsum finxis-
se videamur: sit aliqs adeo contra veritatē obstinatꝰ: vt audeat
dicere eodē ingenio, studio, doctrina, pditū nihilo deteriorē fu
turū oratorē malū virū q̃ bonū. Cōuincamꝰ huius quoq; amē-
Nona. tiā. Nā hoc certe nemo dubitabit: omnē oratorē id agere vt iu-
dici quæ pposita fuerint: vera & honesta videant̃. Vtrū igitur
hoc facilius, bonus vir psuadebit: an malus? Bonus quidē & di-
Decima. cet sæpius vera atq; honesta: Sed etiāsi quādo aliquo ductꝰ offi
cio (qđ accidere: vt mox docebimus: potest) falso hęc affirmare
conabit̃: maiore cum fide necesse est audiat̃. At malis hoībus ex
conceptu. †contēptu opinionis, & ignorātia recti nōnunq̃ excidit ipsa si-
mulatio. Inde immodeste ppōnūt: sine pudore affirmāt. Sequit̃
in iis quę certū est effici nō posse: deformis ptinacia & irritꝰ la-
bor. Nā sicut in vita, in causis quoq; spes iprobas habēt. Frequē
ter autē accidit: vt iis etiā vera dicentibꝰ fides desit; videaturq;
talis aduocatus malæ causæ argumentum.

hæc copula & reponat̃. hōc modo. & cum sceleris cōpos fuerit. ℂ Nō hercle magis q̃ frugibus interea sentibus ac rubis occupata. In terra legē dum esse ne admonitiōe qui dem īdiget quisq̃. ℂ Deniq; vt maximā partē quęstionis eximiā demus. Sic quidē legitur. Sed i vocali erasa eximā vt legat̃ sensus exposcit. ℂ At malis hominibus ex cōceptu opinionis. Pro conceptu recte quidā legunt contēptu. Mali enim negligunt hominuʒ de se opinionem. ℂ Videaturq; talis aduocatus malæ causæ augmentū. Argumentū sensus exposcit non augmentum.

ASCEN.

ℂ Sit ergo nobis orator quē instituimus. Sic Aldus post Raphaelē. In Vallēn. aūt est quē cōstituimus: neq; aliter legēdū puto: nā sensus est, is orator quē cōstituimꝰ. i. definimus esse oratorē: sit is qui &c. Nō enim iam de institutione sed de constitutiōe oratoris loquit̃. Id nō eo tātum sup. pertinet aut spectat: qđ verbū est facile intellectu: verū aliud est qđ tardiusculū immoret̃: si videlicet nō aīaduertat cū additur nosq; ipsi, q; particulā pro quia poni: nā ordo est. Id. s. qđ dictū est: ptinet sup. nō tantū: eo: q; si illa vis dicendi instruxerit malitiā: nihil sit publicis priuatisq; rebus perniciosius eloquētia: q; pro quia: nosipsi qui &c. Rerū ipsa natura in eo qđ præcipue indulsisse homini videt̃: quoq; (.i. & quo) sup. videt̃ nos a cæteris aīalibꝰ separasse &c, Sic. Vallēn. & est vera lectio. Nā certe neq; intelligentiā &c. sequi malint: sic legā: quia sequit̃ induantur: Item: neq; prudentiā sup. cōcesseris iis qui in grauissimas &c quomodo Aldus bene legit & Val. rescripsit: cū in Raphaele sit: cum grauissimas: pro, qui in grauissimas. Dubitē autē an legēduʒ sit inducātur, vbi est induant̃. Q. si neminē malū &c. Iuuenalis: Nemo malus felix Aristoteles. Oīs peccator ignorans. Sapiens. Stultorū infinitus est numerus. Q. si agrom: sic quidem Vallēn. sed placet vt placuit Aldo iuxta consilium Raphaelis corporū reponere. Spe, curis, labore: sic in Vallēn. est. in eodē est Etiā cū Aldus tamē Et cum: puto legendū Et iā cum &c. in eodem est: in terra sentibus &c. & eximā, sed nobismet ipsi, diuisis dictionibꝰ. Item: sit aliqs: vbi Aldus impressit: si sit aliqs. Ego putem nō necessariā particulā si: nā sit pmissiue ponit̃. Nō est admonito opus legendū, cōtra veritatē non varietatē obstinatus: licet sic in Raphaelis codice fuerit. In eodē Vallēn. est ex cōtēptu opinionis: vt sit opinionis de se habēdę: hoc est ęstimationis: Aldus tamē impressit cōceptu opinionis. s. prauę: Et irritus labor: sic Val. & Ald. Raphaeli autē defuit vox labor. habent ambo. malę causę argumentum.

ℂ Nunc de iis dicendū est: quæ mihi quasi cōspiratione quadā
vulgi reclamari vident̃. Orator Demosthenes non fuit? Atqui
malum virū accepimus. Nō Cicero? atqui huius quoq; mores
Demosthenes. Ciceroq; an sint oratores habendi. multi reprēhēderunt. Quid agam? magna respōsi inuidia sub-
eunda: mitigandæ sunt prius aures. Mihi eīm nec Demosthe-
nes tam graui morum dignꝰ videtur inuidia: vt omnia quæ in
eum ab inimicis congesta sunt credam: cū & pulcherrima eius
reip. consilia: & finem vitæ clarū legam. Nec. M. Tullio defuis-
se video in vlla parte ciuis optimi voluntatem. Testimonio est
actus nobilissime cōsulatus: integerrime puīcia administrata:
& repudiatꝰ vigintiuiratꝰ: & ciuilibꝰ bellisque in ętate eiꝰ gra
uissima inciderūt: neq; spe, neq; metu declinatꝰ animꝰ: quo mi-

RAPHAEL.

ℂ Atq; huius quoq; mores multi repræhendunt. Atqui e vocali in i cōuersa est legendum. ℂ Mihi enim nec Demosthenes tā graui moruʒ dignus videtur inuidia. Illa particula enim mihi redundare eoq; expungenda videtur. Demosthenes autē: vt ex Plutarcho colligi licet: nisi pecunia victꝰ Harpali causaʒ deseruisset: aliasq; pdidisset: facile īter bonos viros habitꝰ fuisset. Nā gręcię libertatē aduersus & Philippū & Alexā. & alios tyrānos

Dem mor

nus optimꝰ id est reip. se iungeret. Parũ fortis: videt̃ quibusdã qbꝰ optime respõdit ipse: nõ se timidũ in suscipiẽdis: sed in pui dẽdis periculis: qđ ꝓbauit morte quoq; ipsa: quã prestãtissimo suscepit aĩo. Q; si defuit iis viris summa virtꝰ: sic querẽtibꝰ an oratores fuerint: respõdebo quomodo stoici: si interrogent̃: an sapiẽs Zeno: an Cleanthes: an Chrysippus: ipsi respõdeant, ma gnos quidẽ illos ac venerabiles: nõ tamẽ id qđ natura hominis summũ habebat consecutos. Nam & Pythagoras: nõ sapientẽ se: vt qui ante eũ fuerũt: sed studiosum sapientie vocari voluit. ego tamẽ secundũ cõmunem loquẽdi consuetudinẽ sæpe dixi dicãq; perfectũ oratorẽ esse Ciceronẽ: vt amicos & bonos viros & prudẽtissimos dicimus vulgo: quorũ nihil nisi ꝑfecte sapien ti datur. Sed cũ ꝓprie & ad legẽ ipsam veritatis loquendũ erit: eum querã oratorẽ quem & ille querebat. Q̃q̃ enim stetisse eũ in fastigio eloquentie fateor: ac vix qđ adiici potuerit inuenio: fortasse inuẽturus qđ adhuc abscissurũ putẽ fuisse. Nã fere sic docti iudicauerũt: plurimũ in eo virtutũ: nõ nihil fuisse vicio rũ: & se ipse multa ex illa iuuenili abũdãtia coercuisse testat̃: ta mẽ quãdo nec sapiẽtis sibi nomẽ minime sui cõtẽptor asseruit: & melius dicere certe data longiore vita: ætate ad cõponendũ †securiore potuisset: nõ maligne crediderim defuisse ei summã illã ad quã nemo ꝓpius accessit. Et licebat si aliud sentirẽ fortiꝰ id liberiusq; defendere. An vero. M. Antoniꝰ neminẽ a se visum eloquẽtẽ: qđ tãto minꝰ erat, ꝓfessus est: Ipse etiã. M. Tulliꝰ que rit adhuc eũ: & tantũ imaginat̃ ac fingit: Ego nõ audeã dicere aliq̃d in hac que superest eternitate inueniri posse: eo qđ fuerit ꝑ fectius? Trãseo illos q Ciceroni ac Demostheni ne in eloquẽtia quidẽ satis tribuũt: q̃q̃ neq; ipsi Ciceroni Demosthenes satis vi deat̃ esse ꝑfectꝰ: quẽ dormitare interim dicit: nec Cicero Bruto Caluoq;: q certe cõpositionẽ illiꝰ etiã apud ipm rephendũt: nec Asinio vtriq; q vitia orõnis eiꝰ etiã inimice pluribꝰ in locis inse quũt̃. Cõcedamꝰ sane (qđ minime natura patit̃) reptũ eẽ aliquẽ malũ virũ summe disertũ: nihilo tamẽ minꝰ oratorẽ eũ negabo. Nã nec oĩbꝰ q fuerit manu prõpti: viri fortis nomẽ cõcesserim: qa sine virtute ĩtelligi nõ põt fortitudo. An ei q ad defendẽdas causas aduocat̃: nõ ẽ opꝰ fide: quã nec cupiditas corrũpat: nec gr̃a auertat: nec metus frãgat? sed ꝓditorẽ, trãsfugã, ꝑuaricato rẽ, donabimꝰ oratoris illo sacro noĩe? Q; si mediocribꝰ etiã patro nis cõuenit hec: q̃ vulgo dicit̃, bõitas: cur nõ orator ille q nõdũ fuit: sed põt eẽ: tã sit moribꝰ q̃ dicẽdi virtute ꝑfectꝰ? Nõ eñ forẽ sem quãdã ĩstituimꝰ operã: nec mercẽnariã vocẽ: nec (vt asꝑio ribꝰ verbis parcamꝰ) nõ inutilẽ sane litiũ aduocatũ: quẽ deniq; causidicũ vulgo vocãt: sed virũ cũ ingenii natura ꝑstãtẽ, tũ ve ro tot pulcherrimas artes penitꝰ mẽte cõplexũ: datũ tãdẽ rebꝰ hũanis: q̃lẽ nulla antea vetustas cognouerit: singularẽ ꝑfectũq; vndiq;: optĩa sentiẽtẽ optĩeq; dicẽtẽ. In hoc quota ꝑs erit: q aut innocẽtes tuebit̃: aut ĩproborũ scelera cõpescet: aut in pecunia riis questionibꝰ veritati cõtra calũniam aderit? Sũmus ille qui

Pythagoras ꝑhus.

Cicero ꝑfectꝰ orator qualis contendunt.

securiore.

Ciceroni summa defuit eloquẽtia.

Eloquens nemo.

Summe disertꝰ nisi sit bonus nõ erit orator habẽdus.

Qualis quantusq; sit orator.

Oratoris officia.

vsq; ad vltimum vite diem constantissime tutatus fuisse narratur. Sumpto autem veneno periit hac de causa. Cum post Alexandri mortem nunciatum esset Antipatrum & Craterum Athenas aduentare: Demosthenes & qui cũ illo sentiebant: vrbe profugerunt. Populus vero auctore Demade capitis eos condẽnauit. His igitur varie dispersis: missi ab antipatro satellites quorum Archias tragœdiarũ actor princeps erat: illos sunt persecuti. Qui post alios interfectos: cum Demosthenem accepisset in Calauriam insulam ad templum Neptũni confugisse: illuc nauigarunt: ac templum ingressus primo suadere Demostheni cœpit: vt vna secũ ad Antipatrum se conferret nihil molesti ab illo perpessurus. Cui respondens Demosthenes: Nihil est Archia inquit quod conens. Neq; enim in scena mihi vnq̃ placuisti mimus, neq; nũc persuadebis Legatus. Cum autem Archias eũ se per vim detracturum esse minaretur: Tandẽ inquit Macedonica oracula aperuisti. Nam prius quidem tanq̃ histrio simulabas. Verum age parũper expecta dum pauca domesticis scribo: hæc locutꝰ sumpto libro tanq̃ scribere vellet calamum ori admouit ac mordicus tenuit: vt in cogitãdo scribendoq; facere solebat. Deinde caput veste tegens se inclinauit: & cum ab ara retraheretur cecidit suspiransq; animam emisit. ¶ Quomodo stoici si interrogarentur. Interrogentur a & r literis expũctis est legendum. ¶ Nam & Pythagoras non sapientem se & cæteri: vt loco illius & copulæ reponatur. hoc modo: vt cæteri. ¶ Ac vix quid adiici poterit inuenio: V vocali ascripta potuerit emendate legitur. ¶ Aetate ad componendum securiore. Sicquidem legitur in vulgatis exẽplaribus, que quidẽ vidi, oĩbꝰ: verũtamẽ ꝑ securiore si legeret̃ seueriore: sen=

dem in iis quoq; fuerit: sed in maioribus clarius elucebit: cum regenda senatus consilia: & popularis error ad meliora ducendus. An non talem quēdam videtur finxisse Vergilius: quē in seditione vulgi iam faces & saxa iaculantis: moderatorem dedit animi? Tum pietate grauē ac meritis si forte virum quem Cōspexere, silent: arrectisq; auribus adstant. Habemus igit̃ ante omnia virum bonū: post hęc adiecit, dicendi peritū. Ille regit dictis animos & pectora mulcet. Quid? nō in bellis quoq; idem ille vir (quem instituimus) si sit ad prælium miles cohortādus ex mediis sapiētiæ præceptis orationē trahet? Nam quo modo pugnam ineuntibus tot simul metus laboris: doloris: postremo mortis ipsius exciderint: nisi in eorum locum pietas & fortitudo & honesti præsens imago successerit? Quę certe melius persuadebit aliis: qui prius persuaserit sibi. Prodit enim se q̄libet custodiatur simulatio: nec vnq̄ tanta fuerit eloquendi facultas: vt nō titubet ac hæreat: quoties ab animo verba dissentiunt. Vir autē malus aliud dicat necesse est q̄ sentiat. Bonos nūq̄ honestꝰ sermo deficiet: nūq̄ rerū optimarū (nā iidē etiā prudentes erūt) inuētio: quę etiā si lenociniis destituta sit, satis tamen natura sua ornat: nec qcq̄ nō diserte qd̄ honeste dicitur.

Simulatio se prodit.

Bonū virū q̄ cōsequāt cōmoda.

¶Non Cicero? Atqui huius quoq; &c sic Aldus: in Vallen̄. est Atq;: sed in superiori clausula atqui. Mihi enim nec Demosthenes &c. Sic Val. & Ald. respicit autē enim illud: mitigādę sunt prius aures. Adscripsit autē Valla: ex Auli Gellij lib. xj. Ipse etiā Demosthenes: vt idem Critolaus refert nō id postea concelauit, quin glorię quoq; hoc sibi assignauit. Nam cum interrogasset Aristodemū actorem fabularū quātum mercedis, vti ageret, accepisset: & Aristodemꝰ talentum respondisset, at ego plus (inquit) vt tacerem. Adscripsit & illud Ciceronis ad Atticum. Negem? repudiari se totum magis etiā q̄ olim in vigintiuiratu putabit: ac solet cum se purgat in me conferre omnē illorum temporū culpam ita me sibi fuisse inimicum: vt ne honorē quidē a se accipere vellem. Optimis partibus id est reip. seiungeret: sic Vallen̄. & Ald. sicq; legendum est: nā reipubl. non erāt multæ partes: sed multarū partium vna reipu. cui se addixit Cicero. Vt qui ante eū fuerunt. Sic Val. & Ald. sic inquā sine particula cæteri quā nescio quomodo Raphaele adscriptam velit: cum stultum sit dicere vt cæteri qui ante eum fuerunt: nunq̄ enim dicuntur cæteri: nisi vnus illorum sit de quo sermo est. vt non dicam Nicolaus & cæteri euangelistę sancte vixerūt: nō enim Nicolaus euangelista: sic nec Pythagoras vnus eorū qui ante eum fuerunt. In Vallensi est potuerit. Coercuisse testatur: in Bruto vt adnotauit Valla: & in oratore. Sane Aldus secutus Raphaelem: scripsit, in ætate seueriore: ego tamen cum Vallen̄. legam securiore quia securitas multū ad diuine scribendū facit? Vnde Iuuenalis Magnę mētis opus, nec de lodice parāda Sollicitę. Fuerat autē Cicero cū maxime aptꝰ ad scribēdū minime securꝰ: exilio & ciuilibꝰ bellis agitatus: qui si ad Augusti pacē diu vixisset: melius imo diuinius scribere potuisset. Eo qd̄ fuerit pfectus: Ordo est: aliqd qd̄ fuerit pfectius eo. s. Cicerone: posse inueniri. Nec asinio vtriq; qui &c. insequātur. Sic Val. & Ald. Veritati contra calūniam aderit. Sic Vallen̄. & Ald. & Sūmus ille quidem &c. Habent etiam sine &: Quid? non in bellis quoq; idem ille &c. Et honesti pręsens imago &c. Et, bonos honestus sermo deficiet. i. destituet, deseret. Et: inuētio quę etiamsi lenociniis destituta sit &c. in Vallen̄. sunt.

Cæteri.

sui fortasse magis conuenisset. ¶Nec Asinio vtriq; qui vitia orationis eius. Vtriq; r litera ascripta recte legitur & insequūtur pro isto cōsequūtur. De patre autem & filio sentit. ¶Aut in pecuniarijs quęstionibꝰ veritati cōtra calumniā addident. Tribus literis ex hoc vltimo verbo erasis aderit manifeste legendū est cū interrogatione. ¶Sūmis ille quidem in ijs quoq; fuerit: Sūmus pro summis legendum esse nemo non videt. ¶Et qd nō in bellis quoq;. Et copula vt redundans videtur expungenda. ¶Et honesti patris imago successerit. Castigate in quibusdam exēplaribus loco patris legitur pręsens imago. ¶Bonis nunq̄ honestus sermo deficiet. I vocali in o cōuersa bonos recte legit̃ ita verbo deficio exigēte. ¶Nunq̄ rerum optimarū) Nam ijdem etiā prudētes erunt) inuentioq; etiam si lenocinij destituta sit. Lenocinijs quidē s litera ascripta emēdate in quibusdam legitur exemplaribus. sed fœdiora insunt hoc loco flagitia: quæ nisi tollantur: & sensum & Fabij elegantiā penitus cōfundant. Vnius autem particulę emēdatione totus illustrat̃ hic locus. q; cū copula in quæ relatiuum nomen est conuertenda: sicq; distinctiones adhibēdæ: vt intelligamus rerum optimarū inuētionē nunq̄ bonis viris defuturā. Hoc itaq; modo distiguat̃. Nūq̄ rerum optimarum.) Nam ijdem etiam prudētes erūt) inuentio: quæ etiam si lenocinijs destituta sit.

¶Quare iuuētꝰ, imo oīs ætas (neq; eī rectę volūtati serū est tēpus vllū) totis mētibꝰ huc tēdamꝰ, in hoc elaboremꝰ: forsan & cōsūmare cōtigat. Nā si natura nō phibet & esse virū bonū: & esse dicēdi peritū: cur nō aliqs etiā vnꝰ vtrūq; cōseq possit? Cur aūt nō se qsq; spet fore illū aliquē? ad qd̄ si vires īgenii nō suffecerit: tū ad quē vsq; modū pcesserimꝰ; meliores erimꝰ ex vtroq;.

Exhortatio ad oratoriam.

RAPHAEL.

¶In hac elaboremus. A vocali in o. mutata hoc legatur pro hác. ¶Nám si natura non prohibet & esse bonum virum & esse dicēdi peritum. Illud alterum esse mihi redundare videtur. Suffícit eīn prius si ante illā & co

pulam collocet. hoc modo. esse & bonum virũ & dicẽdi peritũ. ¶ Consequi posset. e vocali in i cõuersa possit recte legitur. ¶ Hoc certe procul eximatur animorũ pulcherrimã eloquẽtiã cũ vitijs mentis posse misceri. Depravatus hic locus sic mihi videtur corrigẽdus vt nõ procul; sed prorsus & animo loco animorũ legatur: & rerũ genitiuus ascribat. hoc modo eximat animo rerũ pulcherrimã eloquẽtiã. ex sentẽtia nãq; Euripidis eloquẽtiã rerũ humanarũ reginã superius quoq; Fabius appellauit. ¶ Protractare em̃ quo modo aut pro falsis aut pro iniustis aliquando dicatur non est inutile: vel propter hoc solum vt ea facilius & deprahendamus & refellamus. Pertractare: quod est in frequenti vsu legẽdũ puto non protractare qd apud quenq̃ non inuenitur: illa quoq; particula etiam ante aut ponatur. hoc modo. Quo modo etiã aut. ¶ Neq; em̃ Academici cũ in vtrãq; dixerũt partẽ: non secũdũ alterã viuunt. X. literæ loco ff duplex reponẽdum est vt differunt hoc est disputãt legatur ¶ Ne hoc quidẽ non dum est intuendum. Nudũ in quibusdam exemplarib⁹ emẽdate legitur pro illo aduerbio nondum. ¶ Et Aliquando malum ciuem, Loco illius aliquãdo recte alioqui legeretur: & copula post posita hoc modo. Alioqui & malum ciuem. ¶ Ad hoc nemo dubitauit: quando si nocẽtes mutari i bonã mentem aliquo modo possint: sicut posse interdum conceditur: saluos esse eos magis e republ. sit q̃ puniri. Depravata hæc periodos corrigitur: si loco illi⁹ aduerbij quãdo hanc coniunctionẽ quin reponamus: vt accipiamus neminem dubitaturũ quin sit magis ex vtilitate reipublicę eos esse saluos qui in bonam mẽtem mutari possunt q̃ puniri. ¶ Cum vera obijcientur. Cum quidẽ recte fere legi videtur: sed cui datiuum sensus exposcit.

Hoc certe prorsus eximatur animo, rerum pulcherrimã eloquentiam cum vitiis mẽtis posse misceri. Facultas dicendi si in malos incidit: & ipsa iudicanda est malum, peiores enim illos facit: quibus contingit. Videor mihi audire quosdã (nec em̃ deerunt vnq̃ qui diserti esse q̃ boni malint) illa dicentes. Quid ergo tantum artis est in eloquentia? cur tu de coloribus & difficilium causarum defensione: non nihil etiã de confesso loquutus es? nisi aliquãdo vis & facultas dicendi expugnat ipsam veritatem? Bonus enim vir non agit nisi bonas causas: eas porro etiã sine doctrina satis per se tuetur veritas ipsa. Quibus ego cũ de meo primũ opere respõdero: etiam pro boni viri officio: si quãdo eum ad defensionẽ nocẽtium ratio duxerit satisfiaciam. Pertractare em̃ quo modo aut pro falsis aut pro iniustis aliquãdo dicatur: nõ est inutile: vel propter hoc solũ: vt ea facilius & deprehẽdamus & refellamus: queãdmodum remedia melius adhibebit: cui nota quę nocent fuerint. Neq; em̃ Academici cum in vtrãq; disserunt partem non secundũ alteram viuunt. Neq; carneades ille qui romæ audiente Censorio Catone: non minoribus viribus contra iustitiam dicitur disseruisse: q̃ pridie pro iustitia dixerat: iniustus ipse vir fuit. Verum & virtus quid sit aduersa ei malitia detegit: & æquitas fit ex iniqui contemplatione manifestior: & plurima contrariis probãtur. Debent ergo oratori sic esse aduersariorum nota consilia: vt hostium imperatori. Verum & illud quod prima propositione durum videtur potest afferre ratio: vt vir bonus in defensione causæ velit auferre aliquãdo iudici veritatem. Quod siquis a me proponi mirabitur (q̃q̃ nõ est hæc mea proprie sententia sed eorum quos grauissimos sapientiæ magistros ætas vetus credidit) sic iudicet plęraq; esse quę non tam factis q̃ causis eorum vel honesta fiant vel turpia. Nam si hominẽ occidere sæpe virtus: liberos necare nonnũq̃ pulcherrimũ est, asperiora quædam adhuc dictu: si cõmunis vtilitas exegerit: facere cõceditur: ne hoc quidem nudum est intuendũ: qualem causam vir bon⁹: sed etiam quare & qua mente defendat. Ac primũ cõcedant mihi omnes oportet qđ stoicorũ quoq; asperrimi confitentur: facturum aliquãdo bonũ virum: vt mendaciũ dicat. Et quidẽ nõnunq̃ leuioribus causis: vt in pueris ægrotãtibus vtilitatis eorum gratia multa fingimus: multa nõ facturi promittimus: nedũ si ab homine occidendo grassator auertendus sit: aut hostis pro salute patriæ fallendus: vt hoc qđ alias in seruis quoq; reprę̃hendendum est: sit alias in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit: multa iam video posse euenire: propter quæ orator bene suscipiat tale causæ genus: quale remota ratione honesta non susceppisset. Nec hoc dico quia seueriores sequi placet leges ꝑ patre: fratre: amico periclitãtibus: tametsi nõ mediocris hęsitatio est: hinc iustitiæ ꝓposita imagine: inde pietatis: nihil dubii relinquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno: atq; ob id reus: vtrum ne saluum eum nolet is qui a nobis finitur orator? an si tuen-

Eloquẽtiã nõ misceri cum vitijs mentis.

Artem ista cur op⁹ sit oratori.

Mala discẽda vt vitẽtur.

Carneadis disputatio

Nocentes defendere & iudici auferre veritatẽ licet.

Mendaciũ dicere iterdum licet.

dum susceperit: nõ tam falsis defendet: q̃ qui apud iudices malam causam tuetur? Quid si quędã benefacta dãnaturus est iudex nisi ea nõ esse facta cõuicerimus? nõ vel hoc modo seruabit orator: non innocentẽ modo: sed etiã laudabilẽ ciuem? Quid? si quędã iusta natura: sed cõditione tẽporũ inutilia ciuitati sciemus? Nõne vtemur arte dicendi bona quidẽ: sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit, quin si nocẽtes mutari in bonam mentẽ aliquo modo possint: sicut posse interdũ cõceditur saluos eẽ eos magis e rep. sit q̃ puniri. Si liqueat igitur oratori futurum bonum virum: cui vera obiicienť: non id aget, vt saluus sit? Da nunc vt crimine manifesto premať dux bonus: & si ne quo vincere honeste ciuitas non possit: nõne ei cõmunis vtilitas oratorẽ aduocabit? Certe Fabricius Corneliũ Ruffinum: alioqui & malũ ciuem & sibi inimicũ: tamen quia vtilem sciebat ducem imminẽte bello palam consulem suffragio suo fecit: atq; id admirãtibus quibusdã respondit: a ciue se spoliari malle q̃ ab hoste venire. Ita hic si fuisset orator: non defendisset eũdem Ruffinũ vel manifesti peculatus reum? Multa dici possent similia: sed vel vnũ ex iis q̃libet sufficit. Nõ eñ agimus: vt istud illi (quem formamus) viro sit sępe faciendum: sed vt si talis coegerit ratio: sit tamen vera finitio: oratorẽ esse virũ bonum dicendi peritũ. Pręcipere vero ac discere: quo modo etiã † probatione difficilia tractentur: necesse est. Nam frequenter etiam optimę causę similes sunt malis: & innocens reus multis verisimilibus premitur. Quo fit vt eadem actionis ratione defendendus sit: quasi nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisq; cõmunia: testes: literę: suspitiones: opiniones. Nõ aliter autem verisimilia q̃ vera & cõfirmantur & refelluntur. Quapropter vt res feret: flectetur oratio manente honesta voluntate.

Fabricij nobile facinus ac dictum.

in

Flectẽda oratio.

¶ Sed vel vnum ex his quo libet sufficit. D ascripta q̃libet legatur. ¶ Pręcipere vero ac discere quomodo etiaz probatione difficilia tractẽtur: necesse est. Sic quidẽ plęrisq; recte legi putatur. Sed nisi corrigatur: sensus plene nõ percipietur. Forsitan autem hęc ꝓpositio in est ascribenda: vt in probatione legatur: aut certe hac litera. s. ascripta probationes ac difficiliores est legendum.

ASCEN.

¶ Serum. i. nimis tardum, est tempus visum. In hoc elaboremus. sic Val. & Ald. habet Vallen. & esse virum bonum: & esse dicendi peritum: nec videtur sic verbuz esse repetitum oĩno redũdare q̃q̃ necessariũ nõ ẽ: ideoq; ab Aldo omissum: Veruz si legatur esse & viruz bonũ & dicendi peritũ: oĩno redundet. Habet, cõsequi possit: et speret fore illum: vbi in Raphaelis codice errore librarij erat forte illuz. Hoc certe procul eximatur aĩo, rerum pulcherrimũ &c. Sic in Vallen emendatum inueni: sed placet vt prorsus eximatur, cum Aldo legatur: & rerum pulcherrimã cum Raphaele: licet Aldus omiserit rerũ. Pertractare eñ &c. sic Vallen. Neq; eñ academici &c. negatio neq; agit in sequentẽ negationem nõ, sic vt ex vtraq; fiat affirmatio: sensus eñ est: nam licet academici in vtrãq; partẽ disputent: tamẽ secundũ alterã tãtũ: hoc est secũdũ meliorẽ viuũt. Sane in Vallen. est nõ dixerũt sed disserunt. Aduersa eam malitia detegit. Adnotaunt pluscula ad vocabulũ malitia Valla quę quia poenitenda nõ sunt his adscribã. Cicero quarto Tusculanarum: Huius igitur cõtraria est vitiositas (sic eñ malo q̃ malitiã appellare eam quã grẹci κακίαμ appellãt) nã malitia certi cuiusdam vitij nomen est, vitiositas omniũ. Malitiã tamẽ pro vitiositate accipi Liuius probat qui lib. iij. ait In Fabio min⁹ in bono cõstãs, q̃ nouũ in malitia ingeniũ esse. Et Sallustius in iugurtino Virtute non malitia P. Scipioni placuisse. Plautus in Rudente, Exul venit haud malus: neq; is adeo propter malitiam patria caret. Rutilius in Syscevosi ex Demosthene. At ego propterea hunc malum esse existimo, quia nimium se gerit seuerũ. Nãq; ex hominib⁹ humanitatẽ atq; misericordiã tollere: maximũ signum malitię videtur. Et Cicero ipse lib. i. de legibus. Atq; etiãsi emolumentis non suapte vi virtus expetitur: vna erit virtus quę malitia rectissime dicitur &c. Asperiora quędã adhuc dictu: videtur innuere q̃d Cicero sentit patrem si ab affectata tyrannide, neq; arte neq; metu: neq; vi deterreri a filio posset: ab eodẽ defendendũ potius q̃ libertas publica pereat. Ne hoc quidẽ nudum &c sic Vallen. Facturum aliquãdo bonum virũ vt mẽdaciũ dicat: id diuo Aurelio & cęteris christianę fidei luminib⁹ non placeret. Nam pro veritate etiã ad mortẽ vsq; certandũ cõtenderent: nec pro euitanda morte mentiri licere: q̃q̃ citra mendaciũ simulare & dissimulare interdũ licet. Exempla autẽ priora a Fabio ꝓposita potius officiosę simulationis q̃ mẽdacij sunt: nõ eñ id q̃d orẽ dicit: aio intelligit: nec cõtra mentẽ dicit. nec in pnciẽ falsi sed salutẽ: potiusq; a nostris admittanť q̃ posteriora q̃tũuis sint officiosa. Si ab hoie occidẽdo crassator: scribo cũ Vallen. & Ald. grassator: auertẽdus sit. Sit alias in ipso sapiẽte laudãdũ: sic ijdẽ habẽt: hoc est sit nõ fit. In ijsdẽ est: tam etsi nõ mediocris hęsitatio est hic iustitię ꝓposita imagine: & q̃ qui apud iudices: sed etiã laudabilẽ ciuẽ: inutilia ciuitati sciemus. Ad hoc nemo dubitabit quin magis e rep. sit &c. quę in Raphaele deprauata erant: in Aldo est cui vera: in Vall. cum vera: sup. ei. Cornelium Ruffum: Val. & Ald. habẽt Ruffinũ: alioqui et malum. &c. & imminẽte bello. Ita hic si fuisset orator, non defendisset eũdem Ruffinũ &c. sic Val. Sed vel vnũ ex his q̃libet &c sic idẽ. Quõ etiã ꝓbatione difficilia: sic quidẽ

Malitia vitiositas

de Val. vt sit probatiõe pro probatu difficilia: Aldus autem præposuit in.

RAPHAEL.

¶ Quando igitur orator est vir bon⁹. Tris philosophiæ partes: oratori esse tenẽdas eleganter vt omnia colligit Fa. ¶ Tantũ quia nati sumus habeamus. Nati c littera erasa legẽdũ est. ¶ Abstinens erit quicquid sit abstinentia ignoratur. Qui illa littera c expuncta legatur & ignorarit pro illo ignoratur hoc modo. Qui quid sit abstinentia ignorarit.

¶ Non eruditione aliquo sermone. N. littera in. r. mutata: eruditiore legendum est. ¶ O q̃ parum istud putant quibus non facile videtur. in quibusdam exemplaribus recte loco illius adverbij non hæc particula tã est reposita hoc modo: quibus tam facile videtur.

¶ Quis deniq; in ipsa: quã maxime plærique præcipiũt: reipubl. administratiõe versatus? Aliquid hunc sensui mihi deesse videtur: ac forsassis hoc participium vitandam recte ascriberetur. Multi namq; philosophorum vitandam esse reipubl. administrationem præcipiunt. Nec inficior fugiẽdam quoq; legi posse. hoc modo. Quis deniq; in ipsa quã maxime fugiendam plęrique pręcipiunt. ¶ Atqui eo illum quem institutum Romanum quendam velim esse sapientem. Ego pro eo: & instituo non institutum manifeste legendum est. ¶ Sed rerũ experimentis atq; operibus vere ciuilem virum exhibeat. Se pronomen videtur ascribẽdum: hoc modo: se vere ciuilem virum exhibeat. ¶ Id quod est oratori necessarium: nec adijciendi præceptoribus traditur. Loco adijciendi: i vocali erasa dicendi legendũ est hoc modo. Nec a dicendi pręceptoribus traditur. ¶ Vtinãq; sit tempus vnq̃ quo perfectus aliquis qualem optam⁹ orator. Minus recte mihi sic legi videtur. Illud enim aduerbium vnq̃ nihil sensum iu-

¶ Cognoscẽda esse oratori qbus mores formẽtur. Cap. II.



Vando igitur orator est vir bonus: is aũt citra virtutem intelligi nõ potest: virtus etiã si quosdã impetus a natura sumit tamẽ perficienda doctrina est: Mores ante omnia oratori studiis erunt excolẽdi: atq; oĩs honesti iustiq; disciplina ptractãda, sine qua nemo nec vir bonus esse: nec dicendi peritus potest: nisi forte accedamus iis: qui natura cõstare mores: & nihil adiuuari disciplina putãt. Scilicet vt ea quidẽ: quę manu fiunt: atq; eorũ cõtẽptissima cõfiteanť egere doctorib⁹: virtutẽ vero: qua nihil homini: quo ad deos imortales ppius accederet: datũ est: obuiam & illaboratã tãtũ quia nati sum⁹ habeam⁹? Abstinẽs erit qui qd sit abstinẽtia ignorarit? Et fortis qui met⁹ doloris: mortis: supstitionis nulla ratiõe purgauerit? Et iustus qui ęqui boniq; tractatũ: qui leges: quę natura sunt oĩbus datę: quęq; proprię populis gẽtibus cõstitutę: nõ eruditiore aliquo sermone tractauerit? O q̃ istud parũ putãt: qb⁹ tã facile videť. Sed hoc trãseo: de quo neminẽ, qui lřas vel primis (vt aiũt) labris degustarit: dubitaturũ puto. Ad illud sequẽs reuertar: ne dicẽdi quidem satis peritũ fore: q nõ & naturæ vim oẽm penitus pspexerit: & mores pceptis ac ratiõe formarit. Neq; eñ frustra ĩ tertio de oratore libro, L. Crassus cũcta quę de ęquo: iusto: vero bono: deq; iis q̃ sunt cõtra posita ppria esse oratoris affirmat: ac philosophos cũ ea dicẽdi viribus tueñť: vti rhetorũ armis nõ suis. Idẽ tamẽ confiteť ea iã esse a philosophia petẽda: videlicet quia magis hęc illi videť in possessiõe earũ rerũ fuisse. Hic etiã illud est: qđ Cicero plurib⁹ libris & epistolis testať: dicendi facultatẽ ex intimis sapiẽtiæ fontib⁹ fluere. Ideoq; aliqdiu pceptores eosdẽ fuisse morũ atq; dicẽdi. Quapropter hęc exhortatio mea nõ eo ptinet, vt esse oratorẽ phum velim: qñ nõ alia vitę secta longius a ciuilibus officiis: atq; ab oĩ munere oratoris recessit. Nã quis philosophorũ aut ĩ iudiciis frequẽs aut clarus ĩ cõcionib⁹ fuit? Quis deniq; in ipsa quã maxime plęriq; eorũ vitandã pcipiunt reip. administratiõe versatus? Atqui ego illũ quẽ ĩstituo romanũ quẽdã velim esse sapientẽ: qui nõ secretis disputationibus: sed rerũ experimẽtis atq; operibus vere ciuilẽ virum exhibeat. Sed quia deserta ab iis q se ad eloquẽtiã cõtulerũt studia sapiẽtiæ: nõ iã in actu suo atq; ĩ hac fori luce versanť: sed in porticus & gymnasia primũ: mox in cõuẽtus scholarũ recesserũt: id qđ est oratori necessariũ: nec a dicendi pceptorib⁹ tradiť: ab iis petere nimirũ necesse est apud quos remãsit. Euoluẽdi penitus auctores: qui de virtute præcipiũt: vt oratoris vita cũ sciẽtia diuinarũ rerum sit humanarũq; coniuncta. Quę ipse quãto maiores ac pulchriores viderẽtur: si illas ii docerẽt qui etiã eloqui pstantissime possent? Vtinãq; sit tẽpus vnq̃: quo pfectus aliqs (qualẽ optam⁹) orator hãc partẽ supbo noĩe & vitiis quorũdã bona eius corrũpentiũ inuisam vendicet sibi: ac velut re

Virtus doctrina pficitur.

Mores nõ sola natura cõstãt. Virtutis laus.

Sapientiã oratori pprinam.

Orator sit sapiẽs Ro.

Ethici auctores euoluendi.

Optat mo ralia ab oratore tractari.

bus repetitis in corpus eloquẽtiæ adducat. Quæ quidem cum
sit ĩ tres diuisa partes naturalẽ: moralẽ: rationalẽ: quę tandẽ nõ
est cum oratoris opere cõiuncta? Nã vt ordinẽ retro agam⁹ de
vltima illa quę tota versat̃ in verbis: nemo dubitauerit: si & ꝓ
prietates vocis cuiusq̨ nosse: & ambigua aperire & ꝑplexa dis-
cernere: & de falsis iudicare: & colligere ac resoluere q̃ velis: ora
toris est: q̃q̃ ea non tam est minute atq̨ concise in actionibus
vtendum: q̃ in disputationibus, quia nõ docere modo: sed mo
uere etiam ac delectare audientes debet orator: ad quod impe-
tu quoq̨ & viribus ac decore est opus: vt vis amniũ maior est
altis ripis multoq̨ gurgitis tractu fluentiũ: q̃ tenuis aquæ &
obiectu lapillorum resultantis. Et vt palæstrici doctores illos:
quos neruos vocant non idcirco discẽtibus tradunt: vt iis om
nibus ii qui didicerint: in ipso luctandi certamine vtantur.
plus enim pondere: & firmitate & spiritu agitur: sed vt subsit
copia illa: ex qua vnum aut alterũ: cuius se occasio dederit effi
ciant. Ita hæc pars dialectica: siue illam dicere malimus dispu-
tatricem, vt est vtilis sæpe & finitionibus: & compræhensioni-
bus: & separãdis quę sunt differẽtia & resoluẽda ambiguitate:
& distinguẽdo: diuidẽdo: illiciendo: ĩplicando: ita si totum sibi
vendicauerit in foro certamen: obstabit meliorib⁹: & sectas ad
tenuitatem suam vires ipsa subtilitate cõsumet. Itaq̨ reperias
quosdã in disputãdo mire callidos: cum ab illa vero cauillatio-
ne discesserint non magis sufficere in aliquo grauiore actu q̃
parua quædam animalia: quæ in angustiis mobilia in cãpo de-
præhendũtur. Iam quidem pars illa moralis quæ dicitur Ethi
ce: certe tota oratori est accõmodata. Nam in tanta causarum
(vt superioribus libris diximus) varietate: cum alia coniectu-
ra quærantur alia finitionibus cõcludantur: alia iure summo-
ueantur: vel transferantur: alia colligantur: vel ipsa inter se cõ
currant: vel in diuersum ambiguitate ducãtur: nulla fere dici
potest: cuius nõ parte in aliqua tractatus ęqui & boni reperian
tur: plęrasq̨ vero esse quis nescit: quæ totæ in sola qualitate cõ
sistant? In cõsiliis vero quæ ratio suadẽdi est ab honesti quęstio
ne seposita? Quin illa etiã pars tertia quę laudãdi ac vituperã-
di officiis cõtinetur, Nẽpe in tractatu recti prauiq̨ versat̃. An
de iustitia: fortitudine: abstinẽtia: tẽperantia: pietate nõ pluri-
ma dicet orator? Sed ille vir bonus qui hæc nõ vocib⁹ tantũ sibi
nota atq̨ noĩbus auriũ tenus ĩ vsum lĩguæ ꝑceperit: sed q vir-
tutes ipsas mẽte cõplexus ita sentiet: nec in cogitãdo ita labora
bit: sed qđ sciet vere, dicet. Cũ autẽ omnis generalis quęstio spe
ciali potentior: quia vniuerso partes cõtinentur: nõ vtiq̨ acce-
dit parti qđ vniuersum est: profecto nemo dubitabit generales
quęstiones in illo maxime studiorũ more versatas. Iam vero cũ
sint multa ꝓpriis breuibusq̨ cõpręhensionibus finienda: vnde
etiã status causarũ dicit̃ finitiuus: nõne ad id quoq̨ instrui ab
iis qui plus in hoc studii dederũt oportet? Quid nõ q̃stio iuris
oĩs: aut verborũ ꝓprietate: aut ęqui disputatiõe: aut volũtatis

Dialectica ad oratorẽ ptinet.

quę didicerunt.

Dialectiq̨ vsus.

Ethice tota oratorẽ est in gñe iudiciali.

Deliberatiuo. Demonstratiuo. Aurium tenus.

Generalis quæstio.

Iuris q̃stio ad oratorẽ spectat.

uat: cum præsertim citra nẽ
gationem in oratiõe fere nõ
ponatur.

ASCEN.

¶ Vultus est. sic Aldus Val
leñ. est: etiã si: Atq̨ oĩs hone
sti iustiq̨ disciplina ꝑtractã
da. sic Ald. & Val. non, Atq̨
hominis. Qui quid sit absti
nentia &c. in Valleñ. est qui
idipsum. quid sit &c. &, Nõ
eruditiore aliquo sermone:
&: quibus tã facile videtur.
Quã maxime plęriq̨ pręci-
piunt: sic Val. & Ald. quasi
sit sensus: quã reip. admini-
strationẽ plęriq̨ pręcipiunt
maxime: legam tamẽ cum
Raphaele: plęriq̨ eorum vi
tandam aut fugiendam pręe
cipiunt: eorum inquã. i. phi
losophorum: vt enim Cice-
ro ĩ officijs attestatur. mul-
ti crediderũt philosophum
debere in quiete & lõge a stre
pitu populari vitam agere.
Pręterea, si legamus plęriq̨
pręcipiunt: quærã q̃ sint qui
pręcipiant? & si dicas: philo
sophi: quia non oẽs vitan-
dam putant obstabit qđ Fa
bius innuit: nullum in ea
versatum: nam Quęstio: q̃
denique &c. vult vt videatur,
nemo aut nullus. nõ sit au-
tem vero simile plęrosq̨ pręe
cepisse reipu. administratio
nem: in quo nullus eorũ ver
satus sit. Cæterũ q̃ autem Aldus
Raphaeli accedẽs: se vere ci
uilem virum exhibeat: im-
pressit: malim tamen se par
ticulam subaudire q̃ adscri-
bere. In Vallensi est: a dicẽdi
pręceptoribus. &c. Et. Vti-
nãq̨ sit tempus vnq̃: neq̨
redundat vnq̃ sed affectum
auget: sicut nunq̃: cum dici
tur. Nũq̃ omnes hodie mo
riemur inulti. Aptissime au
tem ponitur vnq̃ etiam ci-
tra negationem vbi deside-
rij vis explicatur: vt hic &
in buco. En erit vnq̃ ille dies
&c. Superbo nomine: quia
se sophos aut philosophos
id est sapientes aut sapientię
amatores appellitãt: & quo
mollius viuunt a reipubli.
administratione abstinẽt et
vt dicit iuuenalis: de virtu-
te locuti Clunẽ agitant: vn-
de & Socraticos vocat cinæ
dos. Ac velut reb⁹ repetitis, ad

coniectura cōtinetur? quorum pars ad rationalem: pars ad moralem tractatum redūdat? Ergo natura permixta est omnibus istis oratio quæ quidē oratio est vere. Nam ignara quidem huiusce doctrinæ loquacitas erret necesse est: vt quę vel nullos vel falsos duces habeat.

ludit ad fœciales. adducat: sit Vallen. & Ald. non male legeret reducat. Vt vis amniū maior est &c. sic illi: vnde non leges animū. Quos numeros vocant: legā cum Aldo: neruos nā neruis non numeris palęstritæ vtūtur. Vt ijs omnibus que didicerūt: sic Aldus: sequar tamē vallam qui habet: vt ijs oibus ij qui didicerint &c. vt sit ijs oibus neruis. Cuius se occasio dederit efficiant. sic Val. & Ald. non efficiant. Tota, oratori est accōmodata. Sic vallen. & Ald. eosq; sequar: licet expuncto vocabulo accōmodata: oratoris est quidā legāt: qđ ne legā facit quod Paulo ante dixerat oratoris est. Nā in tota &c. lego cū Val. & Aldo: in tāta. Sunt autē qui adnotauerunt status causarū quos hic Fabius tāgit. Cū alia cōiectura quęrant. tangit statū coniecturalē: qui est quādo negat factū: & opus est cōiectura. Alia finitionib⁹. status est cū quo nōie res appel̄āda sit venit in quęstionē. Alia iure submoueant. status est q dicit qualitas: cū factū nō negat sed iure factū cōtēdit. Alia colligant. status hic dicitur collectio: seu ratiocinatiu⁹ stat⁹: cū causa certā legē nō habet: sed ex alia colligit. Vel ipsa iter se cōcurrāt. stat⁹ est ex cōtrarijs legib⁹ grece antinomia dicit. Vel in diuersum ābiguitate ducant: stat⁹ est quādo vnū dictū in plures sentētias trahi pōt. In sola qualitate. i. in statu qualitatis: in quo est q̄stio iuris. Hęc ex adnotatis cuiusdā, q̄ parui qđē ęstimo: sed ne desiderent adscripsi. In vsum lingue: sic Ald. in Vallen. est lingua peperit. Nec in cogitādo ita. i. multū laborabit.

¶Pars vero naturalis cū est ad exercitationē dicendi: tanto cæteris vberior: quanto maiore spiritu de diuinis rebus q̄ humanis loquendum est: tum illam etiā moralem sine qua nulla esse (vt docuimus) oratio potest totā complectit. Nā si regitur prouidentia mundus: administrāda certe bonis viris erit respu. Si diuina nostris animis origo, tendendum ad virtutem: nec voluptatibus terreni corporis seruiendum. An hoc nō frequēter tractabit orator? Iam de augurū respōsis, religione ꝗ omni de quibus maxima sæpe in senatu consilia versata sunt: non erit ei differendū? Si quidem (vt nobis placet) futurus est vir idē ciuilis: quę deniq; intelligi saltem potest eloquētia hominis optima nescientis? Hęc si ratiōe manifesta nō essent: exemplis tamē crederemus. Siquidē & Periclem cuius eloquentiæ etiā si nulla ad nos monumēta venerunt: vim tamē qnādā incredibilem cum historici: tum etiā liberrimū genus hominū comici veteres tradunt: Anaxagoræ Physici cōstat auditorē fuisse: & Demosthenem principem omniū græciæ oratorum dedisse operam Platoni. Nam. M. Tullius nō tantū se debere scholis rhetorum: quātum academiæ ꝗ spatiis frequēter ipse testatus est. Neq; se tanta in eo vnq̄ fudisset vbertas: si ingeniū suum cōsepto fori non ipsius rerum naturæ finibus terminasset. Verū ex hoc alia mihi quæstio exoritur: quę secta cōferre plurimū eloquentiæ possit: q̄q̄ ea nō inter multos potest esse cōtentio. Nā Epicurus in primis nos a se ipse dimittit qui fugere omnē disciplinam nauigatione q̄ velocissima iubet. Neq; vero Aristippus summū in voluptate corporis bonum ponens ad hunc nos laborē adhortetur. Pyrhon quidē quas habere ī hoc opere partes potest? cui iudices esse apud quos verba faciat: & reum pro quo loquatur et senatū in quo sit dicenda sentētia nō liquebit? Academiā quidā vtilissimā credūt: ꝙ mos in vtrāq; partē disserēdi ad exercitationē forēsiū causarū ꝓxime accedat. Adiiciūt loco ꝓbatiōis ꝙ ea pstātissimos ī eloquētia viros ediderit. Peripatetici studio quoq; se quodā oratorio iactāt. Nā thesis dicere exercitationis

Physica oratoris & Ethica q.

Deniq.

Pericles Anaxagoræ auditor.

Demosthenes Platonis.

Tulli⁹ academicorū syluis.

Quæ secta eloquētiæ pl⁹ cōferat.

Epicurus.

Aristipp⁹.

Pyrhones

Academici

Peripatetici.

ASCEN.

¶Pars vero naturalis: quæ physica dicit: quāto maiore spū de diuinis reb⁹: qa quæ nos naturę addicim⁹ diuina sūt opera: sine deo eñ nihil posset natura. Si diuina nostris animis origo: id poetę prędicāt et philosophi: et fides nostra cōprobat. Iuuenalis. Mentē e cęlesti demissam traxim⁹ arce. Horati⁹: diuinę particulā aurę animā nostrā vocat. Verg. Igne⁹ est ollis vigor & cęlestis origo. Tendēdum ad virtutē: quo deo similiores euadam⁹: qđ sensit & is qui dixit: Si deus est anim⁹ nobis vt carmina dicūt: hic tibi pcipue sit pura mente colendus. Nā hoc non frequēter &c. lego cum Aldo & Val. An hoc: cū iterrogatione. Religioneq; omni. legā cū Aldo & Vallen. religione deniq; omni: nisi statim sequat: quę deniq; intelligi saltem potest &c. Nulla monimēta. Sic Val. & Ald. Liberrimū genus hoim comici veteres: liberrimū i carpēdis vitijs. vnde Horati⁹ in sermonib⁹ Eupolis atq; Cratin⁹ Aristophanesq; poetę: Atq; alij quoꝝ comœdia prisca viroꝝ est: Siqs erat dign⁹ describi ꝙ mal⁹ aut fur aut mœch⁹ foret aut sicari⁹ aut alioq Famos⁹, multa cū libertate notabant. Hinc totus pēdet Lucilius &c. Frequēter ipse testat⁹ est: In oratore & in partitionib⁹. Qđ vero legit academię spatijs:

gratia fere ab iis est institutū. Stoici sicut copiā nitorēq; eloquētiæ fere præceptoribus suis defuisse concedāt necesse est: ita nullos: aut probare acrius: aut concludere subtilius contendunt. Sed hæc inter ipsos q velut sacramēto rogati vel etiā supstitione constricti nefas ducūt a suscepra semel persuasiōe discedere. Oratori vero nihil est necesse in cuiusq; iurare leges. Maius enim opus atq; pstanti⁹ ad qd ipse rēdit & cui⁹ est velut cādidatus: si quidem est futurus tū vitæ: tū etiam eloquentiæ laude p fectus. Quare ī exēplum bñ dicēdi facūdissimum quēq; proponet sibi ad imitandū: morib⁹ vero formādis q̄ honestissima pcepta: rectissimāq; ad virtutē viā deliget. Exercitatione qdē vretē omī: sed tñ erit plurimus ī maximis qbusq; ac natura pulcherrimis. Nā q̄ pōt materia reperiri ad grauiter copioseq; dicendū magis abundās: q̄ de virtute: de rep. de prouidētia: de origine animorum: de amicitia! hæc sunt quibus mēs pariter atq; oratio insurgāt. Quę vere bona, qd mitiget metus, coerceat cupiditates, eximat nos opinionib⁹ vulgi, aīmq; cælestē: neq; ea sol ū q̄ talib⁹ disciplinis cōtinēt: sed magis etiā q̄ sunt tradita antiquit⁹ dicta, ac facta pclare: & nosse & aīo semp agitare couēiet. Exempla virtutū in Romanis Quę pfecto nusq̄ plura maioraq; q̄ in nrę ciuitatis monumentis reperienē. An fortitudinē, fidē, iustitiā, cōtinentiā, frugalitatē, cōtemptū doloris ac mortis: melius alii docebūt q̄ Fabritii: Curii: Reguli: Decii: Mutii: aliiq; īnumerabiles! Quātū eñ græci pceptis valēt: tm̄ Romani (qd est mai⁹) exēplis: rmq; nō cognatis id e reb⁹ admoneri: q nō mō pximū tps, luceq; psentē intueri satis credat: sed omnē posteritatis memoriā spatiū vitę honestę: & curriculū laudis existimet. Hic mihi ille iustitię haustus bibat: hic sūptā libertatē ī cāis atq; cōsiliis pstet. Neq; erit perfect⁹ orator: nisi q honeste dicere: & sciet: & audebit.

dubitem an syluis legendum sit propter illud Horatianū in epistolis: Atq; iter syluas academi quęrere verum: qd si est spatiis: vt Ald⁹ & Val. habent: aut spatiosa scripta aut deambulatoria intelligemus. Neq; se tanta in eo vnq̄ fudisset vbertas: sic Val. & Ald⁹. Vnde ordo est: vbertas in eo. i. quę i eo erat fudisset. i. dilatasset se &c. Consepto. i. limitibus fori. i. caussarum iudicialium: & quę in foro tractanē. Adhuc nos ad laborem hortetur: lego cum Valleñ. Ad hūc nos laborez adhortetur. Pyrhon quidez q̄s habere ī hoc opę ptes pōt q.d. Nullas. Aldus pyrhons Valla pyrron scripsit: adnotauitq; illud Auli Gellij libro vndeci. Quos pyrrōes philosophos vocamus græco nomine σκεπτικοὶ appellātur. Id ferme significat quasi quæsitores & consideratores: nihil enim decernūt nihilq; constituunt: sed in q̄rendo semper considerando q; sunt qdnā sit oim rerū de quo decerni constituiq; possit: ac ne videre quoq; quidē plane quicq̄ neq; audire sese putant: sed id pati afficiq; quasi videant vel audiant. &c. Cum hęc aūt cōsimiliter tam pyrronei dicant q̄ academici: differre tñ inter sese & ppter alia quædā & vel maxime propterea existimati sunt q; academici quidē ipsum illud nihil posse decerni quasi decernunt: Pyrronei ne id quidem vllo pacto verū videri dicūt, q; nihil esse verū videtur. hęc ille. Academiā qdē. lego cū Valleñ. quidam. q, nos in vtranq;. Lego cum eodem, q; mos in vtranq; &c. Quod sequitur Qui velut sacramento rogati. i. post iuramentum p sacra factum interrogati. Ac cum natura pulcherrimis. sic legendū & nō pulcherrimus nemo non videt. Quæ vero bona: lego. Quæ vere bona: aut quæ vera bona. supsint. Animumq; coelestez. Sic Val. & Aldus cōstruitur aūt aut cum ꝟbo eximat aut potius cum verbis nosse cōueniet: cum quibus cætera quoq; construuntur. Quæ vere bona: quid &c. In nostræ ciuitatis. s. Romanæ: Romanus eñ ciuis fuit Fabius hic Quintilianus. Quantum eñ græci pceptis. Id Cicero lib. iij. de oratore vt adnotauit Valla. sic dicit. Nam vt virtutis a nostris: sic doctrinę sunt ab illis exempla repetenda. Tantumq; nō cognatis sideribus admoneri. Aldus impressit. Tantum qd cognatis id e rebus admoneri. Valleñ. tantum q; non cognatis idem rebus admoneri.

Pyth

## ❡Necessariam iuris ciuilis oratori scientiam. Cap. III.



Vris quoq; ciuilis necessaria huic viro scientia est: & morū ac religionum eius reipu. quā capesset. Nam qualis esse suasor in cōsiliis publicis priuatisue poterit tot rerum quibus pcipue ciuitas continetur, ignarus! Quo aūt modo patronum se causarum non falso dixerit: qui quod est in causis potentissimum: sit ab altero petiturus! poene non dissimilis iis qui poetarum scripta pronunciant! Nā quodammodo mandata pferet: & ea q̄ sibi a iudice credi postulaturus est: aliena fide dicet: & ipse litigan-

### ASCENSIVS

Iuris quoq; ciuil &c. Adnotauit Valla ad hunc locū illud pomp. de origine iuris Omnes tamen ij a Seruio Sulpitio nominātur: alioq per se eorum scripta nō talia extant, vt ea omnes appetāt Denique nec versantur oino scripta eorum inter manus hoim: Sed Seruius libros suos compleuit, pro cuius scriptura ipsorū quoq; memoria habetur. Seruius autem Sulpitius cū in caussis orans

Seru prae

tiū auxiliator egebit auxilio. Q̄d vt fieri nōnūq̄ minore icōmodo possit cum domi ꝑcepta & composita: & sicut cætera quę in causa sunt in discendo cognita ad iudicem perferet: q̄d fiet in q̄stionibus quæ subito inter ipsas actiones nasci solent? nō deformiter respectet & inter subsellia minores aduocatos īterroget? Potest, aut satis diligenter accipere: quę tum audiet cum ei dicenda sunt? aut fortiter affirmare: aut ingenue pro suis dicere? Possit in actionib⁹: q̄d in altercatione, vbi occurrendum continuo: nec libera ad discendum mora est? Quid si forte peritus iuris ille non aderit? quid si quis non satis in ea re doctus: falsum aliquid subiecerit? Hoc enim est maximum ignorantiæ malum ꝙ credit eum scire q̄ moneat. Neq; ego sum nostri moris ignar⁹ oblitusue eorū: q̄ velut ad arculas sedēt: & tela agētib⁹ subministrant? Neq; idem græcos quoq; nescio factitasse. Vnde nomen iis pragmaticorū datū est. Sed loquor de oratore q̄ non clamorē modo suum causis: sed omnia quæ profutura sunt debet. Itaq; eū nec inutilem si ad horam forte constiterit: neq; in testationibus faciendis esse imperitum velim. Quis enim potius pręparabit ea quæ cum aget esse in causa velit? Nisi forte imperatorem quis idoneū credit in pręliis q̄dem strennuum & fortē: & oīm q̄ pugna poscit artificem: sed neq; delectus agere: nec copias contrahere atq; instruere: nec ꝓspicere commeat⁹: nec locū capere castris sciētem. Prius est eñ certe parare bella q̄ gerere. Atqui simillimus huic sit aduocatus: si plura quæ ad vincendū valēt aliis reliquerit. Cum præsertim hoc q̄d est maxime necessariū: non tam sit arduum q̄ procul intuentib⁹ fortasse videatur. Nā ꝙ omne ius quod est certum: aut scripto: aut moribus constat Dubiū æquitatis regula examinandum est. Quæ scripta sunt: aut posita in more ciuitatis nullam habent difficultatem. Cognitionis sunt enim non inuentionis: atq; consultorū respōsis explicantur: aut in verborū interꝑtatione sunt posita: aut in recti prauiq; discrimine. Vim cuiusq; vocis intelligere: aut commune prudentiū est: aut ꝓpriū oratoris. Aeq̄tas optio cuiq; notissima est. Nos porro & bonū virū & prudentē in primis oratorem putamus: qui cū se ad id quod est optimum natura direxerit, non magnopere commouebitur: si quis ab eo consultus dissentiet: cum ipsis illi. diuersas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nosse quid quisq; senserit volet: lectione opus est qua nihil est in studiis minus laboriosū. Q; si plerīq; desperata facultate agendi ad discendum ius declinauerunt: q̄ id scire facile est oratori quod discunt: q̄ sua quoq; confessione oratores esse non possunt? Verum &. M. Cato cum in dicendo præstantissimus tum iuris fuit idem pitissimus. Et Sçęuolę seruioq; Sulpitio concessa est etiā facūdię virt⁹. Et. M. Tulli⁹ nō modo inter agendum nūq̄ est destitutus scientia iuris: sed etiā componere aliqua de eo cœperat: vt appareat posse oratorē nō discendo tantum iuri vacare: sed etiam docēdo. Verum ea quę de moribus excolēdis studioq; iuris pręcipimus ne quis eo cre- Nō ꝗꝗus

dis primum locū aut p̄ certo post Marcum Tulliū obtineret traditur ad consulendum. Q. Mutium de re amici sui puēisse: cumq; eum sibi respondisse de iure Seruius parū intellexisset: iterū quintum interrogasse: & a Q. responsum esse nec tamen percepisse & ita obiurgatū esse vt turpe esse diceret: patricio et nobili & causas oranti ius in quo versaret̄ ignorare ob cuius responsi pudorem Seruium ita iuri discendo īcubuisse: vt princeps in ei⁹ scientia euaserit. Et ea quæ sibi a iudice credi postulatur⁹ est aliena fide dicet. Sic Val. & Aldus sicq; meli⁹ q̄ in Raphaelis impressione. Potest aut 'atis & c. sic Ald⁹: i Vallensi autē videtur fuisse. Potest autē: quod omnino malum non est: sed quia nō omnes constructum capiant sequamur Aldū. Aut ingenue pro su s dicere possit in actionibus. i. demus vt possit ī actionibus: quid in altercatione? sup. poterit. q. d. nihil sic Vallēn. nec posuit particulā fiet p̄ q̄ poti⁹ faciet ponendum sit: vnde Val. poti⁹ q̄ Ald. hic sequar: expunxit eñ Aldus verbum possit & posuit fiet. Quid si quis: sic lege nō si equis. Nomen iis pragmaticorum datum. i. Cicero (vt adscripsit Valla) lib. i. de oratore. Itaq; nō vt apd̄ græcos infimi homines mercedula adducti ministros se præbēt in iudicijs oratoribus: ij qui apud illos pragmatici vocantur: sic in nostra ciuitate qua amplissimus quisq; & clarissim⁹ vir vt ille qui propter hanc iuris ciuilis scientiam sit appellatus a summo poeta &c. Quæ ad vincendum valent Sic Vall. & a. at in recti prauiq; discrimine: et, quod est optimum natura direxerit Adnotauit autem ad illud cum præsertim hoc quod est maxime necessariū &c. illud Mamertini in Panegyrico. Militię labor a nobilissimo quoq; pro sordido & illiberali reijciebatur: iuris ciuilis scientia: quæ Manlios, Scæuolas, Seruios, in amplissi-

dat repræhendenda ꝙ multos cognouimus: qui tædio laboris quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est: cōfugerint ad hęc diuerticula desidię: quorum alii se ad album ac rubricas transtulerūt: & formularii vel (vt Cicero ait) legulei quidā esse maluerunt, tanq̄ vtiliora eligentes ea: quorum solā facilitatem sequebantur: alii pigritiæ arrogantioris, qui subito fronte conficta immissaq; barba: veluti despexissent oratoria p̄cepta paulum aliquid sederūt in scholis philosophorum vt deinde in publico tristes: domi dissoluti captarent auctoritatem contēptu cæterorum. Philosophia enim simulari potest: eloquentia non potest.

Legulei. Philosophastros carpit

xit: libertinorum artificium dicebatur. Oratoriā dicendi facultatē, multi laboris & minimi vsus negociū nostri proceres respuebant/dū homines voluisse videri nolunt quod assequi nequierūt. Et vere tm̄ laboris vigiliarūq; suscipere ad id adipiscēdum cui9 vsus agendę vitæ ornamenta non adiuuant, dementia dicebat. Itaq; erat oē studiū pecuniæ coaceruādę. Tanto enim quisq; vir melior quanto pecuniosior habebatur. Lectionis op9 est. Sic Ald. & Raph. in Vallen. lectione opus est legit. Nequis eo credat repręhēdenda &c. hæc est vera lectio: q̄ vulgati codices habent: nōne quis: & Aldin9: nō æqui9. Ad album. s. prætoris: & rubricas. i. titulos legū quos addiscentes se iurisperitos venditabant. Fronte conficta: quā seueriorem id genus philosophastri habent: & vitā mollem: Vnde Iuuenalis fronti nulla fides: quis enim non vicus abundat Tristib9 obscœnis? castigas turpia cum sis Inter Socraticos notissima fossa cinœdos?

¶Necessariā oratori cognitionem historiarū. Cap. IIII.



In primis vero abundare debet orator exemplorum copia: cum veterum: tum etiam nouorum: adeo vt nō ea modo quæ conscripta sunt historiis, aut sermonibus: velut per manus tradita: q̄q; quotidie agūtur debeat nosse verum ne ea q̄dem quę sunt a clarioribus poetis ficta negligere. Nam illa quidem priora aut testimoniorum: aut etiam iudicatorum obtinēt locū. Sed hęc quoq; aut vetustatis fide tuta sunt: aut ab hoībus magnis p̄ceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo q̄plurima: vnde etiā senibus auctoritas maior est: ꝙ plura nosse & vidisse credūtur: quod Homerus frequentissime testatur. Sed nō est expectanda vltima ætas, cum studia præstēt: vt quantum ad cognitionem pertinet rerum: etiam præteritis sæculis vixisse videamur.

senū auctoritas.

ASCEN.

Aut sermonibus. i. collocutionibus: velut per manus tradita: Alludit ad hęreditarias possessiones quę a patribus i filios quasi per manus transferunt: sic autē ante historiæ vsū antiqua gesta memoriæ mandabantur vt adnotauit Seruius ad illud aurūcos meminisse senes & re uera multa fidei nostræ mysteria & sacramenta per manus apostolorū ad nos vsq; certius tradita q̄ scripta sunt & sanctorum vitę per continuatam traditionem notiores q̄ per authenticos historiographos. Nam ea quidē propria lego cum Vallen. & Aldino: Nā illa q̄dem priora

¶Quæ sint oratoris instrumenta. Cap. V.



